





al 21

~~LE~~
~~MARCI VALERII~~
MARCI VALERII MARTIALIS

EPIGRAMMATA

EX EDITIONE BIPONTINA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

- VOLUMEN SECUNDUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1822.

PA
6501
A2
1823
v. 2

2188

Ⓢ

Fas audire jocos, levioraque carmina, Cæsar,

Et tibi: si lusus ipse triumphus amat.

10

tivas, cum socius sequetur inter equos laureatos. O Cæsar, liceat tibi audire ludos, et versus leviores, si triumphus ipse admittit jocos.

ante Januarium rediturus erat Romam. Vide lib. VIII. Epig. 8.—9 Codex Vaticanus, *leviori carmine*.—10 *Sit tibi, si lusus* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Pulman. Calderin. Lang. Delph. alia. *Et tibi, si lusus* codd. Vat. et Gruteri, qui primus in textum recepit. Janus Rutgersius legendum censet: *Et tibi sit: lusus ipse*.

NOTÆ

‘Vinclaque captiva reges cervice 9 *Levioraque*] Hoc est, audire mea gerentes Ante coronatos ire videbit Epigrammata. equos.’

IX.

DE CASCELIO.

CUM sexaginta numeret Cascelius annos,

Ingeniosus homo est: quando disertus erit?

Cum Casselius natus sit sexaginta annos, solers est: quando erit eloquens?

De Casselio inscribitur in edd. vett. quæ versu primo exhibent etiam, *Casselius*: Beverlandi Ms. *Cascellius*.

NOTÆ

1 *Cum sexaginta*] Jam senex iste tardius ad discendum eluxisset ejus Casselius ingeniosus videri volebat, ingenium. quem Poëta irridet, quod nempe

X.

IN OLUM.

PÆDICATUR Eros, fellat Linus: Ole, quid ad te,

De cute quid faciat ille, vel ille, sua?

Centenis futuit Matho millibus: Ole, quid ad te?

Non tu propterea, sed Matho pauper erit.

In Olum fugitivum lemma est in Beverlandi Ms.—1 *Pædicatur Oros* in edd. vett. *Pædicatur Orus* codex Florentinus. *Pimus* pro *Linus* in codice Vaticano. *Ole quid ad te? De cute quid faciat, &c.* exhibent edd. vett. *Olle, quid ad te De cute quid faciant ille vel ille sua?* legendum censet Salmasius; nam ‘de alieno corio ludere’ proverb. in eos dicitur qui de alieno liberales: sed chamæleon non de alieno, sed de suo plane corio ludit, quod ita pro libitu, versipelle habet ac versatile. Vide Turneb. lib. XXIV. cap. 28. *faciant etiam*

- In lucem cœnat Sertorius : Ole, quid ad te? 5
 Cum liceat tota stertere nocte tibi.
 Septingenta Tito debet Lupus : Ole, quid ad te?
 Assem ne dederis, crediderisve Lupo.
 Illud dissimulas, ad te quod pertinet, Ole,
 Quodque magis curæ convenit esse tuæ. 10
 Pro togula debes : hoc ad te pertinet, Ole.
 Quadrantem nemo jam tibi credet : et hoc.
 Uxor mœcha tibi est : hoc ad te pertinet, Ole.
 Poscit jam dotem filia grandis : et hoc.
 Dicere quindecies poteram, quod pertinet ad te : 15
 Sed quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil.

* * *Ole, Sertorius cœnat ad diem usque: quid spectat ad te, cum tibi fas sit arcte et graviter dormire tota nocte? Lupus debet septingenta Tito: Ole, quid ad te? Ne assem quidem donaveris aut credideris Lupo. Ole, taces id, quod spectat ad te, et quod congruit magis tuæ sollicitudini. Debes pro togula, Ole: hoc pertinet ad te. Nullus jam tibi mutuo dabit quadrantem: et hoc pertinet ad te. Habes conjugem adulteram: hoc ad te attinet, Ole. Filia jam grandis petit dotem: et hoc. Poteram quindecies repetere, Quid pertinet ad te? At, Ole, nihil attinet ad me quid facias.*

exhibet codex Florentinus.—8 *Assem num dederas crediderasve Lupo?* legit Antonius de Rooy.—12 Codex Pulmanni: *jam tibi credis.*—15 Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. et Delph. *quid pertinet ad te?* Lecti-
 onem nostram testatur codex Pulmanni.

NOTÆ

- 5 *In lucem*] Suas computationes est pater, cum illam dotare teneatur, protrahit Sertorius. Leg. xix. ff. de Ritu Nuptiarum.
 7 *Septingenta*] Sestertia nempe. 15 *Dicere quindecies*] Sensus est:
 8 *Crediderisve*] Nam si nihil Lupo Ole, tam curiosus es in alienis nego-
 credideris, tunc cura vacabis. tiis, ut pluries repetere potnerim:
 11 *Pro togula*] Quam nondum sol- Quid ad te?
 visti, et tamen aliorum debita recenses. 16 *Sed quid agas*] Poëtæ obijcere
 12 *Quadrantem*] Hoc est, quartam poterat Olus: Quid tu, o Martialis,
 assis partem. satagis rerum mearum? Quapropter
 14 *Poscit jam dotem*] Filix debitor illum occupat Poëta.

XI.

AD AULUM PUDENTEM.

COGIS me calamo manuque nostra
 Emendare meos, Pudens, libellos.

O Pudens, me cogis corrigere meos libros calamo et manu propria. O quam ni-

Ad Pudentem iuscriptio est in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. &c.

O quam me nimium probas, amasque,
 Qui vis archetypas habere nugas ?

mium probus me, et diligis, qui vis habere ineptias autographas !

NOTE

1 *Cogis me*] De Pudente jam dictum lib. I. Epig. 32. Nescio an hic idem sit: ut ut est, Poëtæ erat amicissimus, qui in memoriæ simul et amicitiae argumentum ab illo peteret versus propria ejus manu scriptos et

emendatos, quos Martialis vocat *archetypas nugas*.

3 *Nimum probas*] Nam si in meis versibus aliqua fuerint menda, in librarium culpam rejicere non potero.

XII.

AD FAUSTINUM.

Sic me fronte legat dominus, Faustine, serena,
 Excipiatque meos, qua solet aure, jocos ;
 Ut mea nec, juste quos odit, pagina lædit,
 Et mihi de nullo fama rubore placet.
 Quid prodest, cupiant cum quidam nostra videri, 5
 Si qua Lycambeo sanguine tela madent ?
 Vipereumque vomant nostro sub nomine virus,
 Qui Phœbi radios ferre diemque negant ?
 Ludimus innocui : scis hoc bene : juro potentis
 Per genium Famæ, Castalidumque gregem : 10

O *Faustine, dominus ita legat me vultu benigno, et excipiat meos ludos aure qua consuevit ; ut mei libri nec offendunt quos jure oderunt, et fama non est grata mihi de rubore cujusquam. Quid jureat, cum quidam velint existimari nostra, si quædam tela perfunduntur sanguine Lycambeo? atque effundant venenum vipereum sub nostro nomine, qui fatentur se non posse pati radios solis et lucem? Jocamur vocibus innocuis ; hoc juro per genium Famæ potentis, et chorum Musarum ; et per aures*

3 Ald. Junt. Colin. pagina lesit.—9 *Ludimus innocuis verbis hoc juro* ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Calderin. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. Lectionem nostram testantur codd. Bodleianus,

NOTE

1 *Sic me fronte*] Hoc est, Sic me legat et amet Domitianus, ut ego nec lædo quos jure odi.

6 *Si qua Lycambeo*] Archilochus Poëta Lacedæmonius versus Iambicos tam acerbos scripsit in Lycamben, quod desponsam ipsi suam filiam negavisset, ut laqueo suspendere se simul cum filia illum coëgerit. Sensus est: Quid prodest occulto poëtæ versus

mordaces et contumeliosos edere, cum omnes noverint candidum meum ingenium ? Vide Epist. lib. I.

8 *Qui Phœbi radios*] Qui non audent versus suo nomine edere in lucem.

9 *Innocui : scis hoc bene* [*innocuis verbis, hoc*] Alii legunt: *Ludimus innocui : scis hoc bene.*

Perque tuas aures, magni mihi numinis instar,
Lector, inhumana liber ab invidia.

tuas mihi instar Numinis, o lector aliene a crudeli invidia.

//////////

Thuan. et Florent. quam primus restituit Scriverius.—10 *Castalidumque* in codd. Pulmanni, Thuan. Vat. et Florent. *Castalidumque cetum* Juntina nostra in margine, i. e. *catum*, metro obstante. *cetum* et *gregem* non multum differunt in codd. ob similitudinem literarum *t* et *c*, et *c* et *g*, caractere Longobardico. Ex mendosa hac lectione facile eruas *chorum*, quod propius accedit ad literarum tractum in voce *gregem*. Sic ‘Pieridum chorus’ ap. Ovid. Trist. v. 3. 10. ‘Pierii chori’ ex Pont. v. 58. ‘Naiadum chori’ Fast. i. 512. Cf. Fast. v. 80. Nostr. i. 77. vii. 69. xii. 3. et sic passim apud Poetas. ‘Grex’ proprie dicitur de quadrupedum congregatione, et translate de vili hominum multitudine usurpatur. Cicero tamen et Terent. de hominum numero bono sensu utuntur. Cf. Nostr. ix. 87. et xii. 11. ubi de lectione ‘grege’ non dubitari potest.

NOTE

10 *Castalidumque gregem*] Hoc est, talio sibi atque Apollini sacro Castalides dicuntur. Mnsarum, quæ a fonte Cas-

XIII.

DE LYCORIDE.

DUM Tiburtinis albescere solibus audit
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur,
Venit in Herculeos colles: quid Tiburis alti
—Aura valet? parvo tempore nigra redit.

Dum fusca Lycoris audit ebur antiqui dentis album fieri collibus Tiburis, petit Herculeos colles: quid potest aura excelsi Tiburis? brevis tempore nigra revertitur.

//////////

1 Gruterus ex codice Palat. primus dedit, *albescere solibus*; quicum consentiunt codex Florentinus et egregius iste Thuan. quem contulit Gronovius. Vide Var. Notas. *albescere collibus* exhibent edd. vett.

NOTE

1 *Dum Tiburtinis*] De Lycoride 2 *Antiqui dentis*] Id est, vetusti idem est argumentum lib. iv. Epig. eboris. 62. ubi egimus de cælo Tiburtino.

XIV.

AD AULUM, DE LUCTU SUÆ PUELLÆ.

ACCIDIT infandum nostræ scelus, Aule, puellæ,
 Amisit lusus deliciasque suas :
 Non quales teneri ploravit amica Catulli
 Lesbia, nequitiis passeris orba sui ;
 Vel Stellæ cantata meo, quas flevit Ianthis, 5
 Cujus in Elysio nigra columba volat.
 Lux mea non capitur nugis, nec amoribus istis,
 Nec dominæ pectus talia damna movent.
 Bis denos puerum numerantem perdidit annos,
 Mentula cui nondum sesquipedalis erat. 10

O Aule, ingens flagitium contigit nostræ puellæ : perdidit ludos atque amores suos : non quales deflevit Lesbia amica blandi Catulli, privata lasciviis sui passeris ; vel celebrata a meo Stella, quam ploravit Ianthis, cujus nigra columba volat in campis Elysiis. Lux mea non capitur ineptiis, nec istis deliciis, nec cor meæ dominæ moretur talibus jacturis. Amisit puerum natum viginti annos * *

De sua Puella lemma est in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. &c.—5 In iisdem edd. quam flevit Ianthis : Beverlandi Ms. modo quam flevit Ianthis.—7 Codex Florentinus : neque amoribus istis : codex Vat. neque moribus istis ; et sic Gruterus e cod. Palat.

NOTÆ

1 *Infandum scelus*] Parcarum nempe : Ianthide uxore Stellæ vide lib. vi. ad finem usque Epigrammatis mentem lectoris lepide suspendit Poëta. Epig. 21.
 4 *Lesbia*] Vide Catullum Carm. II. de passere mortuo Lesbiæ.
 5 *Vel Stellæ cantata*] Id est, columba, de qua lib. I. Epig. 8. De
 6 *In Elysio*] Hoc est, cujus columbæ umbra est apud Inferos, secundum antiquorum opinionem, qui existimabant mortuorum omnium animalium umbras esse in Inferis.

XV.

AD ARGINUM PUERUM IANTHIDOS.

QUIS puer hic nitidis absistit Ianthidos undis,
 Et fugit ad dominam Naiada ? numquid Hylas ?

Quis puer hic refugit aquas puras Ianthidos, et fugit ad dominam Naiada ? Num-

Ad Arginum puerum inscribitur in edd. vett.—1 Nonnulli legunt : adsistit

NOTÆ

1 *Ianthidos undis*] De hoc fonte Stellæ erat fons, cujus Nympham a vide lib. vi. Epig. 47. In ædibus Violantilla seu Ianthide Stellæ uxore

O bene, quod sylva colitur Tiryntius ista,
 Et quod amatrices tam prope servat aquas!
 Securus licet hos fontes, Argine, ministres:
 Nil facient nymphæ: ne velit ipse, cave.

5

quid est Hylas? O factum bene, quod Hercules colitur in isto nemore, et quod tam prope custodit amatrices undas! O Argine, fas est tutus ministres has undas: Nymphæ nihil faciunt: advertite ne ipse cupiat te rapere.

Hiantidos; et sic est in codice Pulmanni.—2 Et fugitat dominam Beverlandi Ms. Naida legit Gronovius, ut est in omnibus vett. Vide ad lib. vi. Epig. 68.—4 Beverlandi Ms. jam prope.—5 Argynne codex Florent.—6 Nil faciunt Nymphæ Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. Plant. Lang. Delph. alia.

NOTÆ

Ianthidem denominat, ad quam Violanthillam confugiebat hic servus, ne a Nymphis raperetur. Vide lib. vi. Epig. 21.
 2 Numquid Hylus] De quo lib. v. Epig. 49.
 3 O bene] In vicino scilicet nemore colitur Hercules, qui te tuebatur a Nymphis.
 6 Nil facient] Tute potes haurire aquam ex hoc fonte, et ministrare; nec enim hujus fontis Nymphæ te rapient: sed cave ab ipso Hercule.

XVI.

AD REGULUM.

ÆRA domi non sunt, superest hoc, Regule, solum,
 Ut tua vendamus munera: numquid emis?

Non habeo pecuniam domi, o Regule: hoc unum restat ut vendamus tua dona: numquid emis?

1 Regule tantum ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Calderin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. Regule solum codex Pulmanni; et sic Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. et recentt.—2 Beverlandi Ms. numquid emes.

NOTÆ

1 Superest hoc] Nihil quicquam habeo præter munera quæ a te accepi: hoc autem facete dicit Poëta sperans Regulum ea non redempturum, sed liberaliter subventurum suæ inopiæ. De Regulo dictum lib. i. Epig. 13.

XVII.

AD BIBLIOTHECAM JULII MARTIALIS.

RURIS bibliotheca delicati,
 Vicinam videt unde lector urbem;

O bibliotheca amœnae villæ, ex qua lector aspicit propinquam urbem, si quis fue-

Inter carmina sanctiora si quis
 Lascivæ fuerit locus Thaliæ,
 Hos nido licet inseras vel imo, 5
 Septem quos tibi mittimus libellos,
 Auctoris calamo sui notatos :
 Hæc illis pretium facit litura.
 At tu munere dedicata parvo,
 Quæ cantaberis orbe nota toto : 10
 Pignus pectoris hoc mei tuere,
 Julii bibliotheca Martialis.

rit locus jocosæ Thaliæ inter versus sanctiores, colloces licet vel infimis forulis hos septem libros, quos ad te misimus emendatos calamo sui auctoris : hæc litura constituit illis pretium. Sed tu, o bibliotheca Julii Martialis, donata parvo munere, quæ cognita celebraberis toto orbe, serva hoc pignus mei amoris.

1 *Ruris bibliotheca* in codice Vaticano.—5 *Hos modo licet in eodem. inseras vel uno codex quidam ap. Beverlandum.*—8 *Hoc illis pretium* codd. Vat. et Florent.

NOTE

1 *Ruris bibliotheca*] Hoc rus longo sis meis carminibus. Vide lib. iv. Janiculi collo recumbebat, ut dictum Epig. 8.
 est lib. iv. Epig. 64. 5 *Nido vel imo*] Hoc est, vel in ultimo ordine colloces velim.
 4 *Lascivæ Thaliæ*] Hoc est, joco-

XVIII.

IN GALLAM.

CUM tibi sit facies, de qua nec fœmina possit
 Dicere ; cum corpus nulla litura notet :
 Cur te tam rarus cupiat, repetatque fututor,
 Miraris ? vitium est non levè, Galla, tibi.
 Accessi quoties ad opus, mixtisque movemur 5
 Inguinibus : cunnus non facit, ipsa taces.
 Di facerent ut tu loquereris, et ipse taceret :
 Offendor cunni garrulitate tui.

7 Pulmanni codex: *et ille taceret.*

NOTE

1 *De qua nec*] Id est, nec ulla fœmina potest deformitatem notare in tuo corpore. 2 *Nulla litura*] Nec opus est ut lomento rugas uteri condas, quæ nullæ sunt. Vide lib. III. Epig. 42.

Pedere te mallet: namque hoc nec inutile dicit
 Symmachus, et risum res movet ista simul. 10
 Quis ridere potest fatui poppysmata cunni?
 Cum sonat hic, cui non mentula mensque cadit?
 Dic aliquid saltem, clamosoque obstrepe cunno:
 Et si adeo muta es, disce vel inde loqui.

NOTÆ

11 *Poppysmata*] Vox fictitia a sono attrectatio blanda, ut quæ fit ad quo equis necdum domitis blandimur. cicurandum equum. Vide lib. 111. Politianus Miscell. cap. 32. demulsio Epig. 72.

XIX.

DE FRAGMENTO ARGUS.

FRAGMENTUM, quod vile putas et inutile lignum,
 Hæc fuit ignoti prima carina maris.
 Quam nec Cyanææ quondam potuere ruinæ
 Frangere, nec Scythici tristior ira freti.
 Sæcula vicerunt: sed quamvis cesserit annis, 5
 Sanctior est salva parva tabella rate.

Fragmentum quod credis contentum atque inutile lignum, hæc fuit prima carina maris incogniti; quæ olim nec potuit frangi ruinis Cyanæis, nec sæviore ira Scythici freti. Victa est sæculis; at licet cesserit annis, exigua tabella augustior est nave integra.

2 *Hoc fuit* Beverlandi Ms.—4 Edd. vet. habent, *unda freti*: Pulmanni codex, *ira freti*; et sic Plant. Junian. Delph. Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. et recent.—5 *Sæcula vicerunt, et quamvis* Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Fragmentum*] Navis scilicet Argus, quod Romæ tunc extabat. De illa nave et Argonautis vide Valerium Flaccum.

2 *Hæc fuit*] Ante Argonautas mare navibus tentatum non fuit, ut canunt Poætæ.

3 *Cyanææ ruinæ*] Cyanææ seu Symplegades secundum Ptolemæum duæ

sunt insulæ, vel saxa adjacentia Bosphoro Thracio, hodie, *Canal de Constantinople*, quæ non sine magno periculo transmiserunt Argonautæ.

4 *Ira freti*] Hoc est, tempestas Ponti Euxini. Alii legunt, *unda freti*.

6 *Sanctior*] Propter venerationem quæ debetur antiquitati.

XX.

IN SANCTRAM.

NIHIL est miserius, nec gulosius Sanctra,
 Rectam vocatus cum cucurrit ad cœnam,
 Quam tot diebus, noctibusque captavit;
 Ter poscit apri glandulas, quater lumbum,
 Et utramque coxam leporis, et duos armos: 5
 Nec erubescit pejerare de turdo,
 Et ostreorum rapere lividos cirros.
 Buccis placentæ sordidam linit mappam.
 Illic et uvæ collocantur ollares,
 Et Punicorum pauca grana malorum, 10
 Et excavatæ pellis indecens vulvæ,
 Et lippa ficus, debilisque boletus.

Nihil est infelicius et gulosius Sanctra, cum invitatus properat ad cœnam rectam, quam aucupatus est tot diebus et noctibus; ter petit glandulas apri, quater lumbum, atque utramque coxam leporis, et duos armos; nec pudet illum pejerare de turdo, et subducere lividos cirros ostreorum. Dulci placenta inficit sordidam mappam. Illic et uvæ ollares, et pauca grana malorum Punicorum apponuntur, et pellis indecora vulvæ exesæ, et ficus lippa, et debilis boletus. At cum jam mappa frangitur



Dulci placenta ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. aliæ. *Dulcis placenta* Palmanni codex. *Buccis placentæ* codex Florentinus, pro 'buceis,' i. e. frustulis.—11 Beverlandi Ms.

NOTÆ

2 *Rectam vocatus*] Quam revocaverat Domitianus sublatis sportulis. Vide lib. II. Epig. 69.

4 *Glandulas*] Vide lib. III. Epig. 81. lumbus vero est media pars apri in tres partes divisi.

5 *Utramque coxam*] Coxa posteriorum pedum pars est superior, armus anteriorum.

6 *Pejerare*] Hoc est, cum subduxit turdos, non pudet ipsum jurare sibi non fuisse appositos.

7 *Ostreorum lividos cirros*] Cirri proprie crines sunt, sed hic sumuntur pro fibris ostreorum carnis colorem

referentibus, unde *lividos* vocat. Sensus est: Ab illo belluone rapi etiam ostrea.

8 *Buccis placentæ* [*Dulci placenta*] Quam et clam subductam mappa involvebat. Legunt alii *Buccis placentæ*, hoc est, frustis: alii, *Dulcis placenta*. Videat lector.

9 *Uvæ ollares*] Quæ nempe in ollis servabantur.

11 *Et excavatæ*] Exesa enim carne sola pellis supererat.

12 *Et lippa ficus*] E qua lacteus humor lippitudinis instar fluit.

Debilisque boletus] Quia parum du-

Sed mappa cum jam mille rumpitur furtis,
 Rosos tepenti spondylos sinu condit,
 Et devorato capite turturem truncum. 15
 Colligere longa turpe nec putat dextra
 Analecta, quicquid et caues reliquerunt.
 Nec esculenta sufficit gulæ præda,
 Mixto lagenam replet ad pedes vino.
 Hæc per ducentas cum domum tulit scalas, 20
 Seque obserata clausit anxius cella,
 Gulosus ille postero die vendit.

mille furtis, calido sinu occultat spondylos exesos, nec deinde existimat inhonestum porrecta manu colligere turturem mutilum devorato capite, et frusta, et quicquid reliquerunt canes. Nec præda escaria sufficit helluationi, vino misto replet amphoram jacentem ad pedes. Cum hæc omnia portavit domum per ducentas gradus, et sollicitus se abscondit cella clausa, postridie ille helluo vendit hæc frusta.

Et excavata pelvis.—13 Codex Florentinus: rumpitur cunis.—15 Inde vorato capite Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. sed Plant. Junian. et Delph. Inde vorato capite.—16 Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Plant. Junian. Pulman. Delph. aliæ: nec pudet. Lectio nostra debetur Dousæ P. probante Pulmanno.—18 Nec esculentis Pulmanni codex. Nec esculentus Beverlandi Ms. gulæ prædari codex Vat.—19 Codex Florent. ad pedes mero.—20 Hoc per ducentas in codice Vaticano.

NOTÆ

rat, non optimus, inquit Farnabius: immo recisus vel nullo aut debili caule. *Gronovius.* frusta intellige, quæ servi colligerent. Lib. xiv. Epig. 80.
 13 *Mille furtis*] Hoc est, esculentis in mappa involutis. 19 *Mixto lagenam*] Subdicit etiam vinum aqua temperatum, quod servi ad pedes bibebant.
 14 *Spondylos*] Quos puto hic sumi pro quodam piscium genere, alias spondylus est vertebra dorsi. Plin. lib. xxxii. cap. 11. 20 *Per ducentas scalas*] His verbis indicat Sanctram istum sub tegulis pauperum more habitasse. Lib. 1. Epig. 118.
 15 *Et devorato* [*Inde vorato*] Alii *Et devorato. Analecta*] Reliquias et 22 *Vendit*] Non helluationem tantum, sed et Sanctræ avaritiam carpit.

XXI.

DE NATALI LUCANI.

HÆC est illa dies, quæ magni conscia partus,
 Lucanum populis, et tibi, Polla, dedit.

O Polla, hæc est illa lux, quæ testis magni partus edidit Lucanum populis

NOTÆ

1 *Hæc est illa dies*] Quarta scilicet aut tertia Nonas Novembris. Lucani

Heu! Nero crudelis, nullaque invisior umbra :
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

et tibi. Heu, save Nero, nec odiosior propter ullam aliam umbram: saltem hoc non debuit tibi permillum fuisse.

3 In codice Vaticano: *nulla est invisior umbra.*

NOTÆ

opera commentariis illustravit Lambertus Hortensius, et vitam illius Poëtæ copiose describit.

2 *Polla*] Lucani uxor, quem interfici jussit Nero, quod conjuraverat contra eum Lucanus, cum ab ipso prohiberetur sua Carmina in lucem edere.

3 *Nulla invisior*] Hoc est, O Nero,

nullius caedes majus tibi odium conciliavit.

4 *Non licuisse*] Intercidere tam egregium Poëtam. Videtur ad Neronis dictum respicere, qui multis occisis, nescisse hactenus Cæsarem, quantum Imperatori liceret, dicebat. *Raderus.*

XXII.

DE EODEM.

VATIS Apollinei magno memorabilis ortu
Lux redit: Aonidum turba favete sacris.
Hæc meruit, cum te terris, Lucane, dedisset,
Mixtus Castaliæ Bætis ut esset aquæ.

Dies revertitur celebrandus magno ortu Poëtæ Apollinei: O Musæ, estote propitiæ sacrificiis. O Lucane, cum Bætis te donasset orbi, hoc assecutus est ut misceretur undæ Castaliæ.

2 *Aonidum turba favente* Beverlandi Ms. *Aonidum turma* Janus Guilielmus in Pseudol. Plant. Quæst. cap. 6. De harum vocum permutatione frequenti consule Heins. ad Ovid. Art. Am. III. 2. Drakenb. ad Sil. Ital. v. 277. XII. 185. et XIV. 209.—4 *Buccus ut esset* Beverlandi Ms.

NOTÆ

2 *Turba favete*] Turba est nomen collectivum, quapropter verbum ponitur in plurali.

3 *Hæc meruit*] Alii sic explicant: Hæc dies vel propter te, o Lucane, editum meruit, ut Bætis patrius Lucani fluvius numeraretur inter fontes Musarum. Judicet lector.

4 *Bætis*] Cordubæ natus est Lucanus, quæ est ad Bætiam Hispaniæ Bæticæ fluvium hodie, *Guadalquivir*; qui fluvius inter fontes Musarum numeratur, quoniam tulit Poëtam Lucanum. De fonte autem Castalio jam sæpius dictum.

XXIII.

DE EODEM, AD PHŒBUM.

PHŒBE, veni ; sed quantus eras, cum bella tonanti
 Ipse dares Latiae plectra secunda lyræ.
 Quid tanta pro luce precer ? tu, Polla, maritum
 Sæpe colas, et se sentiat ipse coli.

O Apollo veni, at quantus eras, cum ipse bella cantanti concederes plectra secunda lyræ Latinae. Quid optabo pro die tam memoranda ? tu, o Polla, crebro colas conjugem, atque ille intelligat se coli.

1 Edd. vett. *bella canenti* : Beverlandi Ms. *bella tonantis*. Lectionem nostram primus dedit Gruterus.—4 Pulmanni codex : *sentiat ille coli*.

NOTÆ

1 *Veni*] Nempe ad hæc sacra, quæ Virgilio carminis epici gloriam consecrasti.

2 *Plectra secunda*] Hoc est, cui Lucano tu ipse, o Phœbe, secundam a 3 *Tu, Polla*] Diu vivas, ut maritum sapius colere possis.

XXIV.

IN MALEDICUM.

CUM JUVENALE meo quæ me committere tentas,
 Quid non audebis, perfida lingua, loqui ?
 Te fingente nefas, Pyladen odisset Orestes :
 Thesea Pirithoi destituisset amor.
 Tu Siculos fratres, et majus nomen Atridas, 5
 Et Ledæ poteras dissociare genus.

O lingua improba, quæ experiris committere me cum meo Juvenale, quid non audebis dicere ? Orestes odisset Pyladen te excogitante scelus, atque amor Pirithoi deseruisset Thesea. Tu valebis disjungere Siculos fratres, atque Atridas sortitos

Ad *Detractorem* lemma est in codice Pulmanni.—1 *Cum Juvenale meo quid me committere temptas* Beverlandi Ms.—3 *Pylades odisset Orestem* codex

NOTÆ

1 *Cum Juvenale*] Hoc est : O lingua, quæ tentas contentionis et dissidii semina jacere inter me et Juvenalem Poëtam satis notum.

3 *Pyladen*] Horum heroum historia in parentes amorem refert Strabo lib. vi. 5 *Siculos fratres*] Intellige Amphinomum et Anapiam natos Catanæ, hodie, Catania, in urbe Siciliae, non longe a monte Ætna, quorum pium

Hoc tibi pro meritis, et talibus imprecor ausis,
Ut facias illud, quod, puto, lingua, facis.

injorem famam, et stirpem Leda. Hoc tibi exopto pro meritis, et talibus ausis, ut facias illud quod, opinor, lingua facit.

Palatinus.—8 Gruterus ex eodem codice legit, *lingua facis*, pro vulg. *lingua facit*: alloquitur enim ipsam linguam.

NOTÆ

Atridas] Agamemnonem et Menelaum celebriores Siculis istis fratribus.

6 *Leda genus*] Castorem et Pollucem.

8 *Facis* [*facit*] *Alii facis*. Videtur enim alloqui linguam, cui precatnr, ut adhareat rebus turpibus. Lib. 11. Epig. 61.

XXV.

IN MALUM POËTAM.

DULCIA cum tantum scribas Epigrammata semper,
Et cerussata candidiora cute;

Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis

Gutta sit; o demens, vis tamen illa legi!

Nec cibus ipse juvat morsu fraudatus aceti;

Nec grata est facies, cui gelasinus abest.

Infanti melimela dato, fatuasque mariscas:

Nam mihi, quæ novit pungere, Chia sapit.

Cum perpetuo componas Epigrammata solum dulcia, et candidiora pelle cerussata; nec aspergantur ulla mica salis, nec gutta fellis amari; o fatue, nihilominus vis illa evolvi! Nec ipse cibus placet destitutus acerbitate aceti; nec vultus aridct, cui deest gelasinus. Trade puero poma mellita, et mariscas insulsas: ego enim amo Chiam, quæ scit pungere.

In malum Poëtam, qui Epigrammata sine turpibus scribit, inscriptio est in Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Dulcia cum*] Insulsa, nec imbuta illa mordacitate quæ his versibus convenit.

2 *Candidiora*] Hoc est, in quibus inest sensus candidior cernssa, quæ erat eximii candoris. Vide lib. 1. Epig. 73. Candidus vero album quidem significat, sed et simplex etiam ut sumitur hic.

3 *Nulla mica salis*] Hoc est, nulla urbanitas, nec acerbitas.

5 *Nec cibus ipse*] Acerba enim irri-

tant stomachum, lectorem quoque alliciunt sales.

6 *Gelasinus*] Gelasini sunt sulculi qui a ridentibus in ore fiunt, inquit Raderus. Robertus Stephanus in suo Thesaurο ait: Gelasini sunt lineæ quæ ridendo efficiuntur, et summam gratiam ori conciliant. Gelasini sunt etiam dentes anteriores, qui ridendo nudantur. Gelasinus scurram quoque significat.

7 *Mariscus*] Genus quoddam ficus

NOTÆ

insulsæ; infantibus enim placent ris: hoc est, mihi placet Epigramma
dulcia. mordax. De Chia ficu lib. XIII. Epig.

8 Chia] Ficus nempe acerbi sapo- 23.

XXVI.

SCAZONTA MITTIT AD APOLLINAREM.

APOLLINAREM conveni meum, Scazon,
Et si vacabit, (ne molestus accedas,)
Hoc quaecumque, cujus aliqua pars ipse est,
Dabis: hoc facetum carmen imbuant aures.
Si te receptum fronte videris tota, 5
Noto rogabis ut favore sustentet.
Quanto mearum, scis, amore nugarum
Flagret: nec ipse plus amare te possum.
Contra malignos esse si cupis tutus,
Apollinarem conveni meum, Scazon. 10

O Scazon, adi meum Apollinarem: licet otiosus sit, ne importunus accedas, trades hoc quaecumque, cujus aliquam partem effecit ipse: aures illius emendent festivum hunc versum. Si videris te exceptum toto vultu, rogabis ut te ferat gratia solitu. Tenes quanto ardeat studio mearum ineptiarum; nec ipse possum te diligere magis. Si vis esse securus adversus improbos, o Scazon, adi meum Apollinarem.

//////////

2 Et si vacabit, non molestus codex Pulmanni.—3 Beverlandi Ms. pars ipsa est.—4 Gronovius scribi jussit, *facetæ*. Vide Var. Notas.—8 Beverlandi Ms. nec ipso plus.—9 In eodem, esse si voles.

NOTÆ

1 Apollinarem] Doctissimum sane virum, de quo lib. IV. Epig. 87. Scazon Iambus est claudicans; in sexto enim pede ponitur Spondæus.

2 Et si vacabit] Tamen tempus maxime opportunum captabis. Vacare impersonale est hic. Virgil. Æn. 11. 'Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Et vacet annales nostrorum audire laborum.'

3 Cujus aliqua pars] Nam nostri Poëtæ versus emendabat Apollinaris.

4 Hoc facetum] Quomodo facetum, quod modo vocabat quaecumque? cui modestiæ istud haudquaquam convenit. Scribe *facetæ*: aures *facetas* vocat ejus qui facetus est, qui scit eleganter audire. Hæc Gronovius.

XXVII.

DE APRO SIBI A DEXTRO MISSO.*

TUSCÆ glandis aper populator, et ilice multa
 Jam piger, Ætolæ fama secunda feræ,
 Quem meus intravit splendenti cuspide Dexter,
 Præda jaces nostris invidiosa focis.
 Pinguescant madido tetri nidore Penates, 5
 Flagret et exciso festa culina jugo.
 Sed coqus ingentem piperis consumet acervum,
 Addet et arcano mixta Falerna garo.
 Ad dominum redeas : noster te non capit ignis,
 Conturbator aper : vilius esurio. 10

O aper rastator Tuscæ glandis, et jam piger multa ilice, fama proxima ab Ætola fera, quem interfecit Dexter fulgenti venabulo, procumbis prædu odiosa nostris focis. Penates madidi pinguescant hilari nidore, et culina lata ardeat cæsis lignis. At coqus impendet ingentem cumulum piperis, atque adjungit Falerna mixta interiori garo. Reverturis ad dominum: O aper decoctor, non te capiunt nostri Lures. Fames mea constat vilioris.

De Apro a se occiso in edd. vett. Ad Aprum missum codex Pulmanni.—2 Gruterus legi posse credit: Impiger Ætolæ, &c. Codd. Vatt. et Florent. exhibent: Jam piger Ætolia fama.—3 Edd. vett. splendenti cuspide culter; et tunc ad Martialem debet referri.—4 Præda jacet in quibusdam.—5 Codex Pulmanni et Beverlandi Ms. madido lati. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. madidi leto, vel lato.—7 Sed focus Beverlandi Ms.

NOTÆ

* De apro] Legunt alii: De apro a se occiso; et in tertio versu culter pro Dexter: sed huic lectioni repugnat ultimum distichum: ad Dextrum enim suum amicum videtur remittere aprum, cui condiendo non sufficienter suæ opes. Alii: Ad aprum missum.

1 Tuscæ glandis] In agro nempe Tusco aper glandibus saginatus lente incedebat.

2 Ætolæ fama] Hic scilicet aper proximus erat ab ingenti apro Calydonio, quem in Ætolorum agros miserat irata Diana. Vide lib. Spect. Epig. 15.

4 Præda jaces] Alii jacet invidiosa, hoc est major quam ferat mea con-

ditio.

5 Madido tetri [madidi lato] Legunt alii, madido lati: alii madido tetri. Eligat lector. Penates vero Dii sunt domestici sumti pro ipsa domo. Sensus est: Lanta cæna instruatur.

6 Exciso jugo] Montis nimirum, id est, cæsa ligna largius reponantur super focum.

8 Addet et arcano] Hoc est, meliori et interiori. De garo dictum lib. vi. Epig. 93. Genus erat liquaminis, de quo iterum lib. xiii. Epig. 102. 'Expirantis adhuc scombri de sanguine primo, Accipe fastosum, munera cara, garum.'

9 Ad dominum] Dextrum scilicet.

NOTE

Noster te] Nostra culina non habet diendo conturbarentur et decoquenda te condiat; seu in quo apro contentur opes meae.

XXVIII.

AD FUSCUM.

Sic Tiburtinae crescat tibi sylva Dianae,

Et properet caesum saepe redire nemus:

Nec Tartessiacis Pallas tua, Fusce, trapeitis

Cedat, et immodici dent bona musta lacus:

Sic fora mirentur, sic te Pallatia laudent,

5

Excolat et geminas plurima palma fores:

Otia dum medius praestat tibi parva December,

Excipe, sed certa, quos legis, aure jocos.

Scire libet verum: res est haec ardua: sed tu

Quod tibi vis dici, dicere, Fusce, potes.

10

Sic nemus Dianae Tiburtinae tibi angescat, et sylva excisa festinet crescere: nec oleae tuae, o Fusce, cedant prelis Baeticis, atque ingentes cupae praebent bona musta: sic fora mirentur, sic palatia commendent te, et rullae palmae exornent geminas fores: dum medius December concedit tibi brevem quietem, examina, sed aure attenta, ludos quos evolvis. Placet scire veritatem, haec est res difficilis: at tu, o Fusce, potes dicere quod cupis dici tibi.

3 *Tarpesiacis Pallas tua, &c.* codd. Florent. et Vat.—4 *Codex Vaticanus: dent bona vina lacus.*—8 *Exigis et certa* codex Pulmanni. *Exige sed certa* in aliis.—9 *Scire licet verum, res est, &c.* in edd. vett. Alii, *Scire libet verum! res est haec ardua* ex persona Fusci verum pronuntiare subterfugis, ne odium

NOTÆ

1 *Sic Tiburtinae]* Tibure sylvam habebat iste Fuscus, doctus sane causidicus, quae Dianae utpote nemorum praesidis esse dicitur.

3 *Nec Tartessiacis]* Pallas seu Minerva inventrix fuit olivae pro qua et ipsa sumitur. Sensus est: Nec tua oliveta cedant olivetis Baeticis: Baetis vero fluvius est Hispaniae; hodie, *Guadalquivir*, qui olim dictus est Tartessus, ad quem multae sunt oleae, et quidem optimae: trapes autem, seu trapetum, est mola olearia, et sumitur pro ipso prelo.

4 *Lacus]* Cupae sunt in quas vinum prelis expressum labitur.

5 *Sic fora mirentur]* Te agentem causas.

Pallatia laudent] Hoc est, Imperator ipse te laudet.

6 *Excolat et geminas]* Solebant veteres palmis exornare fores causidicorum, qui in causis agendis vicissent. Juvenalis Sat. vii. 'ut tibi lasso Figantur virides scalarum gloria palmae.'

7 *Otia dum]* Saturnalium tempore a foro vacabant causidici.

8 *Excipe [Exige]* Hoc est, diligenter examina. Alii *Excipe*.

9 *Scire libet]* Alii, *Scire licet*. Fusci oratio esse videtur metuentis verita-

pariat: respondet Poëta: Sed tu mihi dic, quod tibi in pari re dici velles, &c. Vide Epist. lib. XII. et Horat. Episc. ad Pisones sub fine. Cf. lib. VIII. Epig. 76. Lectionem nostram firmat codex Pulmanni.

NOTE

tem proferre, quæ sæpius odium Die, o Fusce, quod tibi in simili occa-
parit. sione dici velles.

10 *Quod tibi vis*] Subjungit Poëta:

XXIX.

AD TESTILUM PUERUM.

TESTILE, Victoris tormentum dulce Voconii,

Quo nemo est toto notior orbe puer;

Sic etiam positus formosus amere capillis,

Et placeat vati nulla puella tuo;

Paulisper domini doctos sepone libellos,

5

Carmina Victori dum lego pauca tuo.

Et Mæcenati Maro cum cantaret Alexim,

Nota tamen Marsi fusca Melænis erat.

O Testile, suavis cura Vaconii Victoris, quo nullus notior est toto orbe; sic quoque pulcher diligaris tonsis crinibus, et nulla puella grata sit tuo Poëtæ; aliquantum removere eruditos libros heri, dum lego paucos versus tuo Victori: cum Virgilius caneret Alexim ipsi Mæcenati, nihilominus fusca Melænis Marsi erat quoque nota.

1 *Testile Victuri* codex Pulmanni.—2 Beverlandi Ms. *notior urbe puer.*—
6 In eodem Ms. *lego parva tuo.*

NOTE

1 *Victoris*] Poëtæ qui Testilum Carmina Marsi Poëtæ Virgilio minus
suum puerum amabat. politi, quibus ille Marsus puellam
suam et quidem fuscam celebrabat:

7 *Et Mæcenati*] De formoso Alexi, quem ardebat Virgilius, elegantissimam Eclogam scripsit ad Mæcenatem, qui tamen non desinebat legere
ita, inquit Martialis, Voconius mea Epigrammata suis Versibus longe inferiora non aspernabitur.

XXX.

IN CÆLIAM.

DAS Parthis, das Germanis, das, Cælia, Dacis:

Nec Cilicum spernis, Cappadocumque toros:

1 *Das Cattis* Ald. Junt. Colin. Gryph. *Das Parthis* codex Pulmanni.

NOTE

1 *Das Parthis* [*Cattis*] Tui copiam. Memphi. Lib. Spect. Epig. 1. vers. 1.
Alii, *Parthis. Pharia urbe fututor*]

Delph. et Var. Clas.

Martial.

2 K

Et tibi de Pharia Memphiticus urbe fututor

Navigat, a rubris et niger Indus aquis:

Nec recutitorum fugis inguina Judæorum,

5

Nec te Sarmatico transit Alanus equo.

Qua ratione facis, cum sis Romana puella,

Quod Romana tibi mentula nulla placet?

NOTÆ

4 *Rubris et niger, &c.*] A mari Erythraeo, quod cum Ἐρυθραίων diceretur Græcis, ab Erythra filio Persei et Andromedæ, qui ibi regnavit, Latini *Rubrum* verterunt, cujus coloris vel arenas vel undas esse credebant.

Hebr. **בב**, id est, *papyrosum*.

5 *Recutitorum, &c.*] Quibus circumcisis succrescit cutis.

6 *Sarmatico, &c.*] Namque Alanos Scythiæ populos in Sarmatia Europæa ponunt Plinius et Ptolemæus.

XXXI.

AD REGULUM.

RAUCÆ cortis aves, et ova matrum,

Et flavas medio vapore Chias,

Et fœtum querulæ rudem capellæ,

Nec jam frigoribus pares olivas,

Et canum gelidis olus pruinis,

5

De nostro tibi rure missa credis?

O quam, Regule, diligenter erras!

Nil nostri, nisi me, ferunt agelli.

Putas me tibi misisse de mea villa aves raucæ cortis, atque ova gallinarum, et ficus Chias flavas temperato calore, et rudem fœtum gementis capellæ, et olivas jam cedentes frigori, et brassicam canum pruinis frigidis. O Regule, quam data opera

2 *Et furvas* codex Pulmanni. Lectionem nostram exhibent edd. vett.

NOTÆ

1 *Raucæ cortis*] Propter raucum strepitum avium domesticarum, quas describit noster Poëta lib. III. Epig. 57. 'Vagatur omnis turba sordidæ cortis; Argutus anser, gemmeique pavones,' &c.

2 *Et flavas medio*] Hoc est, ficus Chias moderato calore exsiccatas, de quibus supra Epig. XXIV. et lib. XIII. Epig. 23.

3 *Et fœtum*] Hoc est, hædillum de

quo sollicita est capella.

4 *Nec jam*] Nec olivas frigore constrictas.

5 *Et canum gelidis*] Hoc est, modo ex horto lectum, atque adhuc gelu constrictam.

7 *O quam*] Dedita nempe opera erras fingens te nescire sterilissimum esse meum agellum. De Regulo dictum lib. I. Epig. 83.

Quicquid villicus Umber, aut colonus,
 Aut rus marmore tertio notatum, 10
 Aut Tusci tibi, Tusculive mittunt,
 Id tota mihi nascitur Suburra.

falleris. Agelli nostri nihil ferunt, nisi me. Quicquid villicus Umber, aut colonus, aut Tusci, aut Tusculi mittunt ad te, aut villa ad tertium lapidem, id mihi gignitur tota Suburra.

omnes.—10. 11 Hi duo versus transpositi sunt in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. et Delph.—12 *In tota Beverlandi Ms. Id tota tibi codex Pulmanni.*

NOTE

10 *Marmore tertio*] Hoc est, rus ad tertium ab urbe milliare; singula enim milliaria lapidibus notabantur. 12 *Nascitur Suburra*] Regio urbis erat Suburra, in qua hæc omnia vendebantur.

XXXII.

AD ATTICUM.

ATTICE, facundæ renovas qui nomina gentis,
 Nec sinis ingentem conticuisse domum;
 Te pia Cecropiæ comitatur turba Minervæ,
 Te secreta quies, te sophos omnis amat.
 At juvenes alios fracta colit aure magister, 5
 Et rapit immeritas sordidus unctor opes.

O Attice, qui revocas nomina familiæ disertæ, nec pateris illustrem domum esse in oblivione; pia turba Minervæ Atheniensis tibi adhæret, quies seclusa te, omnis sapiens diligit te. At magister instituit alios juvenes aure fracta, atque avaras aliptes

4 *Te sacrata quies* codex Vaticanus. *Te chorus omnis amat* in codice Floren-

NOTÆ

1 *Facundæ renovas*] Memoriam nempe Pomponii Attici, cujus vitam scripsit Cornelius Nepos, ad quem Epistolas scripsit Cicero, quæ inscribuntur ad Atticum, quem moribus et doctrina imitabatur hic Atticus.
 3 *Te pia*] Hoc est, Græci philosophi tibi semper adhærent. Cur Minerva Cecropia dicatur, vide lib. I. Epig. 40.
 4 *Te secreta quies*] Hoc est, non agis causas, nec ambis magistratus, sed remotus a turba operam das philosophiæ.
 5 *Fracta colit aure*] Hoc est, Gymnasiorum exercitor alios juvenes magnis clamoribus instituit: vel *fracta aure* dixit, quod cum exercitor pugilatum doceret juvenes, eorum aures verberibus contundebat. Virgil. *Æn.* v. 'erratque aures et tempora circum Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.' Vide Turnebum lib. XXIv. cap. 28.
 6 *Rapit immeritas*] Hoc est, juvenes spoliat pecunia immerita qui-

Non pila, non follis, non te paganica thermis

Præparat, aut nudi stipitis ictus hebes :

Vara nec injecto ceromate brachia tendis ;

Non harpasta vagus pulverulenta rapis :

10

Sed curris niveas tantum prope Virginis undas,

Aut ubi Sidonio taurus amore calet.

Per varias artes, omnis quibus area servit,

Ludere, cum liceat currere, pigritia est.

rapit immeritam pecuniam. Non pila, non follis, nec paganica præparat te ad balnea, vel rectus ictus nudi stipitis: nec tendis brachia vara injecto ceromate: nec incertus subripis harpasta pulverulenta: ut solum curris juxta aquas niveas virginis, vel ubi taurus uritur amore Sidonio. Inertia est ludere variis artibus quibus inservit area, cum fas sit currere.

tino.—6 *Et rapit innumeras* Turneb. Adverss. xxiv. 28.—9 *Varra nec in lento* exhibet codex Vaticanus. *Vara nec injecto*, i. e. nec lucta obtorques brachia et lacertos quasi varos; sic Ludovicus Carion. emendavit lib. II. cap. 9. quod etiam exhibent Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. cum codice Pulmanni. *Rara nec injecto* in aliis codd. Vide Turneb. lib. xxiv. cap. 28.—13 *Legitur et, area ferret.* Petrus Scriv. 'areas' intelligit 'vitæ spatia,' ut lib. x. Epig. 24. sed vide Senecæ Epist. 15.

NOTE

dem, quia operam illis non utilem impendit. Legit Turnebus lib. xxiv. cap. 28. *Et rapit innumeras sordidus unctor opes.* Judicet lector.

7 *Non pila*] Nempæ trigonalis. De quatuor pilarum generibus, scilicet de trigonali, folli, paganica, et harpastro fuse diximus lib. iv. Epig. 19.

8 *Aut nudi stipitis*] In terram figebatur palus, contra quem tanquam adversarium se exercebant tirones. Juvenalis Sat. vi. 217. 'aut quis non vidit vulnera pali, quem cavat assiduus sudibus scutoque lacessit?'

9 *Vara nec*] Hoc est, nec luctaris: ita vero in lucta athletæ implicabant

brachia, ut vara viderentur. Legunt alii *Rara* minus bene. *Ceroma* autem erat unguentum ex oleo et luto confectum, quo ungebantur athletæ. Vide lib. III. Epig. 57.

11 *Prope Virginis undas*] Sensus est: Sed exerce te cursu ad aquam Virginem, de qua lib. v. Epig. 21. Vel ad porticum Europes, ubi depictus erat Jupiter in taurum conversus, qualis per mare in Cretam vexit Europen filiam Agenoris, qui Sidonem condiderat.

14 *Ludere, cum liceat*] His verbis omnibus aliis exercitationibus cursum anteponeit.

XXXIII.

IN CINNAM.

SORDIDIOR cœno cum sit toga, calceus autem

Candidior prima sit tibi, Cinna, nive ;

O Cinna, cum habcas togam sordidiorem luto, calceum vero candidiorem prima

Dejecto quid, inepte, pedes perfundis amictu ?

Collige, Cinna, togam ; calceus ecce perit.

nive ; o demens, quid mades facis pedes veste demissa ? O Cinna, attolle togam, en calceus inquinatur.

3 *Neglecto* Gruterus legit ex codd. Palat. et Bodl. male, ex mente Scriverii.—4 Ant. de Rooy conj. *calceus inde perit*, i. e. a sordida toga.

NOTÆ

2 *Candidior*] Hinc colligere est, datum, et calceis albis utentem le-Romanos calceis albis usos fuisse : pida irridet Poëta. huuc autem Cinnam toga sordida in-

XXXIV.

AD SEVERUM, DE CHARINO.

Quo possit fieri modo, Severe,

Ut vir pessimus omnium Charinus

Unam rem bene fecerit, requiris ?

Dicam, sed cito : quid Nerone pejus ?

Quid thermis melius Neronianis ?

5

Non deest protinus, ecce, de malignis,

Qui sic rancidulo loquatur ore :

Quid ? tu tot domini, Deique nostri

Præfers muneribus Neronianas ?

Thermas præfero balneis cinædi.

10

O Severe, rogas qua ratione fieri possit ut Charinus homo omnium improbiſſimus recte egerit unam rem ? Dicam, at breviter : quid improbius Nerone ? quid tamen melius thermis Neronianis ? En statim adest aliquis ex malitiosis, qui sic loquatur ore fatido, Ut quid anteponis thermas Neronianas ædificiis Domini et Dei nostri ? Ego antepono illas balneis cinædi.

Ad Severum inscriptio est in edd. vett.—3 *Unam rem bene gesserit* codex Vaticanus.—4 *Dicam, sed scito* Beverlandi Ms.—6 Codex Florentinus habet : *ecce, da malignus*.—8 *Ut quid tu domini* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Pulman. Lang. et Delph. *Quid te tot domini* codex Florentinus. *Quid tu tot domini* in optimis libris ; unde recte Gruterus : *Quid ? tu tot domini*, probantibus Rutgersio et Gronovio. *Equid tot domini* Scriverius.—9 *Neronianis* Beverlandi Ms.—10 Codex Pulmanni, *cinæde*.

NOTÆ

2 *Ut vir pessimus*] De quo homine impurissimo dictum lib. iv. Epig. 39. licet improbiſſimus in gratiam populi, ut Nero thermas, sic ille balnea extruxit nobilissima.

7 *Rancidulo*] Metaphora ducta a cibo vitiatò jam, et prope corrupto. *Rancidulum* dixit, hoc est, os putidum et corruptum calumniis atque adulationibus.

NOTÆ

- 9 *Muneribus*] Hoc est, ædificiis quibus urbem decoravit Domitianus. ficia non antepono ædificiis Domitiani; sed Neronis thermas balneis Charini præfero.
- 10 *Thermas præfero*] Aliorum ædi-

XXXV.

AD LECANIAM.*

INGUINA succinctus nigra tibi servus aluta

Stat, quoties calidis tota foveris aquis.

Sed meus, ut de me taceam, Lecania, servus

Judæum nulla sub cute pondus habet.

Et nudi tecum juvenesque senesque lavantur. 5

An sola est servi mentula vera tui?

Ecquid fœmineos sequeris, matrona, recessus?

Secretusque tua, cunne, lavaris aqua?

~~~~~

*Ad Matronam* Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. &c. *Ad Lecaniam* codex Pulmanni.—5 *Et nudi* ex cod. Palatino dedit Gruterus. Iisdem in locis lavabant viri cum mulieribus simul. *Sed nudi* Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Pulman. Lang. aliæ. *lavatur pro lavamur* in codice Pulmanni.—6 Janus Guilielmus legendum censet, *verba tui*. Vide Var. Notas.

## NOTÆ

- \* *In Matronam*] Alii, *In Lecaniam*.  
 1 *Succinctus*] Cum in balnea veniret Lecania, jubebat sibi astare servum obligatis pudendis, hac forte de causa, ut suspicatur Poëta, ne in aliis mulieribus latus defatigaret. Siquidem alii promiscue cum fœminis omnes nudi lavabant: ergo non præ pudore ita agebat Lecania. Vide lib. xi. Epig. 76. et Epig. 54. infra, ubi de tributo quod pendebant Judæi circumsecti: qui tegebant inguina, ne verpi viderentur.  
 8 *Secretusque tua*] Nempe in secreto recessu rem habebat cum servo.

## XXXVI.

## AD STELLAM.

CUM pluvias madidumque Jovem perferre negaret,

Et rudis hybernis villa nataret aquis;

*Cum rudis villa nequiret tolerare imbres et cælum pluvium, atque inundaretur*

## NOTÆ

- 1 *Cum pluvias*] Sensus Epigrammatis est: O Stella, ut tuum munus omni ex parte absolutum sit, mitte togam qua tegar, quemadmodum tegulas misisti, quibus tegetetur mea villa.

Plurima, quæ posset subitos effundere nimbos,  
 Muneribus venit tegula missa tuis.  
 Horridus, ecce, sonat Boreæ stridore December : 5  
 Stella, tegis villam, non tegis agricolam.

*aquis hyemalibus, tuo dono multæ tegulæ ad me allatæ sunt, quæ possent emittere pluvias. En December horrens fremit strepitu Aquilonis: o Stella, tegis villam, non tegis agricolam.*

2 Codex Florentinus: *nulla nataret aquis.*—3 Alii legunt, *defendere nimbos* i. e. arcere. Vide Jan. Guilhelm. Verisimil. lib. III. cap. 25. ‘Qui hic mavult legere *defendere*, interrogandus erat, talesne putet fuisse formas imbricum tegularumve veterum, atque sæculi nostri?’ Gruterus. ‘Cogitavi, pro *effundere*, *diffundere*, h. e. receptos collectosque imbres in partes diversas fundere, quod solent tegulæ, atque adeo minuire.’ Ant. de Rooy. Vide Burm. ad Ovid. Heroid. Epist. VIII. 61. ‘Flere licet certe: flendo diffundimus iram.’

## XXXVII.

AD CASTRICUM, DE THETA.

NOSTI mortiferum quæstoris, Castrice, signum?  
 Est operæ pretium discere theta novum.  
 Exprimeret quoties rorantem frigore nasum,  
 Letalem juguli jusserat esse notam.

*O Castrice, an tibi comperta est letalis nota quæstoris? expedit discere theta inusitatum. Quoties emungeret nasum stillantem frigore, imperaverat esse mortiferum*

1 *Nosti mortiferum* exhibent codd. et edd. vett. *Nosti moriferum* ed. Langii an. 1617. et in margine *mortiferum* pro v. l. ex ed. Polmanni. *Nostri* legunt alii. Vide Var. Notas.—4 Ant. de Rooy scribit *jugulo*, dandi casu. ‘Genitivo,’ ait, ‘forte occasionem dederat initialis litera vocis sequentis, quæ res sæpius propterantibus librariis imposuit. ‘Jugulum’ pro ‘jugulatione’ (quo sensu h. l. capiendum foret si Genitivus retineretur) sequioris ævi scriptoribus usurpatum: vide Wopkens in Sedul. Obs. Misc. Nov. Tom. IV. p. 271. an item

## NOTÆ

1 *Mortiferum quæstoris*] Lege II. ff. de origine juris officium quæstoris sic definitur. ‘Constituti sunt quæstores, qui pecuniæ præessent, et dicti sunt ab eo, quod inquirendæ et conservandæ pecuniæ causa creati erant: et quia de capite civis Romani injussu populi non erat lege permissum Con-

sulibus jus dicere, propterea quæstores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus præessent. Hi appellabantur quæstores parricidii:’ de quibus agit poëta. Theta vero signum erat mortis, quæ græce θάνατος dicitur.



Turpis ab iaviso pendebat stiria naso,  
 Cum flaret madida fauce December atrox.  
 Collegæ tenuere manus : quid plura requiris ?  
 Emungi misero, Castrice, non licuit.

5

*judicium juguli: turpis stiria pendebat ab odioso naso, cum sævus December flaret humida fauce. Collegæ cohibuerunt manus, quid rogas plura? O Castrice, infelix non potuit emungere se.*

//////////

Martialis ævo, dubito.<sup>2</sup>—6 *Cum fleret madida* codex Palatinus, improbante Farnabio. *Cum flaret media* in Beverlandi Ms. *Cum staret madida* in aliis codd. Lectionem nostram exhibet codex Pulmanni.

## NOTÆ

5 *Stiria*] Stilla est congelata; hic significat Gallice, *roupie*.

7 *Collegæ tenuere*] Atque ita nasum emungere nequivit, quod signum esset hominis interficiendi.

6 *Cum flaret*] Alii, *fleret*, alii, *staret*, prior lectio magis placet.

## XXXVIII.

## AD POLYPHEMUM.

TANTUS es, et talis uostri, Polypheme, Severi :  
 Ut te mirari possit et ipse Cyclops.  
 Sed nec Scylla minor: quod si fera monstra duorum  
 Junxeris, alterius fiet uterque timor.

*O Polypheme, nostri Severi, tam magnus, et talis es, ut possis movere admirationem et ipsi Cyclopi: at nec Scylla minor: quod si junxeris sæva portenta amborum, sibi invicem incutient terrorem.*

//////////

3 *Sed nec Scylla minor* legunt nonnulli, ut Scyllam Polyphemo non fuisse minorem accipiamus. Vide Turneb. Advers. lib. xxiv. cap. 28.—4 Codd. Vat. et Florent. *fiet uterque minor*.

## NOTÆ

3 *Nec Scylla minor*] Nimirum ipso Polyphemo conservo: tantæ ergo magnitudinis erant servus iste Polyphemus, et Scylla serva, ut et ipsi Cyclopi, noto ex Theocrito et Virgilio, admirationem movere possent: immo et alter alteri terrori esse posset. Legunt alii: *Sed nec Scylla minor*. Prior lectio placet Turnebo lib.

24. cap. 28. hoc est; Nec Scylla servus, aut serva, ut sentiunt Interpretes, minor est Polyphemo conservo. Quidam intelligunt duas fuisse statuas ingentis magnitudinis, sed intelligendum potius de duobus servis, ut opinor, tam deformibus et tam magnis, ut sibi invicem terrori esse potuerint.

## XXXIX.

DE CÆLIO.

DISCURSUS varios, vagumque mane,  
 Et fastus, et ave potentiorum,  
 Cum perferre patique jam negaret,  
 Cœpit fingere Cælius podagram.  
 Quam dum vult nimis approbare veram, 5  
 Et sanas linit obligatque plantas,  
 Inceditque gradu laborioso ;  
 (Quantum cura potest, et ars doloris!)  
 Desit fingere Cælius podagram.

*Cum Cælius jam nollet pati et tolerare varios discursus, atque errores matutinos, et superbiam, et salutationes potentiorum; incepit simulare podagram, quam dum nimis cupit demonstrare veram, atque oblitit, et illigat plantas sanas, atque ambulat incessu molesto, (o quantum valet cura et ars doloris!) Cælius cessavit simulare podagram.*

//////////

Hujus Epigrammatis lectio non variatur in exemplaribus, aut scriptis aut excusis.

## NOTE

- 1 *Vagumque mane*] De matutinis ironia lib. v. Epig. 22.  
 salutationibus dictum lib. i. Epig. 9 *Desit*] Per contractionem pro  
 56. *desiit*, nam re ipsa correptus est po-  
 8 *Quantum cura*] Eadem usus est dagra.

## XL.

EPITAPHIUM PATRIS ETRUSCI.

Hic jacet ille senex, Augusta notus in aula,  
 Pectore non humili passus utrumque Deum ;

*Hic jacet ille senex cognitus in aula Augusta passus utrumque Deum corde non*

//////////

2 Codd. Vat. et Florent. exhibent: *passus utroque*.—4 Ald. Junt. Colin.

## NOTE

- 1 *Hic jacet*] De Etrusco patre, et num nempe propitium, atque adver-  
 Etrusco filio dictum lib. vi. Epig. sum, qui iratus in exilium miserat  
 83. Etruscum, placatus vero eundem re-  
 2 *Passus utrumque Deum*] Domitia- vocaverat. Lib. vi. Epig. 83.

Natorum pietas sanctis quem conjugis umbris

Miscuit: Elysium possidet ambo nemus.

Occidit illa prior viridi fraudata juventa :

5

Hic prope ter senas vidit Olympiadas.

Sed festinatis raptum tibi credidit annis,

Aspexit lacrymas quisquis, Etrusce, tuas.

*abjecto ; quem pietas liberorum conjunxit sanctis manibus uxoris : umbra habitat in Elysio nemore. Illa prior interiit privata viridi juventute ; hic fere vidit octo-decim Olympiadas. At quisquis spectavit tuos fletus, o Etrusce, putavit illum tibi ablatum fuisse morte immatura.*

Gryph. *possidet umbra*, improbante Grutero. Sed codd. Vat. Florent. Palat. Thuan. Pulmanni, alii, cum edd. antiquiss. Ferrar. an. 1471. *possidet ambo*, imitatione Virgillii : 'Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros.'—6 *Hic prope ter denas* codex Pulmanni. *Hic prope ter senas vixit* codd. Thuan. et Florent. et sic in nonnullis edd.

## NOTÆ

3 *Natorum pietas*] Hoc est, eodem sepulcro conditus est cum uxore sna.

4 *Possidet ambo [umbra]* Alii forte melius legunt *ambo* pro *ambos*, Etruscum scilicet, atque uxorem. Sic Virg. *Æn.* xi. 'Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros,' &c.

6 *Hic prope ter senas*] Poëta videtur sumsisse Olympiadem pro lustro, seu quinquennio: Statius enim in *Sylv.* III. quæ inscribitur, 'Lacrymæ Etrusci,' sic de Etrusco canit: 'Dextra bis octonis fluxerunt sæcula lustris, Atque ævi sine nube tenor,' &c. Ex his versibus constat Etruscum feliciter egisse octoginta annos, antequam mitteretur in exilium. Ovidius etiam de Ponto lib. iv. *Eleg.* 6. Olympiadem sumsit pro lustro: 'In

Scythia nobis quinquennis Olympias acta est: Jam tempus Iustri transit in alterius.' Apud Historicos vero Olympias accipitur pro quatuor annis integris, de quibus jam dictum supra. Si ergo Olympiadem pro quatuor annis acciperet, septuaginta annos circumcirca vixisset Etruscus, atque ita contra Statium diceret Martialis.

7 *Sed festinatis*] Hoc est: O Etruscus fili, licet Etruscus pater tuus senior interierit, fato tamen immaturo abreptum tibi illum credidit, quisquis vidit tuos planctus. Legunt alii: *Raptum te credidit annis.* In hoc versu Etruscum patrem, in ultimo Etruscum filium alloqueretur Poëta, ut aiunt. Melior longe mihi videtur prior lectio.

## XLI.

## AD SEMPRONIUM TUCCAM.

COSMICOS esse tibi, Semproni Tucca, videris :

Cosmica, Semproni, tam mala, quam bona sunt.

*O Semproni Tucca, credis te esse cosmicum : o Semproni, cosmica æque bona ac mala sunt.*

*Ad Sempronium* inscribitur in edd. vett.

## NOTÆ

1 *Cosmicos*] Κοσμικός hoc est, *mundanus*. Hoc Epigramma sic explicat Turnebus lib. xxv. cap. 24. Credo, inquit, Sempronium voluisse videri Socratis et philosophorum imitatorum qui se mundanos dicebant, non alicujus certi definitique loci municipes: ac se mundanum esse respondit

interroganti, cujus esset Socrates: Martialis autem, qui mundum tantundem boni quantum mali habere sciret, et multos intelligeret ambitioso philosophi nomine magna vitia occultare, cosmica et bona et mala esse dicit, ne eo nomine se Sempronius circumspiceret.

## XLII.

## AD CASTRICUM.

MUNERIBUS cupiat si quis contendere tecum,

Audeat hic etiam, Castrice, carminibus.

Nos tennes in utroque sumus, vincique parati:

Inde sopor nobis, et placet alta quies.

Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quæris? 5

Alcinoo nullum poma dedisse putas?

O *Castrice*, si quis velit certare tecum donis, hic quoque audeat versibus. Nos sumus mediocres in utroque, et prompti ad cedendum, hinc amo soporem atque otium nimium. Rogas, cur ergo dederim tibi tam malos versus? An credis Alcinoum a nemine accepisse poma?

//////////

In hoc Epigrammate exhibendo nullam lectionis varietatem produnt exemplaria.

## NOTÆ

1 *Muneribus*] Hic Castricus et divitiis et doctrina abundavit, cui primas dat Poëta.

5 *Tam mala*] Rationem reddit, cur ad Castricum versus miserit, quia, nempe, inquit, et Alcinoo Phæacum

regi in insula Coreyra, hodie, *Corfue*, cujus horti pomis nobilissimis abundarunt, aliquis forsitan obtulit poma, et quidem suis longe inferiora. Hujus Alcinoi hortos describit Homer. Od. Z.

## XLIII.

## IN CINNAM.

PRIMUM est, ut præstes, si quid te, Cinna, rogabo:

Illud deinde sequens, ut cito, Cinna, neges.

O *Cinna*, primum est ut des, si quid petam a te; deinde illud sequens, ut recuses

//////////

2 *Illud deinde sequens si, &c.* in codice Pulmanni. Nostram lectionem exhibent alii codd. cum edd. vett. omnibus.

Diligo præstantem; non odi, Cinna, negantem:  
Sed tu nec præstas, nec cito, Cinna, negas.

*sine mora. O Cinna, amo dantem, non odi recusantem. At tu, o Cinna, nec das, nec recusas celeriter.*

## NOTÆ

1 *Primum est]* Vide lib. vi. Epig. 20. et 30.

## XLIV.

DE IMAGINE MAXIMI CÆSONII, AD Q. OVIDIUM.

MAXIMUS ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est,  
Cujus adhuc vultum vivida cera tenet.  
Hunc Nero damnavit: sed tu damnare Neronem  
Ausus es, et profugi, non tua, fata sequi.  
Æquora per Scyllæ magnus comes exulis isti, 5  
Qui modo nolueras consulis ire comes.  
Si victura meis mandantur nomina chartis,  
Et fas est cineri me superesse meo,  
Audiet hoc præsens, venturaque turba, Fuisse  
Illi te, Senecæ quod fuit ille suo. 10

*Ovidi, hic est ille tuus Maximus Cæsonius, cujus faciem adhuc exprimit cera vivida. Damnatuſ est a Nerone, at tu ausus es condemnare Neronem, et sequi sortem exulis, non tuam. Tu potens comitatus profugum per mare Siculum, qui paulo ante recusaras comitari illum Consulcm. Si nomina non peritura traduntur meis chartis, et licet me vivere superstitem meo cineri, præsentcs et posteri scient hæc, te illi fuisse, quod ille fuit suo Senecæ.*

*Ad Ovidium inscriptio est in edd. vett.—4 Ausus et non profugi codex Florentinus. non tua facta sequi in eodem codice.—9 Audiet hæc præsens Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ. Audiet hoc præsens codex Pulmanni.*

## NOTÆ

1 *Maximus ille]* In cera nempe ad vivum expressus Cæsonius, qui, damnatus a Nerone in conjuratione Pisoniana, in exilium aut in Siciliam aut in Africam fuit missus. De eo Tacitus Annal. xv.

3 *Sed tu damnare]* Cum sponte tua Cæsonium ut innocentem secutus es.

5 *Æquora per Scyllæ]* Scylla scopulus est in mari Siculo.

6 *Consulis ire comes]* In Africam, quam paulo ante administraverat Cæsonius.

10 *Senecæ quod fuit]* Hinc colligere est, Cæsonium in Corsicam comitatum fuisse Senecam exulem.

## XLV.

DE EADEM.

FACUNDI Senecæ potens amicus,  
 Caro proximus, aut prior Sereno,  
 Hic est Maximus ille, quem frequenti  
 Felix litera pagina salutat.  
 Hunc tu per Siculas secutus undas, 5  
 O nullis, Ovidi, tacende linguis,  
 Sprevisi domini furentis iras.  
 Miretur Pyladem suum vetustas,  
 Hæsit qui comes exuli parentis.  
 Quis discrimina comparat duorum? 10  
 Hæsisti comes exuli Neronis.

*Potens amicus disertæ Senecæ, proximus Caro, aut prior Sereno, hic est ille Maximus, quem salutat felix Epistola frequenti pagina: hunc tu comitatus per mare Siculum, Ovidi celebrande omnibus linguis, contempsisti furores domini irati. Antiquitas prædicet suum Pyladem, qui comitatus est exulem matris: quis conferat pericula amborum? Secutus es exulem Neronis.*

*Ad eundem lemma est in Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.—1 Senecæ proximus amicus Beverlandi Ms.—2 Claro proximus in eodem.—9 Codex Pulmanni: comes exulis parentis.*

## NOTE

2 *Caro proximus*] In amore nempe erga Senecam. Carus autem et Serenus, et hic Maximus Cæsonius, Senecæ amicissimi fuerunt. Vide Senecæ Epistolam 87.

3 *Quem frequenti*] Ad quem Cæsonium toties scripsit Seneca. *Felix litera* dicitur, ut opinor, quod bearet ipsum Cæsonium.

5 *Hunc tu*] Vide Epigramma præcedens.

7 *Domini*] Neronis.

8 *Miretur Pyladem*] Qui se comi-

tem adjunxit Oresti exulanti, ne a matre sua Clytæmnestra, ut Agamemnon pater, interficeretur. Euripides in Oreste, et Sophocles in Electrâ. Deinde reversa matrem occidit, et rursus exulavit.

10 *Duorum*] Pyladis nempe et Ovidii: ille enim, Orestem secutus, non tantum periculum expertus est, quantum adiiit Ovidius, damnatum a Nerone sævissimo tyranno Cæsonium comitatus.

## XLVI.

AD PRISCUM.

COMMENDARE tuum dum vis mihi carmine munus,  
 Mæonioque cupis doctius ore loqui;

*Dum vis versibus commendare mihi tuum donum, et cupis canere eloquentius Ho-*



Excrucias multis pariter me teque diebus :

Et tua de nostro, Prisce, Thalia placet.

Divitibus poteris Musas, elegosque sonantes

5

Mittere : pauperibus munera pexa dato.

*mero, et te et me similiter exanimas multis diebus: et tua Thalia, o Prisce, tibi grata est cum nostro dispendio. Licebit mittere locupletibus Musas, atque elegos sonantes: largire egenis munera pexa.*

4 *Prisce, Thalia tacet* codex Pulmanni; et sic legit Turneb. Advers. lib. xxiv. cap. 28.—6 Beverlandi Ms. *munera, Prisce, dato.* J. Vossius: *munera plena dato*; et interpretatur, non ornata et polita instar Elegorum sonantium, sed crassa et pinguis et incondita, magni attamen ponderis. Alii legunt: *munera plana dato.*

#### NOTÆ

1 *Commendare tuum*] Dum enim Carmina meditaretur Priscus, interim noster Poëta egebat.

2 *Mæonio*] Cur Homerus vocaretur Mæonius dictum Epig. 10. lib. v.

4 *Et tua de nostro*] Et tibi iucundum est meditari Carmina cum meo damno: munus enim promissum non mittis. Turnebus lib. xxiv. cap. 28. legit, *Thalia tacet.* Quod enim, inquit, versus se scribere accuratos

simularet Priscus, vel etiam meditaretur, nec interea dona remitteret, silentium ejus merito sibi conqueritur damnosum Martialis. Judicet lector.

6 *Munera pexa*] Raderus vestem pexam intelligit. Vide lib. II. Epig. 58. Legunt alii *plana*, id est, sine Carminibus. Alii *plena*, hoc est, inquit Farnabius, quorum gratia non diminuitur mora.

## XLVII.

AD LICINIUM SURAM.

DOCTORUM Licini celeberrime Sura virorum,

Cujus prisca graves lingua reduxit avos,

O *Licini Sura, celeberrime hominum eruditorum, cujus antiqua lingua revocavit*

*Ad Licinium* inscribitur in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Lang. aliis. —1 In iisdem: *celeberrime, summe virorum.* Lectionem nostram testantur

#### NOTÆ

1 *Licini*] Cujus mentionem facit Plinius Junior lib. IV. Epist. 30. 'Attuli tibi,' inquit, nempe Licinio Suræ, 'ex patria mea pro munusculo quæstionem altissima ista eruditione

tua dignissimam.' Legunt alii: *celeberrime, summe*, quæ lectio non videtur bona.

2 *Cujus prisca*] Cujus oratio gravitatem et mores antiquorum sapit.

Redderis, heu quanto fatorum munere! nobis,

Gustata Lethes pæne remissus aqua.

Perdiderant jam vota metum, securaque flebant

5

Tristia cum lacrymis; jamque peractus eras.

*severos avos: heu quanto dono fatorum restitueris nobis fere remissus libata unda Lethes! Jam vota amiserant timorem, et mæror tutus lacrymabatur, et jam depl-*

//////////

optimi codices.—5. 6 ‘Priora hujus distichi quid sibi velint, non extrico plane. Conjeceram olim: *Perdiderant jam vota metu*; fere ut Ovid. *Fast.* vi. 245. ‘Spem metus expulerat, cum Menti vota Senatus Suscipit.’ Adeo ut Verbum Activum *Perdiderant* Passive capiatur, vel absolute; qua de construendi ratione vide Gell. lib. xviii. cap. 12. Vechner. *Hellenol.* lib. i. p. 1. cap. 6. Pompon. de *Usu Antiq.* Locut. lib. ii. cap. 1. Cort. *Excurs.* vi. ad Sallust. *Jugurt.* cap. 85. Voss. *Anal.* lib. iii. cap. 3. Jens. *Singul. Observ.* lib. i. 36. Sed non satisfacit. Receptam lectionem Farnabius explicat: ‘Tanquam in certa morte deposueramus spem, et cum votis metum curamque pro te.’ Hoc voluisse forsitan Poëtam, non plane iverim inficias. Attamen an hæc sententia e vulgatæ lectionis verbis exculpi commode queat, viderint ne oculatior: ego certe ex illis colligere nondum possum, *vota*, i. e. spem cum metu cessare. An autem quemadmodum ‘servitia’ pro ‘servis,’ et ‘operas’ pro ‘operariis’ passim legimus (vide et Erudit. Gruner. ad *Sedul.* lib. i. v. 20. et Brant. ad *Cæs. B. G.* lib. vii. 32.) ita et *vota* dixit Martialis pro amicis, qui Licinii salute vota conceperant? qua de consuetudine vide *Brisson.* *Form.* lib. i. Broukh. ad *Tibull.* i. 5. 10. Thomasin. de *Tab. Vocat.* cap. 34. vide et infra lib. xii. *Epig.* 92. Amici itaque non amplius metuebant; quia pro defuncto habebatur Licinius. An vero scribendum? *Perdiderant jam vota, metus*, conjunctione omissa, ut sæpius. Vide Scheffer. ad *Phædr.* lib. i. Fab. q. v. 3. Ovid. *Heroid.* *Epist.* ii. 31. ‘Jura, fides ubi nunc commissaque dextra dextræ?’ et *rd Perdiderant iterum* pro ‘Perdita erant,’ vel absolute. Sed an *secura tristitia*? cur ergo flebant? Fletus commoti animi indicium, non autem securi. *Securus* significat quietum, tranquillum: malim itaque: *sinceraque flebant Tristitia*. Quæ vox aptissime affectum erga Licinium exprimit. Ita et ‘sincerus’ in ‘securus’ transierat apud Nason. *Nuc.* v. 35. ubi vide *Burm.* Sed est præterea, quod aliquando mihi in mentem venit. Extat nimirum in aliquibus edd. [scil. Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Lang. Delph. &c.] *securaque flebut Tristitia, et lacrymis jamque peractus eras*. Respuit hanc lectionem *Scriverius*: puto, quod viram offenderet *rd jamque*, præcedente jam copula et. Neque mihi valde arridet; quanquam, sæpius particulam *que* abundare, non ignorem. Quid? si legas: *sinceraque flebut Tristitia, in lacrymis jamque peractus eras*. h. e. respectu lacrymarum: vel, tot jam lacrymæ fundebantur, ac si re vera diem obiisses. Hoc pacto certe interdum hæc præpositio est exponenda: ut apud *Flor.* lib. ii. cap. 6. ‘Tota insula in una urbe superata est.’ *Justin.* lib. xiv. cap. ult. ‘Ut Alexandrum posses in moriente matre cognoscere.’ *Curt.* vi. 9. ‘In vobis liberos, parentes, consanguineos

#### NOTÆ

4 *Gustata Lethes*] *Lethe Inferorum* gunt alii: *securaque flebant Tristitia* fluvius, hoc est, fere mortuus vitæ cum lacrymis, &c. prior lectio mihi restitueris. videtur melior, nisi forte melius

5 *Vota metum*] Spe enim tuæ vitæ legas: *securaque flebant*: (nempe *vota Tristitia, et lacrymis jamque peractus eras*.)

Non tulit invidiam taciti regnator Averni,  
 Et raptas fatis reddidit ipse colos.  
 Scis igitur, quantas hominum mors falsa querelas  
 Moverit; et frueris posteritate tua. 10  
 Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe:  
 Perdiderit nullum vita reversa diem.

*raceramus te. Rex silentis Orci non fuit par odio nostro, atque ipse restituit pensa erepta a fatis. Ergo noristi quantas querimonias hominum excitavit tuus interitus falsus, et frueris tua posteritate, Vive velut rapto, et percipe latitium fugacem: vita reddita nullum auiserit diem.*

habeo.' Horat. iv. Od. 4. 4. 'Expertus fidelem Jupiter in Ganymede flavo.' Ipse Martialis lib. iv. Epig. 29. 'Sæpius in libro memoratur P'ersius uno, Quam levis in tota Marsus Amazonide.' Salpic. Sever. Vit. Martin. cap. 2. 'Vere memor Dominus . . . se in paupere professus est fuisse vestitum.' *Ant. de Rooy. Tristia cum lacrymis dedit Scriverius e membranis et Junii margine. 'Videtur legendum: securaque flebant Tristia jam lacrymæ. Jam lugentium lacrymæ, h. e. lugentes lacrymis, flebant tristitia securæ, i. e. certum et creditum nec amplius pro dubio habitum casum tuum.' Gronovius. —8 Et raptum fatis reddidit ipse solo codex Pulmanni. Et raptas fatis reddidit ipse colos conj. Gronovius, ut Seneca: 'Abrupit stolidæ regalia tempora vitæ.'*

## NOTE

- 7 *Regnator Averni]* Pluto. nobis, tuis nimirum posteris, cum mortuum te crediderimus.  
 8 *Reddidit]* Parcis pensa restituit, quæ a fatis ablata fuerant. 11 *Vive velut rapto]* Hoc est, percipe voluptates perinde ac si ex rapto viveres. Vide lib. i. Epig. 16.  
 10 *Fruearis posteritate tua]* Ipse velut redvivus scis quam fueris carus

## XLVIII.

## AD ANNIUM.

CUM mensas habeat fere ducentas,  
 Pro mensis habet Annii ministros:

*Cum mensæ prope ducentæ sint Annio, sunt famuli loco mensarum: paropsides*

*De Annio* inscribitur in edd. vett.—1 Codex Pulmanni: *habeat fere trecentas.*

## NOTE

- 1 *Fere ducentas]* Numerus est certus pro incerto. xxv. cap. 24. sic explicat hos versus. Puto, inquit, ita intelligendum: suppetunt illi plurimæ mensæ ad ducentas, non tamen in eis opsonia reponit: sed eas semper servi gerunt, nec epulis frui possunt convivæ, ita ambulatoriam cœnam potius spectant, Turnebus lib.
- 2 *Pro mensis]* Hoc est, mensarum vicibus funguntur ipsi ministri cibos et opsonia in gabatis seu paropsidibus circumferentes, nec quicquam apponunt convivis.

Transcurrent gabatæ, volantque lances.  
 Has vobis epulas habete, lauti.  
 Nos offendimur ambulante cœna.

5

*transcurrent, et lances volant. O divites, servate vobis has dapes. Cœna ambulans lædit nos.*

## NOTÆ

quam comedunt: cum ministri ce- ipsis et lancibus.  
 riter paropsides et gabatas ante con- 5 *Nos offendimur*] Quia ambulato-  
 vivas præferant, &c. Mensas acci- riis his epulis frui non possumus.  
 pere videtur Turnebus pro gabatis

## XLIX.

## AD SEVERUM.

PARVA suburbani munuscula mittimus horti:  
 Faucibus ova tuis; poma, Severe, gulæ.

*O Severe, mittimus exigua munuscula suburbani horti; ova tuis faucibus, poma gulæ.*

\*\*\*\*\*

1 *Pauca suburbani* exhibet codex Palatinus. Vide Interpp. ad Propert. iv. 10. 20. Ovid. Met. ii. 788. Fast. iii. 66. Pont. iii. 1. 60. et Burm. ad Fast. iii. 192.

## NOTÆ

2 *Faucibus ova*] Hoc est, quæ tuæ quæ palato grata sint, famemque raucitati medeantur; poma autem, stimulent.

## L.

## AD FONTEM IANTHIDOS.

FONS dominæ, regina loci, quo gaudet Ianthis,  
 Gloria conspicuæ delictumque domus:  
 Cum tua tot niveis ornetur ripa ministris,  
 Et Ganymedeo luceat unda choro:

*O fons dominæ, regina loci, quo delectatur Ianthis, decus et voluptas splendide domus: cum tua ripa decoretur tot candidis fumulis, atque aqua splendeat choro*

\*\*\*\*\*

*Ad fontem Hiantidos* lemma est in edd. vett.—1 In iisdem: *quo gaudet Hiantis*.—4 Codex Pulmanni: *luceat unda thoro*. Sed *thoro*, sive *toro*, et *choro* vix distingui possunt in codd. Vide nos ad Tibull. ii. 1. 86.

## NOTÆ

1 *Ianthis*] Vide lib. vi. Epig. 47. et Epig. 14. supra.

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

2 L

Quid facit Alcides sylva sacratus in ista ? 5

Tam vicina tibi cur tenet antra Deus ?

Numquid nympharum notos observat amores,

Tam multi pariter ne rapiantur Hylæ ?

*Ganymedeo; quid agit Hercules sacratus in ista sylva? quare Deus occupat tam propinquas tibi speluncas? num custodit cognitos amores Nympharum, ne tam multi Hylæ similiter rapiantur?*

## LI.

### AD URBICUM.

MERCARI nostras si te piget, Urbice, nugas,

Et lasciva tamen carmina nosse libet:

Pompeium quæras (et nosti forsitan) Auctum;

Ultoris prima Martis in æde sedet.

Jure madens, varioque togæ limatus in usu, 5

Non lector meus hic, Urbice, sed liber est.

Sic tenet absentis nostros, cantatque libellos:

Ut pereat chartis litera nulla meis.

Denique, si vellet, poterat scripsisse videri;

Sed famæ mavult ille favere meæ. 10

*O Urbice, si tædet te emere nostras ineptias, et nihilominus placet tenere versus lascivos: quæras Pompeium Auctum, et forte novisti; habitat in æde prima Martis ultoris. Imbutus jurisprudentia, atque exercitatus in vario usu togæ, o Urbice, hic non est meus lector, sed liber. Ita scit et canit nostros libros non præsentis, ut nulla syllaba desit meis scriptis. Tandem, si liberet, poterat videri composuisse: at ille mavult studere meæ existimationi. Potes hunc provocare a decimo: (nec*

3 Pompeium quæres codex Vaticanus. Pompeium quæris codex Florentinus.—5 In codice Vaticano lunatus, propter similitudinem syllabarum im et un in membranis. Ant. de Rooy conj. ab usu. Vide Micyll. ad Ovid. Trist. iv. 10. 16. Idem Ovid. Art. Am. iii. 91. 'Conteritur ferrum, silices tenu-

### NOTÆ

4 *Ultoris prima*] Quam Marti bello Philippensi pro ultione paterna suscepto voverat Augustus. Suet. in Augusto cap. 29.

5 *Jure madens*] Alii intelligunt, coqui instar jusculo unctum fuisse hunc Auctum, cujus etiam toga, qua ad varios usus uteretur, attrita esset; ego vero et juri-peritum fuisse, et studiis pacis, et vario causarum ge-

nere exercitatum libenter dixerim. Vide Epig. 69. infra, et lib. i. Epig. 40.

7 *Sic tenet absentis*] Pro absentes: ita et alii auctores locuti sunt. Sensus est: Ita ad unguem Pompeius Auctus tenet mea Carmina, ut ea memoriter sine ullo errore recitare possit. Heraldus mavult absentis esse in Genitivo: Martialis scilicet.

Hunc licet a decima (nec enim satis ante vacabit)

Solicites: capiet cœnula parva duos.

Ille leget, bibe tu: nolis licet, ille sonabit:

Et cum, Jam satis est, dixeris; ille leget.

*enim prius erit ipsi satis otii:)* exigua cœnula apponetur ambobus. Ille leget, tu pota: quamvis nolis ille recitabit: et cum jam dixeris, Sufficit; ille leget adhuc.

antur ab usu.—11 Nunc licet Beverlandi Ms.—12 Sollicitos codex Pulmanni.

## NOTE

11 *Licet a decima*] Prius enim propter sua negotia non vacabat Auctus. Antiqui. De horis dictum lib. iv. Epig. 8. Sensus est: Si Auctum rogaveris ut mea Carmina legat, te ad cœnam invitabit, et leget ad nauseam usque.

## LII.

## AD AUCTIONEM.

GRATUM est, quod Celeri nostros legis, Aucte, libellos;

Si tamen et Celerem quod legis, Aucte, juvat.

Ille meas gentes, et Celtas rexit Iberos,

Nec fuit in nostro certior orbe fides.

Major me tanto reverentia turbat; et aures

5

Non auditoris, iudicis esse puto.

O Aucte, jucundum est quod recitas Celeri nostros libros, si tamen et placet Celeri, quod recitas. Ille administravit meam nationem, et Celtas Iberos, nec fides sanctorum fuit in nostro orbe. Major observantia in tantum virum terret me; atque existimo aures esse iudicis, non auditoris.

5 *Major me tanti* Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. alia. *Major me tanti* codd. Thuan. Palat. et Florent. *Major me tanta* codex Vaticanus.—6 *Non auditores* Beverlandi Ms.

## NOTE

1 *Quod Celeri*] De Aucto vide Epigramma præcedens. Celeris vero mentionem facit Plinius Junior lib. iv. Epist. 11. qui ob Corneliam Vestalem incesti accusatam in Comitio virginis cæsus est: de quo sane hic non loquitur Poëta, sed de altero, qui præfectus fuit Hispaniæ, patriæ Martialis. Celtæ autem Iberi ripas in-

colentes, dicti sunt Celtiberi.

4 *In nostro orbe*] In Hispania patria mea, quæ mari et Pyrenæis montibus clausa, quasi orbis alter est.

6 *Non auditoris*] Nec enim auditorem tantum, sed ut Celtiberorum, sic et Musarum iudicem vereor Celerem. In superiori versu alii legunt *tanto*, pro *tanti*.



## LIII.

## IN UMBRUM.

OMNIA misisti mihi Saturnalibus, UMBER,  
 Munera, contulerant quæ tibi quinque dies;  
 Bis senos triplices, et dentiscalpia septem:  
 His comes accessit spongia, mappa, calix;  
 Semodiusque fabæ cum vimine Picenarum, 5  
 Et Laletanæ nigra lagena sapæ;  
 Parvaque cum canis venerunt coctana prunis,  
 Et Libycæ fici pondere testa gravis.  
 Vix puto triginta nummorum tota fuisse  
 Munera, quæ grandes octo tulere Syri. 10  
 Quanto commodius nullo mihi ferre labore  
 Argenti potuit pondera quinque puer?

O UMBER, Saturnalibus misisti ad me omnia dona, quæ tu acceperas quinque diebus; misisti duodecim triplices, et septem dentiscalpia: his adjuncta est spongia, mappa, calix, et semodius fabæ, cum fistella Picenarum olivarum, et nigra amphora sapæ Laletanæ: atque exigua coctana accesserunt cum prunis canis, et testa gravis pondere fici Libycæ. Credo omnia dona, quæ portarunt octo grandes Syri, vix valuisse triginta nummis. Quanto facilius sercus potuit nullo labore ferre quinque libras argenti?

8 *Et Libycæ fici* Pulmanni codex.

## NOTÆ

1 *Misisti*] De Saturnalibus dictum lib. v. Epig. 84.

3 *Bis senos triplices*] Hoc est, duodecim pugillares: dicuntur autem triplices a tribus foliis: fiebant ex citro, ebore, &c.

*Dentiscalpia*] Quibus dentes purgantur. Vide lib. vi. Epig. 74. et lib. xx. Epig. 22.

4 *Spongia*] Ad tergendas mensas, lib. xiv. Epig. 141.

5 *Semodiusque*] Lib. iv. Epig. 46.

6 *Et Laletanæ*] Hoc est, vinum fæcis plenum ex Laletania in Hispania Tarraconensi. Sapa proprie vinum est decoctum.

7 *Coctana*] De quibus lib. xiii. Epig. 28. et lib. iv. Epig. 89.

8 *Et Libycæ fici*] Vide lib. iv. Epig. 46.

10 *Syri*] Hoc est, servi ex Syria.

12 *Argenti pondera*] Hoc est, quinque libras argenti.

## LIV.

## IN NASIDIENUM.

SEMPER mane mihi de me mera somnia narras,  
 Quæ moveant animum, sollicitentque meum.  
 Jam prior ad fæcem, sed et hæc vindemia venit;  
 Exorat noctes dum mihi saga tuas.  
 Consumsi salsasque molas, et thuris acervos : 5  
 Decrovere greges, dum cadit agna frequens.  
 Non porcus, non cortis aves, non ova supersunt.  
 Aut vigila, aut dormi, Nasidiene, tibi.

*Semper mane exponis mihi mera somnia de me, quæ agitant atque angant mentem meam. Jam prior vindemia, sed et hæc reducta est ad fæcem, dum saga plucat mihi tuas noctes. Exhausti et salsus molus, atque acervos thuris: greges diminuti sunt, dum crebra agna immolatur. Non porcus, non aves cortis, non ova restant. O Nasidiane, aut vigila, aut dormi tibi.*

1 Codex Pulmanni exhibet: *de me tua somnia narras*; et sic etiam Beverlandi Ms. Cetera, in hoc Epigrammate nulla est lectionis varietas.

## NOTÆ

- 1 *Semper mane mihi*] Ut munera est.  
 captaret a Poëta, Nasidienus fingebat plena terroris somnia, quæ aliquid mali portenderent Martiali: atque ab illo modo thus, modo vinum petebat ad ea placanda. Quid autem de somniis crediderint antiqui, vide Macrobius in Somnio Scipionis.
- 2 *Exorat noctes*] Id est, dum saga expiat infausta tua somnia.
- 3 *Consumsi salsasque*] In sacrificiis, quæ fiebant ad omen aliquod avertendum, antiqui adhibebant vinum, hostiam, thus, et salsas molas, id est, far tostum et sale mixtum.
- 4 *Aut dormi tibi*] Hoc est, aut de te somnia tuo damno.

## LV.

## IN CHRESTUM.

NULLI munera, Chreste, si remittis,  
 Nec nobis dederis, remisrisque;  
 Credam te satis esse liberalem.  
 Sed si reddis Apicio, Lupoque,

## NOTÆ

- 1 *Apicio, Lupoque, &c.*] Turpitudinis tuæ ministris.

Et Gallo, Titioque, Gellioque ;  
 Lingas non mihi, (nam proba et pusilla est,)  
 Sed quæ de Solymis venit perustis  
 Damnata modo mentulam tributi.

5

5 *Titioque Casioque* in codd. Palat. Bodl. Oxon. et Pulmanni. Sunt qui legant: *Titioque Celioque*.—6 Scriptus codex Turnebi, ut et Palat. exhibet, *Linges*. Palat. etiam habet: *nam proba et puella est*.—8 In edd. vett. *tributis*. Lectio nostra debetur Turnebo lib. xxiv. cap. 28.

## NOTÆ

5 *Gellioque*] Palat. et membranæ Anglicanæ *Cæsioque*. Sunt et qui legunt *Celioque*.

6 *Lingas*] Scriptus codex Turnebi, ut et Palat. *Linges*.

*Non mihi, &c.*] Non meam, quæ castior est, sed servi mei Judæi damnati ad tributum, vel nomine tributi in servitute damnati. Turnebus lib.

xxiv. cap. 28. leg. *tributi*; grave autem tributum pendebant, cum Judæi, tum qui Judaicæ sectæ initiabantur circumsecti. Sueton. Domit. cap. 12.

*Et pusilla est*] Palat. aperte *puella est*. Et cur non admittam, cum eandem alibi nominet *anun*, mentionemque facit ‘chartæ virgiiis?’ Gruter.

## LVI.

## AD RABIRIUM.

ASTRA polumque tua cepisti mente, Rabiri:  
 Parrhasiam mira qui struis arte domum.  
 Phidiaco si digna Jovi dare templa parabit,  
 Has petat a nostro Pisa Tonante manus.

O Rabiri, mente tua complexus es cælum et sidera; qui ædificas domum Palatinam mirabili artificio. Si Pisa cogitavit exstruere templa convenientia Jovi Phidiaco, postulet a nostro Tonante has manus Rabirii.

In quibusdam: *pia cepisti mente*. Scriverius legit: *tua percepisti mente*.—3 Turnebus lib. xxiv. cap. 28. legit: *Jovi dare templa parabit*. Alii *paravit*.

## NOTÆ

1 *Astra polumque*] Sensus est: Palatium tam superbum Domitiano exstruxerat Rabirius, ut cælum ipsum mente concepissee videretur, ad cuius imaginem Palatium illud ædificaverat. Rabirii rursus meminuit lib. x. Epig. 71.

2 *Parrhasiam*] Id est, Palatinam, in monte nempe Palatino, ubi Evander Arcas ex urbe Parrhasia primus domum exstruxit. Sic Interpretes

hunc locum explicant Virg. *Æn.* xi. ‘Parrhasio Evandro Armiger ante fuit.’

3 *Phidiaco si digna*] Hoc est: Si Pisa urbs Peloponnesi ad fluvium Alpheum voluerit Jovi exstruere templum dignum illo simulacro, quod ex ebore Phidias statuarius nobilissimus formavit, a Domitiano nostro Jove petat Rabirium.

## LVII.

DE ACHILLA.

CASTORA de Polluce Gabinia fecit Achillam :  
Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

*Gabinia ex Polluce fecit Achillam Castora: pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.*

Nullam lectionis varietatem in hoc Epigrammate exhibendo produunt exemplaria.

## NOTE

1 *Gabinia*] Dives fœmina equestri censu donavit Achillam, ut eques fieret. Alludit autem ad illum versum Homeri: Καστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πῦξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα: *Castora equorum domitorem, et Pollucem pugnis fortem.* Achilles ergo antea quidem pugil erat strenuus: jam vero est equorum domitor; id est, eques factus est, et Gabiniam inibit. Lib. III. Epig. 90.

## LVIII.

AD GALLAM.

JAM sex, aut septem nupsisti, Galla, cinædis:  
Dum coma te nimium, pexaque barba juvat.  
Deinde experta latus, madidoque simillima loro  
Inguina, nec lassa stare coacta manu,  
Deseris imbelles thalamos, mollemque maritum: 5  
Rursus et in similes decidis usque toros.  
Quære aliquem Curios semper Fabiosque loquentem,  
Hirsutum, et dura rusticitate trucem.  
Invenies; sed habet tristis quoque turba cinædos:  
Difficile est, vero nubere, Galla, viro. 10

Et hic nulla lectionis varietas extat in libris impressis aut calamo exaratis.

## NOTE

1 *Cinædis*] Dum ex cultu et elegantia eos judicabas strenuos ad κλινοπέδλην.  
6 *Similes toros*] Mollium et imbellium cinædorum.  
7 *Quære aliquem, &c.*] Ne ulterius te decipiant pexi isti et comati, quære aliquem ex iis qui sermone et cultus neglectu gravitatem et virilitatem profitentur. Lib. I. Epig. 25.  
9 *Sed habet, &c.*] Sed et hi sunt Socratici cinædi.  
10 *Difficile est, &c.*] Juven. Sat. II. 'Fronti nulla fides. Quis enim non vicus abundat Tristibus obscœnis?'

## LIX.

## DE CÆCILIANO.

NON cœnat sine apro noster, Tite, Cæcilianus.

Bellum convivam Cæcilianus habet.

O Tite, Cæcilianus noster non cœnat sine apro: Cæcilianus habet egregium convivam.

Neque in hoc Epigrammate quicquam variant libri scripti aut excusi.

## NOTÆ

1 *Sine apro*] Unde Juvenalis Sat. 1. 141. 'quanta est gula quæ sibi totos Ponit apros, animal propter convivia natum,' &c. Aprum ergo sibi soli apponebat Cæcilianus, quem facete ejus convivam appellat. Domitius tamen mavult de apro homine intelligere, cujus meminit Poëta lib. x. Epig. 15. Eligat lector.

## LX.

## AD JOVEM CAPITOLINUM.

TARPEIÆ venerande rector aulæ,  
 Quem salvo duce credimus Tonantem,  
 Cum votis sibi quisque te fatiget,  
 Et poscat dare, quæ Dei potestis:  
 Nil pro me mihi, Jupiter, petenti  
 Ne succensueris, velut superbo.  
 Te pro Cæsare debeo rogare:  
 Pro me debeo Cæsarem rogare.

5

O colende gubernator aulæ Tarpeiæ, quem Tonantem putamus sospite Imperatore, cum quilibet pro se te oneret votis, et petat ut concedas, quæ Dii potestis: o Jupiter, ne irascaris mihi nihil poscenti pro me, velut arroganti. Debeo orare te pro Cæsare: at debeo orare Cæsarem pro me.

Ad Jovem lemma est in edd. vett.—4 Alii legunt: quæ Dei potestas.

## NOTÆ

1 *Tarpeia*] Hoc est, Capitolii, in quo colebatur Jupiter.

2 *Quem salvo*] Quem Jovem Deum credimus, salvo Domitiano. Sic lib. v. Epig. 1.

4 *Quæ Dei potestis*] Alii, quæ Dei potestas. Idem est sensus.

8 *Pro me debeo*] Potest enim Domitianus mihi suppeditare quæ sunt necessaria. Turpis hæc est erga Domitianum adulatio; quasi vero ille velut Deus potuisset Martialem tueri ab omnibus casibus quibus obnoxia est humana vita.

LXI.

AD CÆSAREM GERMANICUM.

ABSTULERAT totam temerarius institor urbem,  
 Inque suo nullum limine limen erat.  
 Jussisti tennes, Germanice, crescere vicos;  
 Et modo quæ fuerat semita, facta via est.  
 Nulla catenatis pila est præcincta lagenis: 5  
 Nec prætor medio cogitur ire luto.  
 Stringitur in densa nec cæca novacula turba:  
 Occupat aut totas nigra popina vias.  
 Tonsor, caupo, coquus, lanius sua limina servant.  
 Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit. 10

*Inconsideratus mercator occupaverat totam urbem, et nullum limen erat in suo limine. O Germanice, imperasti laxari vicos angustos: et qui paulo ante trames fuerat, factus est via. Nulla pila est referta catenatis lagenis: nec prætor cogitur ambulare medio cæno. Nec cæca novacula nudatur in frequenti turba, aut funosa popina tenet totas vias. Tonsor, caupo, coquus, lanius manent domi suæ: nunc Roma est, nuper fuit magna officina.*

//////////

2 *Inque suo nullum limine malit* Ant. de Rooy.—7 *Stringitur in densas nec cæca novacula turbas* exhibet codex Pulmanni.

NOTÆ

1 *Abstulerat totam*] Passim mercatores erant media via, ut vix locus esset ambulantiis per urbem; Domitians vero, quem Germanicum ob devictos Germanos vocat, vicos laxari jussit. Institor is est qui in taberna mercibus vendendis præpositus est.

2 *Inque suo*] Hoc est, nullum ante ædes suas liberum euntibus per urbem transitum relinquebant mercatores.

5 *Nulla catenatis*] Pilæ erant columnæ ad quas libri vendebantur. Horatius l. Sat. 4. 'Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.' Quibus etiam affixæ erant connexæ inter se lagenæ, signum nempe vini venalitiæ.

6 *Nec prætor*] Vicis enim laxatis jam transitus liber est juxta tabernas.

7 *Stringitur in densa*] Hoc est, in-

quit Domitius, novacula non nudatur amplius media via; cellæ enim tonsoriæ media via collocatæ, uti et cauponum tabernæ dejectæ sunt, et jam tonsores domi tondere coguntur. Raderus conjicit hoc referri posse ad sacenlarios, qui media in turba marsupia exsecarent. *Cæca novacula* dicitur, vel quod sit recondita theca sua, vel quod non videatur in turba, cum res brevis sit et exigua. Hic locus obscurus mihi videtur. Judicet lector.

9 *Limina servant*] Hoc est, hi omnes non exstruant amplius tabernas media via, sed domi suæ exercent suas artes.

10 *Roma est*] Idem fere dixit lib. Spect. Epig. 2. 'reddita Roma sibi est,' quæ antea magna videbatur officina.



## LXII.

## IN AMILLUM.

RECLUSIS foribus grandes percidis, Amille,  
 Et te depreudi, cum facis ista, cupis;  
 Ne quid liberti narrent, servique paterni,  
 Et niger obliqua garrulitate cliens.  
 Non pædicari se qui testatur, Amille,  
 Illud sæpe facit, quod sine teste facit.

5

~~~~~  
In Hamillum inscribitur in quibusdam; et sic apud Juvenalem, ut exhibent plurimi codd.—1 In quibusdam, *præcidis*.—4 *Et notet* in edd. vett. *Et niger* codex Pulmanni; et sic legit Gruterus ex codd. Palat. et Bodl.—5 Codex Pulmanni: *te qui testatur*.

NOTÆ

- 1 *Percidis* [*præcidis*] Alii *percidis*. *niger* ille, designet garrulum quem, Lib. II. Epig. 72. Horatianæ picturæ non dissimilem.
 3 *Narrent*, &c.] Te gravius aliquid 5 *Testatur, teste facit*] Ludit in *testatur et teste*, necnon in ambiguitate *τοῦ teste*. Hic autem ὄρχεις intelligit, id est, λέλχει ἢ φωνικίζει.
- 4 *Et niger* [*notet*] Gruterus ex Palat. et Anglic. legit: *Et niger*: ut

LXIII.

DE SILIO (ITALICO.)

PERPETUI nunquam moritura volumina Silii
 Qui legis, et Latia carmina digna toga;

O lector, qui evolvis libros non perituros Silii non morituri, et versus dignos toga

~~~~~  
 Non *De Silio Italico*, sed *De Silio* lemma est in codd. et edd. vett. omnibus.—1 Beverlandi Ms. *nunquam peritura*.—2 In quibusdam: *carmina digna*

## NOTÆ

- 1 *Perpetui*] *De Silio Italico* Poëta intelligit carmina tam egregia, quam vide lib. IV. Epig. 14. et Plin. lib. III. natus in urbe Poëta scribere poterat: Epist. 7. Silium enim natum in urbe Italica metropoli Pelignorum, ex qua dictus est 'Italicus' affirmat. Secundum alios Italica hodie, *Sevilla la veja*, urbs fuit Hispaniæ Bæticæ, patria Silii Poëtæ. Legunt alii: *Latia carmina digna lyra*.
- 2 *Et Latia*] Hoc est, inquit Domitius, digna rebus gestis Romanorum: Silius enim scripsit secundum bellum Punicum. Farnabius interpretatur carmina digna majestate Oratoris Romani, et Consulis; Raderus vero

Pierios tantum vati placuisse recessus  
 Credis, et Aoniæ Bacchica sarta comæ?  
 Sacra cothurnati non attigit ante Maronis, 5  
 Implevit magni quam Ciceronis opus.  
 Hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum;  
 Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.  
 Postquam bis senis ingentem fascibus annum  
 Rexerat, asserto qui sacer orbe fuit: 10  
 Emeritos Musis et Phœbo tradidit annos;  
 Proque suo celebrat nunc Heliconæ foro.

*Latia, an putas Poëtam amavisse tantum recessus Musarum, et coronas Bacchicas comæ Aoniæ? non prius se tradidit sacris cothurnati Maronis, quam absolvit opus magni Ciceronis. Gravis hasta centum virorum hunc miratur adhuc; multi clientes hunc prædicant ore memori. Postquam duodecim fascibus administraverat ingentem annum, qui fuit sacer mundo vindicato in libertatem: dedit emeritos annos Musis et Phæbo: et nunc commendat Heliconæ pro suo foro.*



*lyra.*—5 *Sacra coronati* in codice Vaticano. Martialis alibi: ‘Rara coronato plausere theatra Menandro.’—12 *Proque suus celebrat* conj. Ant. de Rooy, *suus*, h. e. liber curis publicis, et quasi sui juris, ut vocat otia senectæ. Supra lib. iv. Epig. 25. ‘Si juris fuerint otia nostra sui.’ Quo sensu et ‘meus’ occurrit in Pers. Sat. v. 88. ‘Vindicta postquam meus a Prætoris recessi.’ Nec quenquam offendat remotior a suo Casu Præpositio. Cf. Hor. III. Od. 27. 51. Eleg. in Obit. Mæcenat. vs. 12. Ovid. Epist. ix. 96. XIII. 161. Eleg. ad Liv. Aug. vs. 254. Vide etiam Jens. Observ. Sing. L. L. §. 16. Quamvis *pro suo foro* hand incommode exponi possit, tanquam suum forum. Vide Heins. ad Ovid. Epist. III. 98. et Snakenb. ad Curt. iv. 10. 4. *Pro foro* Beverlandi Ms. habet, *thoro*.

## NOTE

3 *Pierios*] Vide lib. i. Epig. 77. Sensus est: Credisne Silium poësi tantum vacavisse?

4 *Sarta*] Quibus more Bacchico caput coronant Musæ Aoniæ.

5 *Cothurnati*] Propter carminum gravitatem. De cothurno lib. v. Epig. 30.

6 *Implevit magni*] Hoc est, non prius se Musis tradidit, quam Ciceronis opera implevisset legendo, et imitando.

7 *Centum gravis hasta*] De centum virorum iudicio vide lib. vi. Epig. 38.

8 *Hunc loquitur*] Quos defendit clientes, illum prædicant.

9 *Postquam*] Fuit consul eo anno, quo interfecto Nerone imperium assertum fuit in libertatem: idcirco annum illum vocat ingentem.

11 *Emeritos*] Id est, accepta runde ex causis forensibus, inquit Domitius.

12 *Proque*] Pro causis agendis, jam Musis vacat.

## LXIV.

## IN CINNAMUM.

QUI tonsor fueras tota notissimus urbe,  
 Et post hæc dominæ munere factus eques :  
 Sicaniæ urbes Ætnæaque regna petisti,  
 Cinname, cum fugeres tristia jura fori.  
 Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos ? 5  
 Quid facit infelix et fugitiva quies ?  
 Non Rhetor, non Grammaticus, ludive Magister,  
 Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes ;  
 Vendere nec vocem Siculis plausumque theatris :  
 Quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris. 10

*O Cinname, qui fueras tonsor celeberrimus tota urbe, et deinde factus eques dono dominæ ; profectus es in urbes Siculas et regna Ætnæa, cum ritares grave iudicium fori. Qua arte nunc inutilis sustentabis graves annos ? Quid agit otium miserum et fugitivum ? Tu non potes esse Rhetor, nec Grammaticus, aut Ludimagister, nec Cynicus, nec Stoicus, nec vendere vocem Siculis, et plausum theatris : quod reliquum est, o Cinname, rursus eris tonsor.*

2 *Et demum dominæ Beverlandi Ms.—9 Vendere nec vocem Sicutum in codice Thuaneo. Vendere nec vocem sagulis codd. Vat. et Florent.*

## NOTÆ

- 2 *Dominæ*] Amicæ nempe, quæ censu equestri Cinnamum donaverat.  
 3 *Ætnæaque*] Ætna mons est Sicilia.  
 4 *Cum fugeres*] In jus enim vocatus Cinnamus Siciliam petiit, ut grave iudicium fugeret.  
 5 *Graves annos*] Hoc est, senectutem.  
 6 *Fugitiva quies*] Qua frueris in tuo exilio.  
 7 *Ludive Magister*] Literatorem intelligit Raderus : nam ut a Rhetore, inquit, ad Grammaticum, ita a Grammatico ad Literatorem descendit Poëta : hoc sensu Ludimagister sumitur lib. x. Epig. 62. Lanistam interpretatur Domitius. Raderi explicatio mihi videtur melior.  
 9 *Vendere nec*] Nec potes sollicitis reis verba vendere ; hoc est, nequis esse causidicus. Lib. v. Epig. 16. Intelligunt alii de præcone : quod minus placet.  
*Plausumque*] Hoc est, nec histrio nec citharædus esse potes.

## LXV.

## IN GARGILIANUM.

LIS te bis decimæ numerantem frigora brumæ  
 Conterit una tribus, Gargiliane, foris.

*O Gargiliane, tribus foris una lis consumit te a viginti annis. Ah infelix et fa-*

Ah miser, et demens! viginti litigat annis  
 Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet?

*tue, an quisquam litigat viginti annis? o Gargiliane, cui fas est cedere?*

Hic nulla lectionis varietas extat in libris manu scriptis aut impressis.

## NOTE

- 2 *Conterit una tribus*] De triplici tur, plus lucri facit, quam si, lite ad foro egimus lib. III. Epig. 38. tot annos prorogata, tandem vincat adversarium.
- 4 *Cui vinci*] Qui enim semel vinci-

## LXVI.

DE LABIENO.

HÆREDEM Fabius Labienum ex asse reliquit:  
 Plus meruisse tamen se Labienus ait.

*Fabius instituit hæredem Labienum ex asse: nihilominus Labienus dicit plus se meruisse.*

Neque in hoc Epigrammate ullo modo variant exemplaria, aut scripta aut excusa.

## NOTE

- 1 *Ex asse*] Id est, hæredem omnium stitutus ex asse minus acceperat bonorum: hæreditas enim vulgo dividitur in duodecim uncias quibus constat as. quam donaverat. Sensus est: Labienus dicit se plus meruisse, hoc est, dignum esse majori præmio; cum intelligat Poëta, illum majori pœna esse dignum, qui malis artibus hæreditatem Fabii decoctoris, atque ita hæres in-

## LXVII.

IN PHILÆNIM.

PÆDICAT pueros tribas Philænis,  
 Et tentigine sævior mariti

## NOTE

- 1 *Pædicat pueros*] Τῶ ὀλίβῳ. eam juvit apud posteros. *Heraldus.*  
*Tribas Philænis*] Lacerata carmine *Tribas*] Fricatrix.  
 Polycratis, cum mulierum omnium esset castissima, si verum quod de ea scribit Æschrion apud Athenæum lib. VIII. Sed Æschrionis apologia nihil  
 2 *Tentigine, &c.*] Libidinis pruriginis magis inflammata quam maritus.

Udenas vorat in die puellas.  
 Harpasto quoque subligata ludit,  
 Et flavescit happe, gravesque draucis 5  
 Halteras facili rotat lacerto,  
 Et putri lutulenta de palæstra  
 Uncti verbere vapulat magistri:  
 Nec coenat prius, aut recumbit ante,  
 Quam septem vomuit meros deunces; 10  
 Ad quos fas sibi tunc putat redire,  
 Cum coliphia sexdecim comedit.  
 Post hæc omnia, cum libidinatur,  
 Non fellat: putat hoc parum virile:  
 Sed plane medias vorat puellas. 15  
 Di mentem tibi dent tuam, Philæni:  
 Cunnum lingere quæ putas virile.

3 *Udenas dolat* legit Gruterus.—6 *Alterno facili* in edd. vett. *Alteras* h. l. substituit Turneb. non e conjectura, ut ait, sed libraria fide. Codex Pulmanni *Alternans* exprimit.—11 In edd. vett. *tunc putat reverti*, et sic legit Delph.

## NOTE

3 *Vorat in die puellas*] *Λεσβιάζουσα, φοινικίζουσα, καὶ τριβουσα.* Gruter. legit *dolat*.

4 *Harpasto quoque*] Lib. iv. Epig. 19.

*Subligata ludit*] *Veste subducta; vel 'subligari usa.'*

5 *Flavescit happe*] In palæstra flavescit aspergine arenæ: ita Achelous cum Hercule luctans Ovid. Met. ix. 'fulvæ tactus flavescit arenæ.' *Ἀφῆ* autem *tactus* est. Epictet. Enchir. cap. 26. *Ἔστι δὲ ὅτε χεῖρα βαλεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφῆν καταπιεῖν.*

*Gravesque, &c.*] Et pondera illa plumbea seu ferrea, corpori exercendo in Gymnasiis et Balneis adhibita, vel ipsis grandibus drancis gravia, agili versat manu. Vide lib. xiv. Epig. 48. et 49. et Juven. Sat. vi. 22. quæ huic Epigrammati consonat.

7 *Putri*] Male olenti ab oleo.

*Lutulenta, &c.*] Ceromate e luto uncta.

8 *Uncti magistri*] *Aliptæ* manus crepitu internngendum. Vide Juvenal. Sat. vi. 422. *Verbere vapulat*] Nam et hi Magistri, quos *ἐπιστάτας* Græci dicunt, jus virgæ habebant.

9 *Nec coenat, &c.*] Juven. Sat. vi. 429. 'sextarius alter Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim,' &c. Vide lib. v. Epig. 70.

12 *Cum coliphia*] Luctatorum pannes, qui vires palæstritarum membris addunt, a *κῶλον* et *ἴφι*, ut vult Dom. Calderinus, quam etymologiam asserere laborat Cornel. Vitellius contra Merulam Annotat. cap. 12. Certo enim ciborum genere ad palæstras et ceteras ejusmodi exercitationum formas præparabantur. Juvenal. Sat. ii. 'Luctantur paucae, comedunt coliphia paucæ.'

15 *Medias, &c.*] Supra vers. 3.

16 *Mentem tuam, Philæni, &c.*] Mentem sanam, vel quæ fœmineani appe-

## NOTÆ

tat libidinem. Locum istum nonnulli exagitant: at Grutero elegans videtur; ut videlicet usurns voto aut imprecatione, id præter omnem omnium expectationem optet, quod jam habebat. Eodem fere modo hoc lib. Epig. 24. 'Hoc facias, quod puto, lingua, facis.' Nec admodum dissimi-

liter Turnus apud Virgil. *Æn.* xi. 408. 'Nunquam animam talem dextra hac (absiste moveri) Amittes: habitat tecum, et sit pectore in isto.' Sic apud Senecan in sui nominis *Medea*, vers. 968. 'Mihî me relinque.' Et Symmachus lib. iv. *Epist.* 48. 'Dii illos mentibus suis puniant.'

## LXVIII.

## AD INSTANTIUM RUFUM.

COMMENDARE meas, Instanti Rufe, Camœnas

Parce precor socero: seria forsam amat.

Quod si lascivos admittit et ille libellos,

Hæc ego vel Curio Fabricioque legam.

O Rufe Instanti, quæso ne commendes socero meas Musas, forte diligit graves versus. Quod si et libri jocosî placent ipsi, ego legam hæc vel Curio vel Fabricio.

//////////

Hujus Epigrammatis lectionem non variant membranæ aut libri impressi.

## NOTÆ

1 *Instanti*] Socero, inquit Raderus: ego vero puto esse in vocativo, et referri ad Rufum, cujus meminit Poëta lib. viii. *Epig.* 51. 'Instanti litera Rufi;' et lib. xii. *Epig.* 96.

4 *Hæc ego*] Carmina legam viris vel gravissimis. Curius et Fabricius noti ex Livio et aliis, sumuntur pro viris gravissimis. *Juv. Sat.* ii. 'Qui Curios simulant.'

## LXIX.

## DE THEOPHILA AD CANIUM.

HÆC est illa tibi promissa Theophila, Cani,

Cujus Cecropia pectora dote madent.

O Cani, hæc est illa Theophila desponsa tibi, cujus mens imbuta est literis Græ-

//////////

*De Theophila* sine alio additamento in edd. vett.—2 In iisdem: *pectora voce madent*. Beverlandi Ms. exhibet: *pectora rore madent*. Nostram lect. testan-

## NOTÆ

1 *Promissa Theophila*] Puella erudita, sponsa Canii, de quo lib. iii. *Epig.* 20.

Hoc est, erudita literis Græcis: hunc loquendi modum explicuimus lib. i. *Epig.* 40. Alii, *dote madent*.

2 *Cujus Cecropia pectora dote* [*voce*]



Hanc sibi jure petat magni senis Atticus hortus,  
 Nec minus esse suam Stoica turba velit.  
 Vivet opus quodcumque per has emiseris aures; 5  
 Tam non fœmineum, nec populare sapit.  
 Non tua Pantænis nimium se præferat illi,  
 Quamvis Pierio sit bene nota choro.  
 Carmina fingentem Sappho laudavit amatrix:  
 Castior hæc, et non doctior illa fuit. 10

*cis. Hortus Atticus magni senis jure vendicet hanc sibi; nec turba Stoica minus cupiat habere illum discipulam. Quodcumque opus subjeceris his auribus, non peribit: tum valet illa judicio nec muliebri, nec vulgari; Tua Pantænis ne nimis se anteponat illi, licet chorus Musarum bene noverat illum. Sappho amatrix commendaverit Theophilam condentem versus: hæc fuit purior, nec illa fuit eruditior.*

tur optimi codices.—3 Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *magni senis altus in hortis*. Codex Pulmanni: *magni senis Atticus hortus*. Vide Var. Notas.—5 Gruterus ex codice Palatino legit: *per has emiseris aures*, et sic est in Vaticano. *per istas miseris aures* exhibent edd. vett.—6 *Jam non fœmineum* Beverlandi Ms. —7 *Non tua Parthenis* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. Calderin. Delph. alia. *Non tua Panthenis* ex codd. suis dedit Gruterus. Lectio nostra debetur Scriverio.—9 Sunt qui *laudaret*, vel *laudavit*, legi debere putant.

## NOTE

3 *Atticus hortus*] Sensus est: hanc sibi discipulam jure vendicet Plato, vel quilibet alius magister, qui philosophiam doceat in horto ab herœo Academio Athenis in usum scholæ consecrato. Sunt qui referant hunc hortum ad Epicurum, qui, ut ait Raderus, hortum 80. minis emerat, et vixit nonaginta circiter annos, unde magnus senex dicitur. Judicet lector. Alii, *altus in hortis*.

4 *Stoica turba*] Theophilam expectant quoque Stoici.

7 *Non tua Pantænis*] Eruditam

nescio quam poëtriam intelligere videtur.

9 *Laudavit* [*laudavit*] Vel *laudaret*: alii vero *laudavit*: hoc est, ipsa Sappho Poëtria nobilis, cujus historia satis nota est, et cujus restant adhuc carmina aliis poëtis lyricis juncta, laudaret Theophilam. Amatricem vocat Phaonis scil. Lesbii juvenis forma egregia, a quo cum repulsam pateretur, se in mare præcipitem dedit.

10 *Castior hæc*] Theophila nimirum.

*Non doctior illa*] Sappho scilicet.

## LXX.

## IN PHILÆNIM.

IPSARUM tribadum tribas, Philæni,  
 Recte, quam futuis, vocas amicam.

In hoc Epigrammate exhibendo consentiunt membranæ et exemplaria excusa.

## NOTE

2 *Vocas amicam*] Male sonat dicta καὶ αἱ παρθένοι τὰς συνήθεις καὶ φίλας, viro 'amica;' mulieri, bene: quam ἑταίρας, κ. τ. λ. Καλοῦσι γὰρ τὰς μισθα- vero Philænīs amicam vocat, male νόστας, ἑταίρας. Athenæus lib. xiv. audit, cum ipsa Philænīs sit tribas. cap. 4.  
Καλοῦσι γοῦν καὶ αἱ ἐλεύθεραι γυναῖκες

## LXXI.

## DE FAMILIA FICOSA.

FICOSA est uxor, ficosus et ipse maritus:

Filia ficosā est, et gener, atque nepos.

Nec dispensator, nec villicus ulcere turpi,

Nec rigidus fossor, sed nec arator eget.

Cum sint ficosi pariter juvenesque senesque,

5

Res mira est, ficos non habet unus ager.

*Conjux est ficosā, et ipse vir ficosus, filia est ficosā, et gener et socer, nec dispensator caret fædo ulcere, nec durus fossor, at nec arator. Cum juvenes et senes sint aequaliter ficosi, mirum videtur, solus ager non habet ficos.*

2 In edd. vett. et gener atque socer. Lectionem nostram ex codd. suis primus reposuit Gruterus.

## NOTE

1 *Ficosā est uxor*] Tota hæc familia 6 *Ficos non habet*] Ludit in ambigua significatione 'fici:' hoc est, solus ager non habet ficos, vel ficos, et lib. iv. Epig. 52. poma nempe, lib. i. Epig. 66.

## LXXII.

## AD PAULLUM.

GRATUS sic tibi, Paulle, sit December:

Nec vani triplices, brevesque mappæ,

Nec thuris veniant leves selibræ;

Sed lances ferat, aut scyphos avorum,

*O Paulle, sic December sit jucundus tibi: nec fuitiles triplices tibi donentur, et breves mappæ, nec leves selibræ thuris; at vel reus dives, vel potens amicus mittat*

3 Perplacet Grutero lectio codicis Palatini: *levesve libræ*. Vide lib. viii. Epig. 70. *breves selibræ* habent Beverlandi Ms. et codex Pulmanni.—6 *Sed*

## NOTE

1 *Sit December*] Saturnalia tibi sint mulla. fructuosa. Vide lib. iv. Epig. 46. 2 *Vani triplices*] Pugillares nullius 'Sic' bene vel male precandi fore pretii. Epig. 52. supra.

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

2 M

Aut grandis reus, aut potens amicus : 5  
 Seu quod te potius juvat capitque.  
 Sic vincas Noviumque Publumque  
 Mandris et vitreo latrone clausos ;  
 Sic palmam tibi de trigone nudo  
 Unctæ det favor arbiter coronæ, 10  
 Nec laudet Polybi magis sinistras :  
 Si quisquam mea dixerit malignus

*lances aut pocula avorum : sive quod te delectat et tenet. Sic superes Novium et Publum clausos mandris et vitreo latrone : sic favor turbæ unctæ judex tibi addicat præmium de trigone nudo, nec magis commendet sinistras Polybii. Si quisquam*

//////////

*quod Beverlandi Ms.—10 Nuncta te favor in codice Florentino.—11 Polybi manus sinistras codex Pulmanni.*

#### NOTE

4 *Sed lances*] Epig. 47. supra.

*Scyphos avorum*] Hoc est, pocula antiqua, et magni pretii.

5 *Grandis reus*] Cliens dives quem defendisti.

7 *Noviumque Publumque*] Peritissimos nempe calculorum lusores. Calcagninus, de calculorum ludo, sic calculos explicat: Quin et latronum et canum nomine celebratos calculos agnoscō: erant scilicet in abaco, quem et *πλίθιον* vocaverunt, seu tu laterculum dixeris, regiones lineis distinctæ: has urbes nuncupabant. Erant hæ regiones plerumque quinque lineolis, transversariisque, et decussationibus alternatim dimensæ, quinque et viginti numero: singulis latrones quinque insidebant, præter mediam, cui tantum quatuor tribuebantur: excubabant itaque utrinque latrones, seu canes mavis dicere, coloribus distincti, hostili animo insidiantes. Ea fuit ludii ratio, ut si unus ex hostili agmine incomitatus deprehenderetur, ita ut circumveniri posset, captivus ex acie traheretur. Et paulo infra, De calculis, inquit, meminerunt Martialis, lib. XIV. Epig. 20. 'Insidiosorum si ludis bella latronum, Gemmeus iste tibi miles, et hostis erit:' et Ovidius

de Arte amandi: 'Sive latrocinii sub imagine calculus ibit, Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.' Nec tamen me præterit, sic pergit Calcagninus, gemmeos quin et vitreos a Martiale calculos appellari: 'Sic vincas Novium Publumque Mandris, et vitreo latrone clausos.' Mandras enim dictas puto, quas regiones Pollux vocat, et Enstathius: cum vero distincti forent suis coloribus calculi, et ex iis ille deperiret qui inter duos deprehensus facile circumveniri posset, hinc ab eodem Martiale dictum putamus: 'Discolor hic gemino victus ab hoste perit.' Idem Calcagninus putat hunc calculorum ludum diversum esse a scapis, Gallice, *Echecs*, quos alii 'Latrunculos' vocant.

9 *De trigone nudo*] De hoc pilæ genere lib. IV. Epig. 19. quem ludum nudi et uncti exercebant.

11 *Polybi*] Lusoris sane periti sinistra non magis laudetur quam tua. Observa sinistram maxime usui fuisse in hoc ludo. Vide lib. XIV. Epig. 46.

12 *Si quisquam*] Meo nomine famosa carmina ediderit, me ab hac calumnia defendas rogo.

Atro carmina quæ madent veneno ;  
 Ut vocem mihi commodas patronam,  
 Et, quantum poteris, sed usque, clames : 15  
 Non scripsit meus ista Martialis.

*malevolus dixerit esse mea carmina quæ perfunduntur atro veneno, ut concedas mihi vocem patronum, et clames, at semper, et quantum valebis : Meus Martialis non composuit ista.*

## LXXIII.

AD MAXIMUM.

ESQUILIIS domus est, domus est tibi colle Dianæ,  
 Et tua patricius culmina vicus habet :  
 Hinc viduæ Cybeles, illinc sacraria Vestæ ;  
 Inde novum, veterem prospicis inde Jovem.  
 Dic, ubi conveniam : dic, qua te parte, requiram ? 5  
 Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat.

*Habes ædes Esquiliis, habes ædes in colle Dianæ, et domicilium tibi est in vico Patricio: ex hac parte vides sacraria viduæ Cybeles, ex illa Vestæ, inde novum Jovem, inde veterem. Dic ubi conveniam, dic qua parte quæram te ? Quisquis ubique habitat, nullo in loco habitat.*

3 *Hinc bivix Cybeles* codex Pulmanni ; unde Lipsius legit, *biviræ*.

## NOTÆ

1 *Esquiliis*] Vide Epig. 23. Una nempe erat urbis regio.

*Colle Dianæ*] Hoc est, monte Aventino, ubi templum Dianæ. Lib. vi. Epig. 64. 'Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ.'

2 *Et tua patricius*] 'Patricius vicus Romæ dictus, eo quod ibi patricii habitaverunt, jubente Servio Tullio.' Festus.

3 *Hinc viduæ Cybeles*] Hoc est, ma-

tris Deum templum hinc vides. Viduam vocat propter Atym puerum mortuum, quem illa deperibat. Lipsius legit *hinc biviræ*, propter Saturnum et Atym. Videat lector. De templo Cybeles et Vestæ dictum jam lib. i. Epig. 71.

4 *Inde novum*] Hoc est, Capitolium novum et vetus.

6 *Quisquis ubique*] Senec. Epist. 2. 'Nusquam est qui ubique est.'

## LXXIV.

PRO CARO ET NORBANA VOTUM.

CYLLENES cœlique decus, facunde minister,  
 Aurea cui torto virga dracone viret :

*O diserte minister, gloria Cyllenes et cali, cui virescit virga aurea torto dra-*

Sic tibi lascivi non desit copia furti,  
 Sive cupis Paphien, seu Ganymede cales :  
 Maternæque sacris ornentur frondibus Idus, 5  
 Et senior parca mole prematur avus :  
 Hunc semper Norbana diem cum conjuge Caro  
 Læta colat, primis quo coiere toris.  
 Hic pius antistes sophiæ sua dona ministrat :  
 Hic te thure vocat, fidus et ipse Jovi. 10

*cone : \* \* Idus materna decorentur frondibus sacris, atque avus senior prematur parvo pondere : Norbana cum Caro marito perpetuo celebret hunc diem, quo conjuncti sunt matrimonio. Hic pius sacerdos colit sapientiam, hic et ipse fidelis Jovi te invocat thure.*

*Ad Mercurium lemma est in edd. vett.—1 Myllenes Beverlandi Ms.—7 Norbana dicet cum conjuge Carpo codex Vaticanus. Alii, Claro.—8 Codd. Vat. et Florent. quod coluere choris. Vide ad Epig. 50.*

## NOTÆ

1 *Cyllenes*] Montis in Arcadia, ubi Maia a Jove compressa peperit Mercurium.

2 *Aurea cui torto*] Caduceum intellege, draconibus masculo et fœmina involutum. Hæc ad generationem spectare putabant Ægyptii; qua de causa Mercurium invocat Poëta, ut Norbanæ et Cari nuptiis propitius sit.

5 *Maternæque*] Turnebus lib. xxv. cap. 21. ait: De Mercurii natali et

feriis intelligendum est, ut ostendit versiculus ille lib. XII. Epig. 68. 'Maia Mercurium creastis Idus.'

6 *Et senior parca*] Atlas scilicet, Maiæ pater, qui cælum humeris sustinere dicitur.

9 *Hic pius*] Carns nempe colit sapientiam et eloquentiam, cujus tu Deus es.

10 *Fidus et ipse Jovi*] Domitiâno nostro Jovi, quemadmodum et tu fidus es Jovi cœlesti.

## LXXV.

## IN ANUM DEFORMEM.

Vis futui gratis, cum sis deformis, anusque.  
 Res perridicula est: vis dare, nec dare vis.

Hic nulla varietas invenienda est in libris calamo exaratis aut prelo excusis.

## NOTÆ

1 *Vis gratis*] Vide lib. III. Epig. 90.

2 *Vis dare*] Tui copiam. *Nec dare*] Pecuniam.

## LXXVI.

AD PHILOMUSUM.

QUOD te diripiunt potentiores  
 Per convivia, porticus, theatra,  
 Et tecum, quoties ita incidisti,  
 Gestari juvat, et juvat lavari ;  
 Nolito nimium tibi placere. 5  
 Delectas, Philomuse : non amaris.

*Quod ditiores te rapiunt in conviviis, deambulationibus, theatris, et gratum est, quoties sic occurristi, tecum gestari, et gratum est lavari ; ne nimis tibi tribuas. O Philomuse, delectas, non diligeris.*

Et hic non variant exemplaria typis excusa aut manu exarata.

## NOTÆ

1 *Diripiunt*] Hoc est, certatim in- 6 *Delectas*] Ridiculis tuis dictis  
 vitant, ut alius huc, alius illic te moves illis risum.  
 trahat.

## LXXVII.

IN TUCCAM.

EXIGIS, ut nostros donem tibi, Tucca, libellos.  
 Non faciam : nam vis vendere, non legere.

*O Tucca, postulas ut dem tibi nostros libros. Non dabo ; nam vis vendere, non legere.*

Neque in hoc Epigrammate ullam lectionis varietatem produnt membræ aut libri impressi.

## LXXVIII.

IN PAPILUM.

CUM Saxetani ponatur cauda lacerti,  
 Et bene si cœnas, conchis inuncta tibi est ;

*Cum cauda lacerti Saxetani apponatur tibi, si vero cœnas laute, conchis sine oleo ;*

*In Pamphilum codex Pulmanni.—1 Cum saxetam Junt. an. 1512. Cum Saxitani in quibusdam aliis. Vide Strab. III. 105. Athen. III. 20. et Notam*

## NOTÆ

1 *Cum Saxetani*] Piscis nempe vinit Plinius lib. XXXII, cap. 11. et  
 lissimi : Saxitani a patria Bætica me- forte sic legendum.

Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos,  
Mittis: habes nec cor, Papile, nec genium.

*mittis sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos. O Papile, nec tibi est cor, nec genium.*

infra.—2 ‘Non quadrant ponatur et est; itaque censeo delendum esse τὸ est. Constat enim satis oratio, si ex præcedenti versu hic quoque intelligas τὸ ponatur.’ Gronovius.—4 *Pumphile* codex Pulmanni.

## NOTE

2 *Conchis inuncta*] Faba valde insulsa, nisi multo oleo perfundatur: inunctus tamen sumitur etiam pro uncto. Horatius: ‘Cum tua provideas oculis male lippus inunctis.’

4 *Habes nec cor*] Hoc est, stultus

es: homo enim prudens cordatus dicitur.

*Nec genium*] Cui non indulges: optimos enim cibos aliis mittis, tu vilissimos comedis, et cum foris lautus videri velis, domi laboras inopia.

## LXXIX.

AD SEVERUM.

POTAVI modo consulare vinum.  
Quæris, quam vetus atque liberale?  
Ipso consule conditum: sed ipse,  
Qui ponebat, erat, Severe, consul.

*Paulo ante bibi vinum consulare. Rogasne quam antiquum et nobile? Ipso consule conditum: at ipse, qui apponebat, o Severe, erat consul.*

In hoc Epigrammate exhibendo consentiunt libri impressi et manuscripti.

## NOTE

1 *Consulare vinum*] In hoc verbo ludit Poëta, nam consulare vinum, ut vulgo sumitur, vetus est vinum, et quidem sæpe Opimianum, de quo lib. 1.

Epig. 27.

3 *Ipso consule conditum*] Proindeque novum.

## LXXX.

AD FAUSTINUM, UT LIBELLOS SUOS MARCELLINO MITTAT.

QUATENUS Odrysios jam pax Romana Triones  
Temperat, et tetricæ contiguere tubæ,

*Quandoquidem pax Romana moderatur Odrysios Triones, et tristes tubæ siluere, o*

*Ad Faustinum* lemma est in edd. vett.—1 *Quatenus Othrysios* in codice Pul-



Hunc Marcellino poteris, Faustine, libellum

Mittere: jam chartis, jam vacat ille jocus.

Sed si parva tui munuscula quæris amici

5

Commendare, ferat carmina nostra puer:

Non qualis Geticæ satiatus lacte juvenæ

Sarmatica rigido ludit in amne rota;

Sed Mitylenæi roseus mangonis ephebus,

Vel non cæsus adhuc matre jubente Lacon.

10

At tibi captivo famulus mittetur ab Istro,

Qui Tiburtinas pascere possit oves.

*Faustine, poteris mittere Marcellino hunc librum. Jam dat operam scriptis, et ludis. At si libet commendare exigua munuscula tui amici, puer ferat nostros versus: non qualis satiatus lacte juvenæ Geticæ ludit trocho Sarmatico in fluvio gelato: at roseus adolescens mangonis Mitylenæi, aut Lacedæmonius nondum verberatus, matre imperante. At remittet tibi servum a Danubio victo, qui possit pascere oves Tiburtinas.*

manni.—8 *Sarmatica gelido* Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Pulman. Lang. Delph. &c.—10 Junt. nostra in margine: *matre vidente Lacon.*

## NOTÆ

1 *Odrysius*] Vel *Othrysios*, ut scribunt alii: hoc est, hyperboreos, Geticos. Vide Epig. 7. supra. *Triones*] Id est, ursam, Lib. vi. Epig. 58.

3 *Hunc Marcellino*] Ad quem est lib. vi. Epig. 25. victis autem Dacis et Getis pax concessa fuerat.

7 *Satiatus lacte*] Getarum enim et Sarmatarum pueri lacte vescebantur.

8 *Sarmatica rigido*] Inculti quippe erant illi pueri, qui trocho luderent super glaciem fluminis frigore concreti. De trocho lib. xiv. Epig.

168.

9 *Sed Mitylenæi*] Mitylene urbs est Lesbi insulæ, unde formosi pueri accersebantur.

10 *Vel non cæsus*] Ad aram Dianæ pueros verberibus cædere solebant Lacedæmonii, ut ferendis laboribus illos assuefacerent. Plutarchus in *Lycurgo*.

11 *Captivo Istro*] Hoc est, a Dacia devicta.

12 *Qui Tiburtinas*] Tibure villam habebat Faustinus. Lib. iv. Epig.

57.

## LXXXI.

## AD LAUSUM.

TRIGINTA toto mala sunt Epigrammata libro:

Si totidem bona sunt, Lause, liber bonus est.

*Triginta sunt Epigrammata mala toto libro: O Lause, si totidem sunt bona, libellus est bonus.*

Hic non variant libri, aut manu scripti aut prelo excusi.

## NOTÆ

1 *Triginta*] Carpit Lausum, qui forte in uno libro triginta Epigrammata mala esse iudicaret, et illum docet bonum nihilominus iudicandum esse librum, modo totidem bona re-

periantur. Lib. i. Epig. 17. 'Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura, Quæ legis hic: aliter non fit, Avite, liber.'

## LXXXII.

## DE MENOPHILO.

MENOPHILI penem tam grandis fibula vestit,

Ut sit comædis omnibus una satis.

Hunc ego credideram (nam sæpe lavamur in unum)

Solicitum voci parcere, Flacce, suæ:



1 *Menophili pennem* in edd. vett. Ald. Junt. Colin. et Gryph.

## NOTÆ

1 *Menophili penem tam grandis, &c.*] Quo loco notant Interpretes duo fibularum genera fuisse: Indumentum, quo comprimebantur simul et tegebantur verenda, tum filum æneum argenteumque præputio trajectum. Utrumque falsum. Nam neque filum fuisse Celsus iudicat, qui a filo fibulam distinguit, et filo exento fibulam inditam docet: neque vestimentum fuit. Annulus enim fuit promiscuus ex ære, in pædagogis ad luxum argenteus; isque ne facile solvi posset a fabro igne glutinabatur, et ab eodem cum opus esset refibulabatur, sive solvebatur. Quid ergo theca illa et aluta, fibulaque penem vestiens apud Martialem fuit? Nempe subligaculum et vagina quædam, cujus usus non ad custodiendam vocem: qui enim fieri poterat, si tam facile removebatur, et sponte cadebat? sed honestatis causa adhibebatur, præcipue a Judæis ad celandam præcisionem, qui tamen non infibulati, nec enim poterant, cum pellicula carent, quæ trajiciebatur; quod Jose-

pho Scaligero negotium facessebat: sed quia ferme, qui infibulati erant, etiam thecam hujusmodi, et alutam gestabant; sive ut laterent, sive ne nimio motu atque incussu annulus cutem læderet, sive aliam ob causam. Propterea improprie eam Martialis fibulam appellavit, quæ fibula non erat, sed potius fibulæ ipsius tutamen: cum præterea Celsus fibulam meliorem dixerit quo levior: at hæc quæ ad celandum inventa, adeo gravis, ut 'Judæum pondus' Martialis appellaverit, quo recitatorum inguina trahebantur. *Ferrarius. Menophili, &c.*] Comædi, citharædi, adolescentulique alii, virilia fibula coercere solebant, quo a Venere abstinerent, vocis seu valetudinis conservandæ causa. Celsus lib. vii. cap. 25. et Juven. Sat. vi. 73. et 380. Duo autem harum fibularum erant genera. Vel indumentum quo comprimebantur, simul et tegebantur inguina: vel filum æneum argenteumve præputio trajectum.

Dum ludit media populo spectante palæstra,  
Delapsa est misero fibula; verpus erat.

5

## NOTÆ

6 *Verpus erat*] Judæus, vel recuti- modo dicta) ad velandam περιό-  
tus: utebatur autem fibula (illa priore μήν.

## LXXXIII.

## DE EUTRAPELO.

EUTRAPELUS tonsor dum circuit ora Luperci,  
Expungitque genas, altera barba subit.

*Dum Eutrapelus tonsor circumit ora Luperci, atque expungit genas, altera barba succrescit.*

////////

2 *Expungitque* genas Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ. *Expungitque* ex  
codd. suis reposuit Gruterus; et sic codex Pulmanni, nec aliter lib. VIII.  
Epig. 52.

## NOTÆ

2 *Expungitque*] Scite radit, et pin- evellit: sed male, inquit Gruterus.  
git. Alii, *expungit*, (hoc est, pilos Vide lib. VIII. Epig. 52.

## LXXXIV.

## AD LIBRUM.

DUM mea Cæcilio formatur imago Secundo,  
Spirat et arguta picta tabella manu,  
I, liber, ad Geticam Peucen, Istrumque tacentem:  
Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet.

*Dum mea imago effingitur Cæcilio Secundo, et tabella spirat expressa manu pe-  
rita, O liber, pete Geticam Peucen, et silentem Danubium: ille Cæcilius regit*

////////

2 *Spirat et argutam picta tabella manum* in codice Pulmanni.—3 *Istrumque*

## NOTÆ

1 *Dum mea*] Raderus et Farnabius nempe ad Danubii ostia, de qua Epig.  
putant hunc Cæcilium esse Plinium 6. supra. Getæ autem Danubii ostia  
secundum, qui Pontum et Bithyniam incolebant.

provincias obtinuit, ut patet ex ejus *Istrumque tacentem*] Vel quod un-  
vita. Quisquis tandem ille fuerit, das placide volvat, vel quod frigore  
imaginem nostri Poëtæ ad se mitti concrescat. Vide Epig. 7. supra.  
optaverat. Legunt alii, *Istrumque jucentem.*

3 *Ad Geticam Peucen*] Insulam

Parva dabis caro, sed dulcia dona sodali :

5

Certior in nostro carmine vultus erit.

Casibus hic nullis, nullis debilis annis

Vivet, Apelleum cum morietur opus.

*hæc loca devictis populis. Donabis dilecto socio exigua munera, at grata: vultus erit certior in nostro versu. Hic rivet nullis casibus, nec ullis annis debilis, cum peribit opus Apellis.*

jacentem in eodem.—8 *Vivet Appellæum* Junt. an. 1512. *Vivet Apollineum* codex Pulmanni.

## NOTE

6 *Certior in nostro*] Hoc est: Versibus meis melius quam ullo penicillo exprimitur mea imago.

7 *Hic*] In meis Carminibus nullis casibus obnoxia erit imago.

8 *Apelleum*] Vivent mei Versus, cum opera Apellis pictoris nobilissimi peribunt. De quo Plinius lib. xxxv. cap. 10.

## LXXXV.

## AD SABELLUM.

QUOD non insulse scribis tetrastica quædam,

Disticha quod belle pauca, Sabelle, facis ;

Laudo, nec admiror : facile est Epigrammata belle

Scribere : sed librum scribere, difficile est.

*O Sabelle, laudo, nec admiror, quod non inepte componis quædam tetrasticha, quod bene condis pauca disticha. Nihil negotii est bene componere Epigrammata; at operosum est componere libellum.*

3 Pro *Epigrammata belle*, Scriverius legendum putat: *Epigramma, Sabelle*.

## NOTE

*Sed librum*] In quo nempe conficiendo magna rerum varietate et lar-

go ingenii fonte opus est.

## LXXXVI.

## IN SEXTUM.

AD natalitias dapes vocabar,

Essem cum tibi, Sexte, non amicus.

*O Sexte, cum non uterer te familiariter, invitabar ad convivium natalitium.*

## NOTE

1 *Ad natalitias*] Natalem diem solenni convivio celebrabant antiqui, ad quod iste Sextus invitabat igno-

tos, a quibus scilicet munera acciperet.

Quid factum est, rogo, quid repente factum?  
 Post tot pignora nostra, post tot annos,  
 Quod sum præteritus vetus sodalis? 5  
 Sed causam scio: nulla venit a me  
 Hispani tibi libra pustulati,  
 Nec levis toga, nec rudes lacernæ:  
 Non est sportula, quæ negotiatur.  
 Poscis munera, Sexte, non amicos. 10  
 Jam dices mihi, Vapulet vocator.

*Post tot pignora amicitiae, post tot annos, quid accidit, quæso, quid subito accidit, quod vetus sodalis sum præteritus? At teneo causam, nullam nisi ad te libram argenti postulati, nec tenuem togam, nec rudes lacernas. Non est sportula, quæ facit mercatorem. O Sexte, quæris dona, non amicos. Jam dices mihi, Vocator det pœnas.*

7 *Argenti tibi libra postulati* ed. antiq. Ferrar. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. Gruterus *Hispani tibi libra pusulati* reposuit ex codice sno.—8 *Nec tenuis toga* codex Florentinus; et sic Gruterus ex codd. suis.—10 *Pascis* in quibusdam.—11 *Codex Pulmanni: vah pudet vocetur.*

## NOTE

7 *Hispani tibi libra pustulati* [*postulati*] *Postulatum*, vel *pusulatum* interpretatur Turnebus lib. xxiv. cap. 2. *argentum purum*, quodque *pustulas* et *tumores* habet. *Argenti pustulati* mentionem facit Snetonius in *Nerone* cap. 41. Legunt alii: *Argenti tibi libra postulanti*. *Argenti pusulati* fit mentio in *lege* 31. ff. *Locati*: ad quam vide notas Gothofredi in verbo '*pusulatum*.' Cujacius *Observ.* lib. vii. cap. 39. existimat, '*postulatum*' vel '*pustulatum*,' idem valere quod '*pusulatum*,' Gallice, *argent de cou-*

*pelle.*

8 *Rudes lacernæ*] *Novæ*, inquit *Raderus*, quæ togis injiciebantur.

9 *Non est sportula*] Sed potius *mercatura*, cum *sportulam gratis* non des, sed ex ea *majora te accepturum munera speres.*

11 *Vapulet vocator*] Hoc est: *Jam te mihi excusabis, culpam rejiciens in eum servum, qui curam habet invitandi tuos amicos, quasi me oblivione præterierit.* Legunt alii, *Vah pudet, vocetur.*

## LXXXVII.

DE SE.

Si meus aurita gaudet glaucopide Flaccus;  
 Si fruitur tristi Canius Æthiope;

*Si Flaccus delectatur aurita lagopode: si Canius potitur Æthiope deformi: si*

1 *Si meus aurita gaudeat lagopode* Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. *logalopece* G. Vossius de *Art. Gramm.* P. 2. p. 128. Ita apud *Catull.* '*chenalopex*,' '*cercalopex*;' et apud *Festum* '*cercalopex*.'

Publius exiguæ si flagrat amore catellæ;  
 Si Cronius similem cercopithecon amat;  
 Delectat Marium si perniciosus ichneumon; 5  
 Pica salutatrix si tibi, Lause, placet;  
 Si gelidum collo nectit Glacilla draconem;  
 Luscinia tumulum si Thelesina dedit;  
 Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycæ,  
 Qui videt hæc dominis monstra placere suis? 10

*Publius ardet amore parvæ catellæ: si Cronus amat similem cercopithecon: si ex-tiosus ichneumon placet Mario: si tu, o Lause, amas picam salutatricem: si Gla-cilla involvit collum frigido dracone: si Thelesina erexit tumulum philomelæ: qui cernit hæc monstra grata esse suis dominis, cur non amet os tenerum formosi La-bycæ?*

Alii legunt, *lagopece*. Lectio nostra est ex ingenio Scaligeri, quem vide ad Festum, in voc. 'cercalopex.'—5 Codex quidam ap. Beverland. *ischemon*: Florent. habet, *icanemo*: codex Vaticanus, *ichemon*.—7 In codice Palat. *Gladella*: Beverlandi Ms. *Gadilla*: codex Pulmanni, *Galathia*: alii, *Gradilla*; vel *Flaccilla*.—9 *Labycæ* exhibent edd. vett. *Labytæ* codex Florent. quo vulg. firmatur: *Labyrte* codex Vaticanus.

## NOTE

1 *Gaudet glaucopide* [*lagopode*] Sensus totius Epigrammatis est: Si alii aves aut alia animalia amant, cur ego, inquit Poëta, non amabo formosum puerum. *Lagopodem* vero avem esse docet Plinius lib. x. cap. 48. sic dictam a pedibus leporinis. Horatius II. Sat. 2. primam hic productam corripuit: 'Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagopis.' Itaque Raderi et Farnabii iudicio melius legit Scaliger, *glaucopide*, et interpretantur ululam, seu bubonem. Sic vero loquitur Scaliger ad Propert. lib. IV. Eleg. 3. Priinum lagopodem non esse auritam. Est lagopus quam perdicem albam Inalpinii vocant. Deinde prima syllaba corripitur. Postremo avis illa est pulcherrima, ideoque non videtur inter monstra et portenta numeranda; cum tamen hoc agat Martialis, ut ostendat monstra placuisse illis viris, quos ordine recenset: at contra glaucopis, seu bubo, et aurita est, et sane non inter venusta animalia enumeranda.

2 *Tristi Canius*] De Canio Poëta Gaditano lib. III. Epig. 20. *Tristi*, hoc est, atro, vel quia infæusti ominis erat, si mane quis occurrisset Æthiopi. Juv. Sat. VI. 602.

3 *Publius*] De Catella Publii vide lib. I. Epig. 110.

4 *Cercopithecon*] *Cercopithecus* est caudatus, cetera simio similis. Lib. XIV. Epig. 202. 'Callidus emissas eludere simius hastas, Si mihi canda foret, cercopithecus eram.' *Similem* dixit an Æthiopi, an catellæ, an ipsi Crono similem dicat? Judicet lector.

5 *Ichneumon*] Quem describit Plinius lib. VIII. cap. 24. perniciosum dicit aspidi præsertim et crocodilo, quibus est hostis infensissimus.

6 *Picasalutatrix*] Lib. XIV. Epig. 76.

7 *Gelidum*] Æstivis enim mensibus dracones sinu gerebant, quibus et collum involvebant mulieres Romanæ, ut se refrigerarent.

9 *Blanda Cupidinei*] Cur mihi non liceat amare Labycam forma parem Cupidini?

## LXXXVIII.

## DE SUIS LIBRIS.

FERTUR habere meos, si vera est fama, libellos  
 Inter delicias pulchra Vienna suas.  
 Me legit omnis ibi senior, juvenisque, puerque,  
 Et coram tetrico casta puella viro.  
 Hoc ego maluerim, quam si mea carmina cantent, 5  
 Qui Nilum ex ipso protinus ore bibunt;  
 Quam meus Hispano si me Tagus impleat auro,  
 Pascat et Hybla meas, pascat Hymettos apes.  
 Non nihil ergo sumus, nec blandæ munere linguæ  
 Decipimur: credam jam, puto, Lause, tibi. 10

*Si fama est vera, pulchra Vienna dicitur habere meos libellos inter voluptates suas. Illic omnis senior, et juvenis, et puer, et puella pudica legit me coram marito moroso. Hoc mihi gratius est, quam si canant meos versus, qui potant aquas Nili primo deprensi: quam si meus Tugus impleat me auro Hispano, et Hybla, et Hymettos pascant meas apes. Ergo sumus aliquid, nec fallimur sermone linguæ adulato-riæ: o Lause, opinor, jam tibi adhibebo fidem.*

7 *Quam meus Hispanus Beverlandi Ms.—8 Pascat et Hybleas pascat in eodem.—9 Junt. an. 1512. blande murmure: in aliis vett. blandæ murmure; et sic Delph. Codex Pulmanni: blandæ munere: Beverlandi Ms. magnæ munere.*

## NOTE

- 2 *Pulchra Vienna*] Urbs est Galliæ mons Atticæ.  
 ad Rhodanum, hodie, *Vienne*. 9 *Blandæ munere* [*murmure*] Alii,  
 6 *Qui Nilum*] Hoc est, remotissimi *blandæ munere*. Sensus est: Cum  
 Æthiopes. De fontibus Nili dictum *Viennæ* legantur mei libri, credam  
 lib. Spect. Epig. 3. 'Et qui prima tot in illis bona esse Epigrammata,  
 bibit deprensi flumina Nili.' quot mala, atque adeo bonos esse,  
 8 *Hybla*] Mons est Siciliæ apibus licet, o Lause, aliter sentias. Vide  
 et melle abundans, ut et Hymettos Epig. 80. supra.

## LXXXIX.

## APOLLINARI MITTIT CORONAM ROSEAM.

I, FELIX rosa, mollibusque sertis  
 Nostri cinge comas Apollinaris.

*Ito, o rosa fortunata, et delicatis sertis circumda capillos nostri Apollinaris:*

*Ad Rosam* inscribitur in edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Laug. &c.



Quas tu nectere candidas, sed olim,  
Sic te semper amet Venus, memento.

*quos tu memento nectere canos, at olim, sic semper placeas Veneri.*

## NOTE

- 2 *Apollinaris*] De quo lib. iv. Epig. sed multis abhinc annis. Sic optat  
87. Felicem rosam dixit, quod Apol- Poëta diu vivere Apollinarem.  
linaris comas circumdatura esset. 4 *Amet Venus*] Cui dedicata es.  
3 *Candidas, sed olim*] Hoc est, canas

## XC.

## AD CRITICUM.

JACTAT inæqualem Matho me fecisse libellum :

Si verum est, laudat carmina nostra Matho.

Æquales scribit libros Calvinus et UMBER.

Æqualis liber est, Cretice, qui malus est.

*Matho prædicat me scripsisse librum inæqualem : si verum est, Matho commen-  
dat meos versus. Calvinus et UMBER componunt libellos æquales. O Critice, æqua-  
lis est liber qui malus est.*

*Ad Criticum* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. &c.  
*Ad Creticum* in codice Florentino.—3 *Calvinus* codex Thuan.—4 *Critice*  
in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. &c. *Cretice*  
codex Florentinus.

## NOTE

- 1 *Matho*] De quo jam dictum lib. ergo æqualis malus est, quia Mar-  
iv. Epig. 80. tialis judicio nunquam liber totus  
4 *Æqualis liber*] Malus est, quia, ut bonus est.  
dixit Poëta lib. i. Epig. 17. in uno *Cretice* [*Critice*] Legunt alii *Cre-*  
libro quædam sunt bona, et quædam tice, ut sit nomen proprium.  
mediocria, plura vero mala: liber

## XCI.

## AD JUVENALEM.

DE nostro facunde tibi Juvenalis agello

Saturnalities mittimus, ecce, nuces.

Cetera lascivis donavit poma puellis

Mentula custodis luxuriosa Dei.

- 1 *Juvebalis* Junt. an. 1512. Cetera, nulla est lectionis varietas.

## NOTE

- 2 *Saturnalities, &c.*] Quibus luditur 4 *Mentula, &c.*] Ipse Priapus. Lib.  
in Saturnalibus. Lib. v. Epig. 31. 1. Epig. 36. et lib. vi. Epig. 49. et 73.

## XCII.

IN BACCARAM.

Si quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,  
 Bis nobis dicis, Baccara, terque die.  
 Appellat rigida tristis me voce Secundus :  
 Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.  
 Pensio te coram petitur clareque palamque : 5  
 Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.  
 Esse queror gelidasque mihi tritasque lacernas :  
 Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.  
 Hoc opus est, subito fias ut sidere mutus ;  
 Dicere ne possis, Baccara , quid sit opus. 10

*O Baccara, bis et ter die dicis nobis, Scis me non esse orandum, si quid opus fuerit. Secundus creditor morosus me vocat aspera voce : audis, sed ignoras, o Baccara, quid sit opus. Te præsente pensio petitur aperte et manifeste. Auscultas, at ignoras, o Baccara, quid sit opus. Expostulo me habere lacernas leves et laceras : auscultas, at ignoras, o Baccara, quid sit opus. Hoc opus est, o Baccara, repente elinguis evadus, percussus sidere, ne proferre queas quid sit opus.*

1 *Si quid opus fuerit tibi* Beverlandi Ms.—4 *Audis et nescis* codex Pulmanni : alii legunt : *et nescit Baccara quid sit opus?* Illa enim sæpiuscule dixerat Martiali, Pete, si quid tibi opus.—5 *Pensio cur a me petitur* codex Pulmanni.—6 *Audis et nescis* in eodem codice.—10 *Dicere nec possis* Beverlandi Ms.

## NOTÆ

3 *Appellat*] Creditor scilicet a me sus est : Sidere percussa tua lingua  
 exigit fœnus. areseat. Idem dixit lib. XI. Epig. 86.  
 5 *Pensio*] Ædium nempe conductarum. ‘Sidere percussa est subito tibi, Zoile, lingua.’  
 9 *Fias ut sidere*] Sideratio morbus 10 *Quid sit opus*] Ne proferas hæc  
 est, quo læsæ arbores arescunt : hinc verba, quibus circumvenis amicos, qui  
 siderationis nomen translatum est ad credunt te tuis promissis staturum.  
 hominem, cuius corpus arescit. Sen-

## XCIII.

AD NARNIAM.

NARNIA, sulfureo quam gurgite candidus amnis  
 Circuit, ancipiti vix adeunda jugo,

*O Narnia vix adeunda jugo ancipiti, quam cingit amnis albus sulfureo gurgite,*

## NOTÆ

1 *Narnia*] Umbriæ urbs, hodie, 2 *Ancipiti jugo*] Hoc est, gemino,  
 Narni, quam cingit amnis Nar, hodie, nempe jugo montis Apennini.  
 Negra.

Quid tam sæpe meum nobis abducere Quintum

Te juvat, et lenta detinuisse mora?

Quid Nomentani causam mihi perdis agelli,

5

Propter vicinum qui pretiosus erat?

Sed jam parce mihi, nec abutere, Narnia, Quinto:

Perpetuo liceat sic tibi ponte frui.

*cur placet tam frequenter auferre nobis meum Quintum, et detinere mora lenta? Cur facis damnum Nomentano meo agello, qui curus erat propter vicinum Quintum? At jam ignosce mihi, o Narnia, nec abutere Quinto. Sic fas sit tibi habere pontem perpetuum.*

1 Beverlandi Ms. *circuit annis Candidus.*—6 *Pro turpi vitio qui codex Pulmanni.*

## NOTE

3 *Abducere Quintum*] Ovidium scilicet, de quo lib. x. Epig. 44.

5 *Causam*] Hoc loco causa sumitur, ut opinor, pro emolumento. Et sensus est: O Narnia, cur me privas emolumento agri mei Nomentani, in quo scilicet jam habitare nequeo propter absentiam Quinti? Domitius sic interpretatur: O Narnia,

cur aufers causam amandi illum recessum, et voluptatem quam ego percipiebam propter Quintum vicinum? Judicet lector.

8 *Perpetuo liceat*] O Narnia, sic incolumis sis cum eximio tuo ponte, qui duos abruptos montes (quos anceps jngum vocat) subterlabente flumine juugebat.

## XCIV.

## DE PAPILO.

UNGUENTUM fuerat, quod onyx modo parva gerebat:

Olfecit postquam Papilus, ecce garum est.

*Unguentum fuerat, quod paulo ante continebat exigua onyx: postquam Papilus odoratus est, ecce garum est.*

*De Pamphilo* inscriptio est in Beverlandi Ms.—1 Junt. an. 1512. *pra*, i. e. *parva*. ‘Merito mirantur hic viri docti  $\tau\delta$  onyx *sæmineo* genere. Scribo: quod onyx modo *parve* gerebas; ut ipsum vas alloquatur, quod frequens poetæ.’ Gronovius. Sed vide Plin. lib. xxxvii. cap. 6.

## NOTE

1 *Onyx*] Hoc est, vas unguentarium ex onyce factum.

2 *Olfecit*] Papilus adeo male olebat, ut afflatu suo unguenta etiam

nobilissima corrumpere.

*Garum est*] Liquamen nempe piscium, de quo dictum lib. vi. Epig. 93.

## XCV.

## IN LINUM.

BRUMA est, et riget horridus December,  
 Audes tu tamen osculo nivali  
 Omnes obvius hinc et hinc tenere,  
 Et totam, Line, basiare Romam.  
 Quid possis graviusque sæviusque 5  
 Percussus facere, atque verberatus?  
 Hoc me frigore basiet nec uxor,  
 Blandis filia nec rudis labellis.  
 Sed tu dulcior, elegantiorque,  
 Cujus livida naribus caninis 10  
 Dependet glacies, rigetque barba,  
 Qualem forcibus metit supinis  
 Tonsor Cinyphio Cilix marito.  
 Centum occurrere malo cunnilingis:  
 Et Gallum timeo minus recentem. 15  
 Quare si tibi sensus est, pudorque,

O Line, hyems est, et horridus December riget: nihilominus tu audes frigido basio hinc et hinc morari omnes occurrentes, atque osculari totam Romam. Quid lasus aut verberatus possis facere gravius aut acerbius? Hoc frigore nec conjux me osculetur, nec rudis filia teneris labris. At tu suavior atque ornatior tibi videris, ex cujus caninis naribus suspensu est glacies livida, et barba riget, qualem secat tonsor Cilix supinis forcibus Cinyphio marito. \* \* et minus metuo Gallum recen-

3 Omnes obvios in edd. vett. Omnes obvius codex Pulmanni.—8 Beverlandi Ms. filia nec nudis.—12 Qualem forcibus edd. vett. Qualem forcibus codex Pulmanni. Lectionem nostram testatur codex Florentinus.—13 Cynaphio Cylex marito in eodem codice. 'Quid Cilici tonsori cum hircu Cinyphio? Non magis verisimile est, Cinyphios tonsores suos e Cilicia petisse, quam Cilicas e Cinyphiis. Bene itaque: Tonsor Cinyphio Chalybs marito. Chalybs pro omni eo, qui ferrum tractat, quemadmodum et apud Catullum de Coma Beren. 15. Vide J. Voss. ad Catulli Attin, p. 172.' Beverland.

## NOTE

11 *Dependet glacies*] Hoc est, stiria, Gallice, *roupie*.

12 *Qualem forcibus*] Hoc est, qualem barbam habent hirci Cinyphii a Cilice caprario tonsi. *Forcibus supinis*] Hoc est, acie erecta, et manubrio deorsum tendente. Cinyphs, inquit Ortelius, fluvius est Africae. Strabo lib. xvii. scribit 'Ciniphus,'

Delph. et Var. Clas.

ad quem magna est hircorum copia. Tamen videtur esse Ciliciae fluvius, cum dicat Cinyphium maritum seu hircum a Cilice tonderi.

15 *Gallum timeo*] Tarnebus lib. xxv. cap. 24. sic explicat hunc versum: Puto, inquit, significari malum odorem, quem corpore suo emittent Gallii Romam venientes, recen-

Martial.

2 N

Hybernas, Line, basiationes,  
In mensem rogo differas Aprilem.

*tem. Quapropter si habes mentem et verecundiam, o Line, oro rejicias oscula hyemalia in mensem Aprilem.*

## NOTÆ

tesque, cum intemperantius viverent, castrato gravissima erat anima? An et labore itineris virus intemperantiæ intelligit Gallum Bæticum? de quo auferent. An forte Gallum sacerdotem Cybeles intelligit, cui recens vide lib. III. Epig. 81.

## XCVI.

## EPITAPHIUM URBICI PUERI.

CONDITUS hic ego sum Bassi dolor, Urbicus infans,

Cui genus et nomen maxima Roma dedit.

Sex mihi de prima deerant trieteride menses,

Ruperunt tetricæ cum mala pensa Deæ.

Quid species, quid lingua mihi, quid profuit ætas? 5

Da lacrymas tumulo, qui legis ista, meo.

Sic ad Lethæas, nisi Nestore senior, undas

Non eat, optabis quem superesse tibi.

*Ego Urbicus infans, mæror Bassi, sepultus sum hic, qui accepi ortum et nomen a maxima Roma. Sex menses mihi deerant de primo triennio, cum Deæ severæ fregerunt mala pensa. Quid lingua, quid ætas profecit mihi? Tu qui legis ista, sparge lacrymas meo sepulcro. Sic quem cupies superesse tibi, non petat undas Lethæas nisi senior Nestore.*

3 Codex Florentinus: *deerant trientide menses.*—7 *Nestore serius* codd. Vat. et Florent. *Nestore senior* in edd. vett. et sic etiam Schrevel.

## NOTE

2 *Cui genus*] Hoc est, quinquatus sum in urbe, atque ab ea nomen sumsi: Urbicus enim dictus est hic puer.

4 *Cum mala*] Cum vitæ filum absciderint Parcæ.

5 *Quid lingua*] Balbutiens adhuc.

*Quid profuit ætas*] Tam tenera: etenim duos tantum annos et sex menses natus erat Urbicus cum mortuus est.

8 *Non eat*] Non moriatur. Lethe inferorum fluvius est satis notus. Nestor vero dia vixit, de quo lib. II. Epig. 64.

## XCVII.

## AD LIBRUM SUUM DE CÆSIO SABINO.

NOSTI si bene Cæsium, libelle,

Montanæ decus Umbriæ Sabinum,

*O liber, si bene compertus est tibi Cæsius Sabinus, gloria montanæ Umbriæ, mu-*

Auli municipem mei Pudentis ;  
 Illi tu dabis hæc, vel occupato.  
 Instent mille licet premantque curæ, 5  
 Nostris carminibus tamen vacabit.  
 Nam me diligit ille, proximumque  
 Turni nobilibus leget libellis.  
 O quantum mihi nominis paratur !  
 O quæ gloria ! quam frequens amator ! 10  
 Te convivias, te forum sonabit,  
 Ædes, compita, porticus, tabernæ.  
 Uni mitteris, omnibus legeris.

*niceps mei Auli Pudentis: tu donabis hæc illi vel impedito. Quamvis urgeatur et prematur mille curis, nihilominus incumbet ad meos versus. Ille enim amat me, et leget secundum ab egregiis libellis Turni. O quanta fama manet me! quod decus! quam frequens amator! celebraberis in convivis, in foro, in ædibus, in compitis, in porticibus, in tabernis. Mitteris uni, legeris ab omnibus.*

*Ad Librum suum lemma est in edd. vett.—4 Codd. Vat. et Florent. hæc et occupato.—5 Instent nulla codex Florentinus.—7 Beverlandi Ms. proximusque. Et mox, legit libellis.—9 O quantum tibi numinis codex Florentinus.—11 Codex Vaticanus, sonabunt.*

## NOTÆ

2 *Sabinum*] De quo Plinius Junior lib. iv. Epist. 10. et Martialis iterum lib. ix. Epig. 59. De Aulo Pudente dictum lib. i. Epig. 32.

8 *Turni*] Poëtæ cujusdam de quo lib. xi. Epig. 10.

9 *O quantum mihi*] Alii, *tibi*.

10 *Quam frequens*] Hoc est, quam multi me amabunt.

13 *Omnibus legeris*] Sabinus enim te omnibus commendabit, et legendum dabit.

## XCVIII.

## AD CASTOREM.

OMNIA, Castor, emis : sic fiet, ut omnia vendas.

*O Castor, mercaris cuncta : sic continget ut vendas cuncta.*

<sup>6</sup> Turnebus, lib. xxv. cap. 24. ait se in quibusdam exemplaribus reperisse hunc versum appensum: *Nil uxore tamen nudius esse potest. Dispice, lector, quam conveniat.* Farnabius.

## NOTÆ

1 *Ut omnia*] Hoc est, cum præter facultates multa emas lauta et nitida, tandem urgente inopia cogaris omnia vendere. Turnebus lib. xxv. cap.

24. ait se huic carmini appensum reperisse pentametrum in quodam codice: *Nil uxore tamen nudius esse potest.*

## XCIX.

## AD CRISPINUM.

Sic placidum videas semper, Crispine, Tonantem ;

Nec te Roma minus, quam tua Memphis amet :  
Carmina Parrhasia si nostra legentur in aula ;

(Namque solent sacra Cæsaris aure frui.)

Dicere de nobis, ut lector candidus, aude :

5

Temporibus præstat non nihil iste tuis ;  
Nec Marso nimium minor est, doctoque Catullo.

Hoc satis est : ipsi cetera mando Deo.

*O Crispine, sic semper spectes Jovem serenum ; nec Roma diligit te minus quam tua Memphis : si versus nostri legentur in aula Palatina ; namque solent pervenire ad sacras aures Cæsaris : aude, ut lector sincerus, affirmare de nobis, iste offert aliquod ornamentum tuo ævo ; nec nimis inferior est Marso, atque erudito Catullo. Hoc sufficit : commendo reliqua ipsi Deo.*

1 *Sic placitum* codex Pulmanni.—3 Codex Thuan. *leguntur in aula* : Florentinus : *leguntur in auram*.—5 Alii pro *aude*, legunt *audet*. Hoc Epigrammate librum septimum claudunt edd. vett. omnes. Tria quæ sequuntur e veteri exemplari Anglicano primum addidit Pulmannus. 'Pro legitimis ægre agnoscuntur : primum saue Martialis acumen parum sapit.' *Farnabius*.

## NOTÆ

1 *Crispine*] De quo Juvenalis Sat. 1. Is autem Ægyptius fuit, et multum gratia valuit apud Domitianum.

2 *Tua Memphis*] Urbs Ægypti nobilissima, de qua lib. Spect. Epig. 1.

3 *Parrhasia*] In Palatio Domitiani. Vide Epig. 56. supra.

5 *Aude*] Hoc scilicet elogium mihi impertire. Legunt alii, *audet*.

7 *Nec Marso*] De his duobus Poëtis, qui Epigrammata scripserunt, vide lib. 11. Epig. 71. et 72.

8 *Mando Deo*] Domitiano, cui curæ erit laboris præmium mihi persolvere.

## C.

## AD PONTICUM.

PONTICE, per reges discurre, et omnia lustras :

Magna quidem sequeris, Pontice ; magnus homo es.

*O Pontice, discurre per ades patronorum, et peragras cuncta : sane sequeris*

Vide VV. LL. ad Epigramma superius.

## NOTÆ

1 *Pontice*] Hoc Epigramma pro legitimo non agnoscit Raderus, nec Farnabius, ut et duo sequentia. E veteri exemplari Anglicano transcripta sunt, quæ Martialis acumen

parum sapiunt, ut ait idem Farnabius. Judicet lector.

*Per reges*] Per domos patronorum, quos salutes.



Pontice, si qua facis, sine teste facis, sine turba :  
 Non adhibes multos, Pontice ; cautus homo es.  
 Pontice, te celebrem forma natura creavit : 5  
 Dignus eras Helena, Pontice ; pulcher homo es.  
 Pontice, voce tua posses adamanta movere :  
 Vox tua dulce sonat, Pontice ; dulcis homo es.  
 Pontice, sic alios, sic te quoque decipit error :  
 Vis dicam verum, Pontice ? nullus homo es. 10

*magna, o Pontice, magnus homo es. Pontice, si agis aliquid, agis sine teste, sine multitudine : non adhibes multos, Pontice, homo es callidus. Pontice, natura produxit te spectabilem pulchritudine : dignus eras Helena, Pontice, formosus es homo. Pontice, tua voce posses movere adamanta : vox tua suave sonat, Pontice, homo es suavis. Pontice, sic error fallit alios, sic te etiam : placet proferam veritatem ? Pontice, nullus homo es.*

## NOTÆ

3 *Sine teste facis*] Infandi sceleris      10 *Nullus homo es*] Hoc est, nullius Ponticum accensare videtur.      omnino pretii.

## CI.

## DE VETULA.

TACTA places, audita places, si non videare,  
 Tota places : neutro, si videare, places.

*Grata es tactui et auditui : si non videaris, tota grata es : si videaris, neutro grata es.*

Vide VV. LL. ad Epigramma xcix. et Notam infra.

## NOTÆ

2 *Neutro*] Hoc est, neque ex hac tactum nec auditum delectas. Forte parte, neque ex illa : hoc est, nec melius legeretur nulli.

## CII.

## DE MILONE.

MILO domi non est : peregre Milone profecto  
 Arva vacant : uxor non minus indè parit.

*Milo non est domi : agri otiosi sunt Milone longe profecto : idcirco non minus uxor*

Vide VV. LL. ad Epigramma xcix.

Cur sit ager sterilis, cur uxor lactitet, edam :  
 Quo fodiatur ager non habet, uxor habet.

*gignit. Dicim qua de causa arva sint sterilia, qua vero de causa uxor lactitet; ager non habet quo fodiatur, uxor habet.*

## NOTÆ

3 *Uxor lactitet*] Hoc est, cur habeat ubera plena lactis, quo lactet infan-  
 tem.

4 *Quo fodiatur*] Hoc est, ager non habet colonum, mœchum habet uxor.

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATUM

LIBER VIII.

---

---

IMPERATORI DOMITIANO<sup>1</sup> CÆSARI AUGUSTO, GERMANICO,  
DACICO,<sup>2</sup> VALERIUS MARTIALIS SALUTEM.

OMNES quidem libelli mei, domine, quibus tu famam, id est, vitam dedisti, tibi supplicant: et puto propter hoc leguntur.<sup>3</sup> Hic tamen, qui operis nostri Octavus inscribitur, occasione pietatis<sup>b</sup> frequentius fruitur. Minus itaque ingenio laborandum fuit, in cuius locum<sup>c</sup> materia successerat: quam quidem subinde<sup>4</sup> aliqua jocosum mixtura variare tentavimus: ne cœlesti verecundiæ tuæ laudes suas, quæ fa-

*Omnes quidem libelli mei, Domine, quibus tu parasti nomen, hoc est, vitam, prosternunt se tibi: et credo evolvuntur propter hanc causam. Nihilominus hic qui inscribitur Octavus nostri operis, sæpius celebrat tuam pietatem. Quapropter minus laborandum fuit ingenio, in cuius locum suffecta erat materia: quam quidem identidem distinguere aliquibus admixtis salibus conati sumus, ne omnia carmina reno-*

1 Beverlandi Ms. præfixum habet: *Epistola ad Domitianum Cæsarem*; inde hoc: *Imperatori Domitiano, &c.* quod in edd. vett. principium est Epistolæ.—2 *Dacio* in edd. vett.—3 In iisdem, *legentur*.—4 Beverlandi Ms.

NOTÆ

<sup>a</sup> *Dacio* [*Dacio*] Alii, *Dacico*: sæpius supra de his nominibus actum. Hunc vero librum, in quo nullam fore verborum licentiam profitetur, Domitiano dedicat: omnes autem libros suos victuros sperat, quod illius no-

men celebrent.

<sup>b</sup> *Occasione pietatis*] Argumentum hic liber petit a tua pietate, atque a tuis victoriis, &c.

<sup>c</sup> *In cuius locum*] Amplæ quippe materiæ verba non desunt.

cilius te fatigare possunt, quam nos satiare, omnis versus ingereret.<sup>5</sup> Quamvis autem Epigrammata severissimis quoque, et supremæ fortunæ<sup>6 d</sup> viris ita scripta sint, ut mimicam<sup>7 e</sup> verborum licentiam affectasse videantur: ego tamen illis<sup>f</sup> non permisi tam lascive loqui, quam solent. Cum pars libri et major et melior ad majestatem sacri nominis tui allegata sit, meminerit non nisi<sup>g</sup> religionis<sup>8</sup> purificatione lustratus<sup>9</sup> accedere ad templa debere. Quod ut custoditurum me lecturi sciant, in ipso libelli hujus limine<sup>10</sup> profiteri brevissimo placuit Epigrammate.

*varent divino tuo pudori memoriam suorum præconiorum, quæ possunt facilius afferre tibi tadium, quam nobis satietatem. Licet autem viri etiam gravissimi, et supremæ fortunæ ita fecerint Epigrammata, ut videantur affectasse nimiam licentiam verborum: nihilominus ego non concessi illis loqui tam libere, quam solent, cum pars libri et major et melior dirigatur ad majestatem sacri tui nominis. Recordetur non debere adire templa nisi purgatus lustratione religionis. Quod me observaturum ut teneant lectores, placuit id polliceri brevissimo Epigrammate in ipso principio hujus libri.*

quoniam quid subinde.—5 Ald. Junt. et Colin. omnes versus ingerent.—6 In quibusdam, summæ fortunæ: et sic codex Pulmanni.—7 Codex Pulmanni habet, mimicam vel inimicam, ambigua scriptura. Vide nos ad Catull. Carm. LXIV. 288. 289. Alii legunt, mimam; unde nimiam in edd. vett. Ald. Junt. et Colin.—8 Codd. Vatt. Florent. et Pulmanni: non nisi religiosa; et sic edidit Scriverius.—9 Beverlandi Ms. lustratos, quod etiam conj. Gruterus, dubitanter vero.—10 Ald. Junt. Colin. Gryph. in ipso libello hujus nomine: Beverlandi Ms. in ipso libelli hujus omine.

## NOTE

- <sup>d</sup> *Etsupremæ fortunæ*] Alii, *summæ*: *mimicam*, alii, *mimam*.  
 Quos viros enumerat Plinius Junior <sup>f</sup> *Tamen illis*] Epigrammatibus nempe, quibus conveniunt lasciviæ.  
<sup>g</sup> *Non nisi*] Deus enim est Domitianus. Lib. v. Epig. 8. Deos vero adire non licet nisi purgato. Legunt alii, *Non nisi religiosa purificatione*.
- <sup>e</sup> *Mimicam [nimiam]* Alii legunt, *Non nisi religiosa purificatione*.

## I.

## AD LIBRUM SUUM.

**L**AURIGEROS domini, liber, intrature Penates,  
 Disce verecundo sanctius ore loqui.

*O liber ingressure laureatam domum domini, disce loqui castius ore pudico. Nu-*

In hoc Epigrammate nil variant scripti aut impressi.

Nuda recede Venus: non est tuus iste libellus.

Tu mihi, tu Pallas Cæsariana, veni.

*da Venus remove te, iste liber non tibi dicatur. Tu, o Pallas Cæsariana, tu accede ad me.*

## NOTE

1 *Laurigeros*] Hoc est, victricem Domitiani domum; ille enim Ianream Jovi Capitolino de Sarmatis retulit. Suetonius in Domit.

3 *Nuda recede Venus*] Hoc est, nimia verborum licentia et lascivia.

4 *Tu Pallas*] Quam scilicet mira

superstitione coluit Domitianus. Suetonius in ejus vita cap. 15. Ab hoc autem libro removet Venerem lasciviæ Deam, Minervam pudicitiaæ patronam invocat, quod Domitiano dicatus sit hic liber.

## II.

## AD JANUM.

FASTORUM genitor parensque Janus  
Victorem modo cum videret Istri,  
Tot vultus sibi non satis putavit;  
Optavitque oculos habere plures:  
Et lingua pariter locutus omni,  
Terrarum domino Deoque rerum  
Promisit Pyliam quater senectam.  
Addas, Jane pater, tuam rogamus.

5

*Cum paulo ante Janus, fastorum parens et pater, spectaret victorem Danubii, non credidit sufficere sibi tot vultus, atque expetivit habere plures oculos, et simul omni lingua locutus, pollicitus est domino orbis et Deo rerum quater senectutem Nestoris. O Jane pater, obsecramus adjungas tuam.*

1 Codex Pulmanni exhibet: *paterque Janus*.—2 *Istro* in eodem pro *Istri*.—7 *Pyliam pater senectam* Beverlandi Ms.—8 *Addas Jane tuam pater* Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Plant. Junian. Delph. aliæ. Lectionem nostram exhibet codex Pulmanni.

## NOTE

1 *Fastorum genitor*] Fasti sunt libri qui singulorum annorum gesta continent, quorum patrem Janum dicit, quia ille, ut dicit infra Epig. 8. principium dat velocibus annis. Fuit autem Jannus rex Italiæ antiquissimus, cui mortuo atque inter Deos relato primus anni mensis dicatus est.

2 *Victorem Istri*] Id est, Sarmatarum incolentium ripas Danubii seu Istri.

3 *Tot vultus*] Janum bifrontem, alii, quod annum elapsum respiciat, incipientem vero prospiciat; alii quadrifrontem dixere, propter quatuor anni tempestates, aut quatuor elementa. Lege Ovid. Fast. 1.

4 *Optavitque oculos*] His verbis vehemens videndi Cæsaris desiderium exprimit Poëta.

7 *Pyliam senectam*] De ætate Nestoris egimus supra. Ovid. in Epis-

## NOTE

tola 1. 'Nos Pylon, antiqui Nelia Janus enim utpote Deus immortalis Nestoris arva, Misimus.' est.

8 *Addas tuam*] Immortalem nempe;

## III.

AD MUSAM.\*

QUINQUE satis fuerant; nam sex, septemve libelli,

Est nimium: quid adhuc ludere, Musa, juvat?

Sit pudor, et finis: jam plus nihil addere nobis

Fama potest: teritur noster ubique liber.

Et cum rupta situ Messalæ saxa jacebunt,

5

Altaque cum Licini marmora pulvis erunt:

Me tamen ora legent, et secum plurimus hospes

Ad patrias sedes carmina nostra feret.

*Quinque libri, vel sex, et septem satis superque erant, et quidem nimis: o Musa, quid placet joculari adhuc? Sit verecundia et terminus: jama jam nihil amplius potest adjungere nobis: noster liber atrectatur ubique. Et cum saxa Messalæ fracta situ eversa erunt, et marmora excelsa Licini redigentur in pulverem; nihilominus legar ab hominibus, et multi peregrini secum portabunt nostros versus in patriam.*

1 Ant. de Rooy proposuit: *Quinque satis fuerat; nam sex septemve libellis Est nimium*; hac constructione: Satis fuerat (ludere) quinque libellis; nam nimium est ludere sex septemve. *Quinque satis fuerant, vel sex septemque libelli* Junt. an. 1512. *Quinque satis fuerant, vel sex septemque libelli* Ald. Colin. Gryph. Lang. Pulman. Plant. Junian. aliæque vet. Codd. Thuan. et Vat. firmant nostram lectionem.—2 *Et nimium* edd. vet. *Est nimium* codd. Pulmanni, Vat. Florent. alii.—5 *Messalæ saxa jacebunt* Beverlandi Ms.—6 *Licina* vel *Licina* in cod. Palatino, quod ultimum si admittamus, illud cum erit præpositio, non adverbium.—7 *Me tamen orbe legent* conj. Ant. de Rooy. Cf. lib. 1. Epig. 2. lib. v. Epig. 13. lib. vi. Epig. 64. et hoc lib. Epig. 61. Sed vide lib. III. Epig. 95. Ovid. Met. xv. 878. ex Pont. III. 4. 54. Tibull. III.

## NOTÆ

\* *Ad Musam*] Inscribunt alii: *De suo Epigrammatum scribendorum studio.*

1 Nam [vel] sex] Alii: *nam sex, septemve libelli Est nimium.*

5 *Messalæ saxa*] Hoc est, tumuli lapidei et marmorei citius peribunt quam mei versus. Lib. x. Epig. 2. 'Marmora Messalæ findit caprificus.' Quintilianus lib. x. 'Messala nitidus, et candidus, et quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem

suam,' quem et disertum vocat Horatius de Arte Poëtica.

6 *Cum Licini*] Hoc est, cum jacebunt marmoreæ ædes, aut potius marmoreæ sepulcra Licini, de quo lib. II. Epig. 32. et Senec. Epist. 120. Fuit autem Licinus libertus Augusti ditissimus, de quo illud distichum: Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo, Pompeius nullo: quis putet esse Deos?

|                                                    |    |
|----------------------------------------------------|----|
| Finieram, cum sic respondit nona sororum,          |    |
| Cui coma, et unguento sordida vestis erat :        | 10 |
| Tune potes dulces, ingrata, relinquere nugas ?     |    |
| Dic mihi, quid melius desidiosus ages ?            |    |
| An juvat ad Tragicos soccum transferre cothurnos ? |    |
| Aspera vel paribus bella tonare modis ?            |    |
| Prælegat ut tumidus rauca te voce magister,        | 15 |
| Oderit et grandis virgo bonusque puer ?            |    |
| Scribant ista graves nimium, nimiumque severi,     |    |
| Quos media miseros nocte lucerna videt.            |    |
| At tu Romano lepidos sale tinge libellos :         |    |
| Agnoscat mores vita legatque suos.                 | 20 |

*Dixeram, cum sic reposuit nona sororum, quæ habebat cæsariem et vestem sordidam unguento : O immemor, potesne tu missas facere suaves ineptias ? Dic mihi quid tu otiosus facies melius ? An placet transferre soccum ad cothurnos Tragicos, aut paribus metris tonare acerba bella, ut turgidus magister prælegat te rauca voce, et adulta puella oderit, et bonus puer ? Nimis graves, et nimis austeri componant ista, quos media nocte infelices spectat lucerna. Sed tu imbue festivos libros sale*

14. 23. et illud Ennii quod imitatus est Virg. Georg. III. 9.—13 *Annuat ad tragicos soccum transire* Beverlandi Ms.—14 *Aspera vel patribus* in codice Florentino. Dan. Heinsius ad Claudian. Paneg. in Prob. et Olyb. Cous. 208. nostram lectionem, *bella tonare*, vindicat, quamvis in multis libris legatur, *bella sonare*. Vide ad Epig. 23. hujus libri.—15 *Perlegat ut* in edd. vett. *Prælegat ut* codex Pulmanni. Vide ad lib. I. Epig. 36.—17 *Scribunt ista graves potius* codex Pulmanni.—20 *Agnoscat mores aucta* codex Vaticanus.—

## NOTÆ

9 *Nona sororum*] Thalam intelligunt Interpretes, cum illam unguento sordidam dicat Poëta: etenim ante cœnam ungebantur antiqui; Thalia vero, inquit Raderus et Farnabius, apta erat convivii.

13 *Ad Tragicos*] Soccus Comœdorum erat proprius, cothurnus Tragicorum. Lib. III. Epig. 20. Hoc est: An placet missos facere versus leviores, graves scribere ?

14 *Tonare modis*] Heroicis versibus arma canere.

15 *Prælegat*] Ut hodie in scholis Virgilius, Homerus, et alii præleguntur. Alii, *perlegat*.

16 *Oderit et grandis*] Hinc liquet

et ipsas puellas olim legendis et memoriter discendis auctoribus operam dedisse, quæ cum aliquando vapularent, quod versus memoriter non tenerent, ipsis libris irascebantur, quos etiam lacerabant.

18 *Lucerna videt*] Noctu ad lucernam opera sua componebant graves auctores. Juvenalis Sat. I. 'Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?' Notum est hoc verbum, τὸν λύχνον ὄζει *lucernam olet*, de sermone multo studio elucubrato.

20 *Agnoscat*] Hoc est, homines meis in libris agnoscant sua vitia et suas virtutes.



Angusta cantare licet videaris avena,  
Dum tua multorum vincat avena tubas.

*Romano: vita intelligat et legat suos mores. Quamvis videaris canere tenui avena, modo tua avena superet tubas multorum.*

21 Codex Thuaneus: *licet studearis avena.*

NOTÆ

21 *Angusta avena*] Licet tennes et laudis consequaris quam Poëtæ heroci. Lib. iv. Epig. 49.

22 *Dum tua*] Hoc est, modo plus

IV.

AD CÆSAREM DOMITIANUM, VEL, UT ALII, GERMANICUM.

QUANTUS, io, Latias mundi conventus ad aras

Suscipit, et solvit pro duce vota suo!

Non sunt hæc hominum, Germanice, gaudia tantum;

Sed faciunt ipsi nunc, puto, sacra Dei.

*Quantus io concursus ex orbe toto nuncupat, et solvit vota ad altaria Romana pro suo Imperatore! Soli enim homines, o Germanice, non lætantur; at, opinor, ipsa et Numina dant operam rebus divinis.*

*Ad Cæsarem Domitianum* inscriptio est in edd. vett.—1 *Latias mundi conventus* in Beverlandi Ms.—3 *Nam non hæc* Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. et sic legit Scriverius. *Nec sunt* Beverlandi Ms. *Non sunt* codex Pulmanni.

NOTÆ

2 *Suscipit*] In venturum annum, et ligula cap. 14.

solvit suscepta anno elapso pro incolunitate Domitiani reversi ex Sarmatia. Idem argumentum est lib. x. Epistolæ 44. Plinii Junioris ad Trajanum. Vide Suetonium in Ca-

4 *Sed faciunt ipsi*] Hoc est, ipsi Dii, quibus tot templa erexisti, et quos tam assidue colis, lætantur de tuo adventu. Vide lib. ix. Epig. 4.

V.

AD MACRUM.

DUM donas, Macer, annulos puellis;

Desisti, Macer, annulos habere.

*O Macer, dum das annulos puellis: o Macer, desiisti habere annulos.*

1 Alii legunt: *annulos amicis*; i. e. impuris fæminis, in quas aurum et opes effundis.

## NOTÆ

- 1 *Puellis*] Alii, *amicis*; hoc est, insigne; equites vero qui patrimonium meretricibus. dilapidaverant, annulos equestres deponere cogebantur.  
 2 *Desisti*] Hoc est, desiisti esse eques. Annulus enim equitum erat

## VI.

## IN EUCTUM.

ARCHETYPIS vetuli nihil est odiosius Eucti.

Ficta Saguntino cymbia malo luto.

Argenti furiosa sui cum stemmata narrat

Garrulus, et verbis mucida vina facit.

Laomedontæ fuerant hæc pocula mensæ;

5

Ferret ut hæc, muros struxit Apollo lyra.

Hoc cratere ferox commisit prælia Rhæcus

Cum Lapithis: pugna debile cernis opus.

*Nihil est molestius archetypis senioris Eucti. Cymbia plus mihi placent formata ex luto Saguntino. Cum loquax refert fumosa stemmata sui argenti, et vina contrahunt mucorem ex verbis ejus. Hæc pocula, inquit, apposita fuerant mensæ Laomedontis; ut hæc consequeretur, Apollo lyra ædificavit mœnia: vehemens Rhæcus hoc cratere pugnavit cum Lapithis: vides opus comminutum illo certamine. Hi duo*

1 Codd. Florent. et Pulmanni: *nihil est studiosius illo.*—3 *Argenti fumosa* Lipsius lib. i. cap. 5. Vide Var. Notas. *cum stegmata* narrat codex Vaticanus. —4 Thuan. exhibet: *mucina vina.*—7 *Rhæcus* in edd. vett. *Rhæcus* codd. Beverlandi et Pulman.—8 In quibusdam distinguitur: *Cum Lapithis pugna:*

## NOTÆ

1 *Archetypis*] Archetypa pocula intellige, vetustissima et primi exemplaris.

2 *Saguntino*] Fictiles cyathos interpretare ex argilla Saguntina. Vide lib. iv. Epig. 46. 'Cymbia' vero, inquit Macrobius Saturn. lib. v. cap. 21. 'sunt pocula a cymba dicta: quod et apud Græcos, et apud nos ab illis trahentes, navigii genus est,' &c.

3 *Furiosa [fumosa] sui*] Alii legunt *furiosu*. Sed placet *fumosa*: sic enim Cicero et Seneca 'fumosas imagines' dixere, obductas nempe caligine; et Juvenalis Sat. viii. 'Fumosos equitum cum dictatore magistros.' Sensus est ergo: Dum nobilitatem et antiquitatem suorum poculorum verbosius narrat Euctus, vinum interim

effusum mucescit, et vappa fit. Poëta ostendit nimia loquacitate corrumpi cibos etiam optimos, hoc est, convivis ingratos fieri.

5 *Laomedontæ*] Laomedon fuit rex Trojæ, qui Neptuno et Apollini certum auri pretium promiserat, ut Trojam muris cingerent. Poëta posuit pocula aurea pro auro. Ovid. Met. xi. 'Phrygiæque tyranno Ædificat muros pacto pro mœnibus auro.'

7 *Prælia Rhæcus*] Lapitharum et Centaurorum pugnam lege apud Ovid. Met. xii. Sed Rhæcus, inquit Ovidius, torre pugnavit, Theseus vero cratere.

8 *Pugna debile*] Hoc est, craterem illa pugna inminutum.

Hi duo longævo censentur Nestore fundi :

Pollice de Pyllo trita columba nitet.

10

Hic scyphus est, in quo misceri jussit amicis

Largius Æacides vividiusque merum.

Hac propinavit Bytiæ pulcherrima Dido

In patera, Phrygio cum data cœna viro est.

Miratus fueris cum prisca toreumata multum,

15

In Priami cyathis Astyanacta bibes.

*fundi æstimantur senis Nestoris causa ; columba fulget attractata manu Pylia. Hic est scyphus, in quo Achilles imperavit plenius infundi amicis, et ipse potavit merum. Formosissima Dido in hac patera propinavit Bytiæ, cum cœna data est Phrygio marito. Cum multum miratus fueris antiqua toreumata, potabis Astyanacta in cyathis Priami.*

*debile, &c.—10 Beverlandi Ms. columna nitet.—12 Edd. vett. et bibit ipse merum. Codex Pulmanni : et bibit usque merum. Lectionem nostram testantur codd. Thuan. et Florent.—16 Et Priami calathis codd. Florent. et Pulmanni. Alii pro bibes legunt bibis. Vide Var. Notas.*

#### NOTÆ

9 *Hi duo*] Sensus est: Hoc poculum, quod habet duos fundos, pluris æstimatur propter senem Nestorem, ad quem pertinuit. Ab Homero Iliad. Δ. describitur, atque ab Eustathio fuse explicatur. Variæ sunt Grammaticorum opiniones, opusne fuerit unum, an gemini crateres, alterque alteri impositus. Ἀμφικύπελλα vocant Græci. Turnebus lib. xxi. cap. 23. Hesychius, ἀμφικύπελλον dicit περιφέρès ποτήριον, hoc est, rotundum poculum. Athenæus lib. xi. ait, poculum illud habuisse duos fundos. Vide animadversiones Casauboni cap. 12. lib. citato.

10 *Trita columba*] Hoc est, sæpius attractata columba, quæ prominebat insculpta in illo poculo: quo enim magis aurum teritur, tanto magis nitescit. De Pyllo Nestore sæpius dictum.

11 *Jussit amicis*] Ulyssi, Ajaci, Phœnici, qui ab Agamemnone ad placandum ipsum Achillem missi fuerant.

12 *Vividiusque [et bibit ipse] merum*] Alii, usque merum. Alii, vividiusque merum.

13 *Bytiæ*] Virgil. Æn. i. convivium describit, quo Æneam Phrygium excepit Dido: 'Tum Bytiæ dedit increpitans,' &c.

15 *Prisca toreumata*] Quæ sunt opera torno facta. Lib. iv. Epig. 39.

16 *Astyanacta bibes*] Id est, ut aiunt Interpretes: Novum vinum bibendum porrigit Euctus in poculis vetustissimis. Notus est senex Priamus, cujus nepos fuit Astyanax Hectoris filius. Hunc versum non intellego. Astyanacta enim pro vino novo sumi, mente assequi nequeo. Videat lector.

## VII.

## IN CINNAM.

Hoc agere est causas, hoc dicere, Cinna, diserte,

Horis, Cinna, decem dicere verba novem ?

Sed modo clepsydras ingenti voce petisti

Quatuor : o quantum, Cinna, tacere potes !

O Cinna, proferre novem verba decem horis, an hoc est orare causas, et ornate dicere ? at paulo ante summa voce postulasti quatuor clepsydras : o Cinna, quantum potes silere !

~~~~~

3 Si modo codex Pulmanni.—4 Codd. Vat. et Florent. dicere Cinna potest. Codex Farnabii : O quantum dicere, Cinna, potes ?

NOTÆ

3 Sed modo clepsydras] Quæ erant horis, quatuor adhuc clepsydras a horologia aquaria, de quibus, et de iudicibus petiisti ad dicendum. tempore spatio quod metirentur 4 Quantum, Cinna, tacere potes] Hoc singulæ clepsydræ, diximus lib. VI. est, adeo lente verba profers, ut potius silere quam loqui videaris. Epig. 35. Sensus est : O Cinna, cum nondum orationem absolvisses decem

VIII.

AD JANUM DE REDITU CÆSARIS.

PRINCIPIUM des, Jane, licet velocibus annis,

Et revoces vultu sæcula longa tuo :

Te primum pia thura rogent, te voce saluent ;

Purpura te felix, te colat omnis honos :

O Jane, quamvis des initium annis fugacibus, et tuo vultu reducas longa sæcula : pia thura primum supplicent tibi, et vota fiant tibi : et beata purpura, et

~~~~~

Ad Janum inscribitur in Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. &c. —2 Et renoves codex Pulmanni. sæcula multa in codice Florent.—3 Codex Florent. pia turba rogent ; i. e. populus, plebs : ut infra Epig. 15. Nisi velimus per piam turbam notare sacerdotes, quod non ita absurdum. te vota ; salutet Purpura codex Pulmanni.

## NOTÆ

1 Principium des] Vide Epig. 2. servat, ad alios Deos supplicibus aditum patefaciat, hac de causa, inquit supra. Ovid. Fast. I. primum Jano supplicabant antiqui.  
2 Et revoces] Alii, renoves vultu tuo ; hoc est, tuis calendis, a quibus annus ducit initium.  
3 Te primum] Ut Janus, qui limina  
4 Purpura] Hoc est, purpurati consules, qui mense Januario fascis su-

Tu tamen hoc mavis, Latiae quod contigit urbi, 5  
 Mense tuo reducem, Jane, videre Deum.

*omnis dignitas veneretur te: nihilominus magis hoc tibi placet, quod accidit urbi Latiae, spectare Deum reversum mense tuo.*

## NOTE

mebant. Ovid. Fast. 1. 'Jamque novi 5 *Hoc mavis*] Domitiauum nempe  
 praerunt fascies; nova purpura ful- reducem videre, quam coli ab omni-  
 get,' &c. bus magistratibus mense Januario  
*Omnis honos*] Hoc est, quilibet ma- tibi dedicato.  
 gistratus.

## IX.

## AD QUINTUM DE HYLÄ.

SOLVERE dodrantem nuper tibi, Quinte, volebat  
 Lippus Hylas: luscus vult dare dimidium.  
 Accipe quamprimum: brevis est occasio lucri.  
 Si fuerit caecus, nil tibi solvet Hylas.

*O Quinte, nuper Hylas lippicus volebat tibi solvere novem uncias: captus uno oculo vult dare sex. Accipe statim: occasio quaestus facienda brevis est. Si Hylas excacatus fuerit, nihil tibi solvet.*

*Ad Quintum* inscriptio est in edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman Lang. Plant. Junian. &c.

## NOTE

1 *Solvere dodrantem*] Hoc est, novem uncias: plerumque summa credita, sicut haereditas, dividitur in duodecim uncias, quae assem efficiunt: hic vero Hylas debitor cum lippiret, novem tantum uncias propter huic morbum Quinto suo creditori solvere volebat; mox amisso uno oculo, sextantum reddere voluit, quas breviter accipiendas festive monet Poeta, ne Hyla caeco facto solidum assem perderet Quintus.

## X.

## DE BASSO.

EMIT lacernas millibus decem Bassus  
 Tyrias coloris optimi: lucrificet.  
 Adeo bene emit? inquis: immo non solvit.

*Bassus mercatus est decem millibus lacernas Tyrias optimi coloris; lucratus est. Adeone vili pretio mercatus est? immo non solvit.*

3 Alii legunt: *immo non solvet.*

## NOTE

1 *Millibus decem*] Sestertium scilicet. De lacernis, quae togis superinduerentur ad arcenda frigora, saepius dictum supra. 3 *Immo non solvit*] Vel quod solvendo non esset, vel quod illas lacernas forte suffuratus esset Bassus.

## XI.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

PERVENISSE tuam jam te scit Rhenus in urbem :

Nam populi voces audit et ille tui.

Sarmaticas etiam gentes, Istrumque, Getasque

Lætitiæ clamor terruit ipse novæ.

Dum te longa sacro venerantur gaudia Circo,

5

Nemo quater missos currere sensit equos.

Nullum Roma ducem, nec te sic, Cæsar, amavit :

Te quoque jam non plus, ut velit ipsa, potest.

*Rhenus jam novit te rediisse in tuam urbem : nam et ille audit acclamationes tui populi. Clamor ipse novi gaudii terrefecit gentes Sarmaticas, et Danubium, et Getas. Dum applausus diuturni colunt te sacro circo, nullus sensit currere equos quater emissos. O Cæsar, Roma nullum imperatorem sic dilexit, nec te ipsum antea. Jam etiam nequit amare te magis, licet ipsa cupiat.*

6 Beverlandi Ms. *sentit equos.*—7 Gruterus malebat *nisi te sic.* Raderus tamen pro recepta stat ; quem vide in Var. Notis. Ant. de Rooy proposuit : *Ullum Roma ducem, nec te sic, Cæsar, amavit ?* vel : *Ullum Roma ducem, ceu te, sic, Cæsar, amavit ?* vel denique : *Nullum Roma ducem, ceu te, sic, Cæsar, amavit.*

## NOTE

1 *Rhenus*] Hoc est, Rheni accolæ.

*Tuam urbem*] Quia magnificis operibus fuerat a Domitiano exornata, et quasi denuo exstructa Roma.

3 *Sarmaticas*] De quibus supra.

5 *Longa gaudia*] Interpretor applausus diuturnos, qui nempe, inquit Raderus, ad duas aliquando horas durarent.

6 *Nemo quater*] Adeo omnes ad te unum intenti sunt, ut e carceribus

emitti currus non animadvertant.

7 *Nec te sic*] Hoc est, nec te ipsum tantum olim, quantum nunc amavit ; nec plus amare potest. Argute quidem concludit, sed parum vere. Occisum enim Domitianum populus indifferenter tulit, Senatus vero valde lætatus est. Suetonius in Domit. cap. 23. Legunt alii : *Nullum Roma ducem nisi te, sic, Cæsar, amavit.*

## XII.

AD PRISCUM.

UXOREM quare locupletem ducere nolim,

Quæritis ? uxori nubere nolo meæ.

*Rogatis cur nolim ducere uxorem locupletem ? nolo nubere uxori meæ. O Prisce,*

## NOTE

2 *Nubere*] Quod proprium est fœbilis nihil est quam fœmina dives, minarum, hoc est, nolo servire meæ &c. uxori. Juvenalis Sat. vi. ' Intolera-

*Delph. et Var. Clas.**Martial.*

Inferior matrona suo sit, Prisce, marito :  
Non aliter fuerint fœmina virque pares.

*matrona sit inferior suo viro : vir et uxor aliter non fuerint æquales.*

4 *Non aliter funt* in codicibus Farnabii, scilicet Bodl. et Oxon. et sic in Junt. et Colin.

## NOTE

4 *Non fuerint*] Alii, *non funt*, concordēs nempe : ubi enim uxor par est marito, jam impar est conjugium ; uxoris quippe est parere, mariti vero imperare.

## XIII.

## AD GARGILIANUM.

MORIO dictus erat : viginti millibus emi.  
Redde mihi nummos, Gargiliane : sapit.

*Stolidus habitus erat : mercatus sum illum viginti millibus. O Gargiliane, restitue mihi nummos ; sapiens est.*

Hic nulla est lectionis varietas in libris calamo exaratis vel typis impressis.

## NOTE

1 *Morio*] Illi dicebantur moriones, qui naturali stoliditate risum excitabant. Vide lib. xiv. Epig. 210.

## XIV.

## IN CRUDELEM AMICUM.

PALLIDA ne Cilicum timeant pomaria brumam,  
Mordeat et tenerum fortior aura nemus :  
Hybernis objecta notis specularia puros  
Admittunt soles, et sine fœce diem.

*Ne pallida pomaria Cilicum metuant hyemem, et ventus vehementior urat nemus tenerum : specularia opposita notis hyemalibus excipiunt soles nitidos, et lucem se-*

4 In quibusdam libris : *et sine sole diem.* Cetera, nulla est varietas in hoc Epigrammate.

## NOTE

1 *Pallida*] Ob hyemem qua pallescunt folia, immo et decidunt.

*Cilicum pomaria*] Intellige arbores e Cilicia translatas ; quas summa cura colebat ille amicus.

2 *Tenerum nemus*] Succrescentes surculos interpretare.

3 *Specularia*] Quibus tegebantur arbores adversus ventos : specularia autem intellige lapides pellucidos, quibus, ut hodie nos vitro, sic vitri instar utebantur Romani.

4 *Et sine fœce*] Hoc est, sine nive, pluvia, et pulvere.



At mihi cella datur, non tota clausa fenestra,  
 In qua nec Boreas ipse manere velit.  
 Sic habitare jubes veterem crudelis amicum?  
 Arboris ergo tuæ tutior hospes ero.

5

*renam. Sed cella mihi conceditur fenestra non clausa ex omni parte, in qua nec Aquilo velit habitare. O inhumane, an imperas sic habitare antiquum amicum? igitur securius diversabor apud tuam arborem.*

## NOTE

6 *In qua nec Boreas]* Tam frigidum, inquit, mihi cubiculum dedisti, ut nec Boreas ventorum frigidissimus in eo habitare sustineat. 8 *Arboris ergo]* Undequaque enim tectæ et munitæ erant arbores adversus frigus.

## XV.

## AD DOMITIANUM.

Dum nova Pannonici narratur gloria belli,  
 Omnis et ad reducem dum litat ara Jovem;  
 Dat populus, dat gratus eques, dat thura senatus,  
 Et ditant Latias tertia dona tribus.

*Dum novum decus belli Pannonici celebratur, et dum fiunt sacrificia in omnibus templis pro Jove reverso; populus, eques memor, et senatus incendunt thura, et munera tertia locupletant tribus Latias; Roma celebrabit etiam hos secretos tri-*

1 Codex Pulmanni: *numeratur gloria belli*; et sic legit Schrevel. In Palatius codice: *narratur roriga belli*. Hinc Scriverius conj. *lorca pro laurea*. Rutgersius divinabat *raurica*, non damnans tamen Scriverii conjecturam. Ant. de Rooy proposuit, *adorea*. Vide Fest. in 'Adorea,' ibique Scalig.— 4 *Et litant Latia* codd. Vat. et Florent. *Et dicant Latia* legendum censet Theodorus Marcilius. *Et dicant Latia tres tria dona* D'Orleans; quem vide in Var. Notis. *Et ditant Latias* in edd. vett. *Et ditant Latia* codex Pul-

## NOTE

1 *Pannonici]* Hoc est, Sarmatici; licet Pannonia sit regio alia a Sarmatia, de quibus vide Cluverium: tamen, ut arbitror, Pannoniam sumit Poëta pro Sarmatia. Suet. in Domit. cap. 6. 'De Cattis Dacisque post varia prælia duplicem triumphum egit: de Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit.' De qua laurea hic loquitur Poëta.

*Narratur]* Alii, *numeratur*.

4 *Et ditant Latias]* Bis jam de Cat-

tis et Dacis triumphaverat Domitianus, atque ita jam bis populo dona distribuerat; jam vero, victoria de Sarmatis reportata, tertio munere populum donavit, illum quippe convivio excepit. Vide Epig. 50. infra. Georgius Merula legit: *Et libant Latia tertia dona tribus*, hoc est, inquit, urbes, et oppida quæ habent jus Latii jam tertio sacrificant pro tertia victoria de Sarmatis relata. Videat lector.

Hos quoque secretos memorabit Roma triumphos,      5  
 Nec minor ista tuæ laurea pacis erit:  
 Quod tibi de sancta credis pietate tuorum.  
 Principis est virtus maxima, nosse suos.

*trumphos, nec ista laurea pacis a te concessæ minor erit. Quid tu censes de sancta pietate tuorum civium? maxima est virtus Imperatoris cognoscere suos.*

//////////

manni. Vide Notam infra.—5 Beverlandi Ms. *memoravit.*—6 In eodem: *pacis erat.*

NOTÆ

5 *Hos quoque*] Justum de Sarmatis triumphum agere noluit Domitianus, sed lauream tantum retulit, quam vocat Poëta triumphum secretum: porro celebrem fore dicit, concessa nempe perdomitis gentibus pace.

7 *Pietate tuorum*] Hoc est, quid sentis de populi pietate erga te?

8 *Nosse suos*] Hoc est, suorum civium animos perspectos habere: etenim odioso principi intimos animi sensus nemo aperit.

XVI.

IN CIPERUM.

PISTOR qui fueras diu, Cipere,  
 Nunc causas agis, et ducena quæris:  
 Sed consumis, et usque mutuaris.  
 A pistore, Cipere, non recedis,  
 Et panem facis, et facis farinam.      5

*O Cipere, qui fueras pistor diu, nunc dicis causas, et quæris ducenta: at dissipas, et semper accipis mutuo. O Cipere, non mutas mores pistoris, et facis panem, et facis farinam.*

//////////

2 In edd. vett. *et ducenta*: codex Pulmanni: *et ducena.*—5 Codd. Vat. et Florent. *et facis rapinam.*

NOTE

2 *Et ducena [ducenta]* Alii, *ducena*, sestertia scilicet, seu ducenta millia sestertium: hoc est, vis locupletari in causis agendis.

5 *Et panem facis*] Sic hunc locum explicat Domitius. Facere panem, inquit, et facere farinam dicitur pistor, qui pinsit far, et coquit panem et farinam. Facere item panem et farinam dicitur, qui liberalitate, aut prodigalitate sua aliis panem et farinam subministrat: cum igitur Cipe-

rus nunc multos pascat prodigalitate sua, æque pistor videtur, ac olim erat, cum panem et farinam faceret. Farnabius vero sic explicat: In pistrino, farinam pinsebas, deinde panem conficiebas, e cujus pretio rursus farinam comparasti, atque adeo in circulum laborans, vivebas in diem: ita hic quæris, deinde consumis, rursus mutuaris, &c. *Et panem facis*, id est, decoquis, inquit Heraldus.

## XVII.

## AD SEXTUM.

Egi, Sexte, tuam, pactus duo millia, causam.

Misisti nummos quot mihi? mille: quid est?

Narrasti nihil, inquis, et a te prodita causa est:

Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

*O Sexte, constituta mercede duorum millium dixi tuam causam; quot nummos misisti mihi? mille: quid est? nihil dixisti, ais, et prodidisti causam: O Sexte, tanto plus debes, quod puduit me.*

2 *Misisti nummos quod codex Pulmanni. mille quidem Beverlandi Ms. 'Forte quid id? præsertim cum et sequens versus finiatur voce est. Ita eleganter interdum τὸ id subjungitur τῷ quid, vel quicquid. Supra lib. III. Epig. 1. 'Hoc tibi, quicquid id est, longinquis mittit ab oris.' Virg. Æn. II. 49. 'Quicquid id est, timeo Danaos, et dona ferentes.' Ovid. Trist. IV. 10. 7. 'Si quid id est, usque a proavis vetus ordinis hæres.' Atque eodem modo infra Epig. 71. malim: 'Libra fuit quinto Septitiana: quid id?' quid est? ibi legit Scrivenerius, pro vulgato quidem; quod miror defendi a Gronovio: quodsi enim subaudias, quæ intelligenda reliquisse Poëtam statuit vir magnus, abrupta nimis oratio videtur.' Ant. de Rooy.—3 Beverlandi Ms. et codex Pulmanni: prodita causa est. in edd. vett. perdita causa est. Vide nos ad Tibull. III. 1. 11. et III. 3. 9.*

## NOTÆ

3 *Narrasti nihil]* Hoc est, male intelligunt.  
causam egisti.

4 *Tanto plus]* Nam si vicissem,

*A te prodita]* Alii, *perdita:* placet prior lectio; nec enim prævaricatores tantum causam produunt, sed et ii qui causam agendam suscipiunt, quam non

laus mihi præmii loco fuisset, at in solatium famæ amissæ majorem mercedem præstare debes: facta prorsus est hæc ratio.

## XVIII.

## AD CIRINIUM.

Si tua, Cirini, promas Epigrammata vulgo,

Vel mecum possis, vel prior ipse legi:

Sed tibi tantus inest veteris respectus amici,

Carior ut mea sit, quam tua fama tibi.

*O Cirini, sic edas in lucem tua Epigrammata, ut possis legi mecum, aut prior: at habes tantam rationem antiqui amici, ut plus ames meam existimationem quam*

1 *Sic tua* in edd. vett. *Si tua* codd. Bodl. Oxon. et Gruteri.—2 *Ut mecum*

## NOTÆ

2 *Vel [Ut]mecum]* Hoc est, ut tua Epigrammata aut cum meis legantur, aut illis anteponantur.

3 *Sed tibi tantus]* Sincere loqui videtur Poëta, cum Circinium Virgilio comparet, qui volens quidem potuisset

Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci, 5  
 Pindaricos nosset cum superare modos :  
 Et Vario cessit Romani laude cothurni,  
 Cum posset Tragico fortius ore loqui.  
 Aurum, et opes, et rura frequens donabit amicus :  
 Qui velit ingenio cedere, rarus erit. 10

*tuam. Sic nec Virgilius aggressus est versus Horatii Calabri, cum posset vincere modos Pindaricos: et cessit Vario laudem cothurni Romani, cum posset ore Tragico loqui vehementius. Multi amici dabunt aurum, et divitias, et agros: pauci erunt qui velint inferiores esse ingenio.*

edd. vett. *Vel mecum* in codd. Gruteri, Farnabii, et Thuan.—6 *Pindaricos posset* Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. et Delph. *Pindaricos nosset* codex Pulmanni.

## NOTE

versus Lyricos scribere: attamen 6 *Pindaricos*] Pindarus Poëta Græcus Raderus et Domitius censent per ironiam illum loqui, cum concludat vix inveniri posse eum qui ingenio cedat. 7 *Et Vario*] Quem Epicum fuisse colligere est ex Horatio 1. Od. 6.

5 *Calabri Flacci*] Venusia enim Horatii patria urbs est in finibus Calabriae. cum tamen in Tragædia excelluisse illum intelligat Martialis.

## XIX.

## DE CINNA.

PAUPER videri vult Cinna; et est pauper.

*Cinna cupit videri egenus, et est egenus.*

In hoc Epigrammate nihil variant exemplaria.

## NOTE

1 *Pauper*] Hic Cinna suam inopiam ostentans volebat videri divitias dissimulare: at vero ostendit Poëta nihil opus esse simulatione, cum re vera pauper sit.

## XX.

## AD VARUM.

CUM facias versus nulla non luce ducentos,  
 Vare, nihil recitas: non sapis, atque sapis.

*O Vare, cum quotidie condas ducenta carmina, nihil recitas; insipiens es, et suspiens.*

1 Edd. vett. *luce ducentos*: codex Pulmanni: *luce ducentos*.—2 Beverlandi Ms. *non sapis, inno sapis*.

## NOTÆ

2 *Non sapis*] Inepti enim est tot tam celeriter factos non recitaret. versus effundere, et frustra laborare: Vide Horatium de Arte Poëtica. attamen sapiebat Varus, qui versus

## XXI.

AD LUCIFERUM, VEL, IN ADVENTUM CÆSARIS.

PHOSPHORE, redde diem: quid gaudia nostra moraris?  
 Cæsare venturo, Phosphore, redde diem.  
 Roma rogat: placidi numquid te pigra Bootæ  
 Plaustra vehunt, lento quod nimis igne venis?  
 Ledæo poteras abducere Cyllaron astro: 5  
 Ipse suo cedit nunc tibi Castor equo.  
 Quid cupidum Titana tenes? jam Xanthus et Æthon  
 Frena volunt: vigilat Memnonis alma parens.  
 Tarda tamen nitidæ non cedunt sidera luci,  
 Et cupit Ausonium Luna videre ducem. 10

O *Lucifer, restitue lucem: quid offers moram nostræ latitiæ? Cæsare venturo, o Lucifer, restitue lucem. Roma obsecrat. An tardi currus segnis Bootæ vehunt te, quod accedis flamma nimis lenta? Poteras abripere Cyllaron astro Ledæo: ipse Castor nunc commodabit tibi suum equum. Quid retardus properantem solem? Jam Xanthus et Æthon appetunt habenas: alma mater Memnonis excubat. Nihilominus enta sidera non dant locum luci splendidæ, et Luna vult spectare Imperatorem Ro-*

*Ad Luciferum in edd. vett. Ad Luciferum de Cæsare codex Pulmanni.—5 Codex Pulmanni exhibet: addere Cyllaron: alii legunt: adducere Cyllaron.—6 In codice Pulmanni: tunc tibi Castor.—10 Ausoniam . . . . . lucem in*

## NOTÆ

1 *Phosphore*] Pridie quam in urbem ex Septemtrione rediret Cæsar, ad sidera orationem convertit Poëta, ut noctem præcipitent: tantum enim esse videndi Domitiani desiderium, ut nox longissima videatur. Phosphorus est Veneris stella, quæ ante solis ortum Lucifer, post solis vero occasum Vesper dicitur.

*Gaudia nostra*] Cæsarem Domitianum.

3 *Roma rogat*] Ut diem subito recedat.

*Pigra Bootæ*] Bootes, Latine, bu-

bulcus, tarde movetur, quia Polo vicinus, de quo lib. iv. Epig. 3.

5 *Abducere Cyllaron*] In cælum translatus est Cyllarus equus Castoris. Ledæum astrum intellige Castorem et Pollucem.

7 *Xanthus et Æthon*] Scilicet equi solis. Ovid. Met. 11. quatuor solis equos numerat, nec Xanthum nominat, quem forte sic Martialis vocat, quod sol flavus sit.

8 *Memnonis alma parens*] Aurora, cujus historia nota.

Jam, Cæsar, vel nocte veni: stent astra licebit,  
Non deerit populo te veniente dies.

*manum. O Cæsar, jam veni vel mediâ nocte: esto astra remaneant, lux non deerit populo te accedente.*

codice Florentino. *Ausonium Roma videre ducem* in Thuan.—11 Edd. vett. *sint astra licebit.* In codice Pulmanni: *stent astra licebit.* ‘Hoc in uno Junii codice repertum: cum in ceteris, et editum legeretur: *sint astra.* Satin’ Latine? inquit Colerus; at lego, *stent*; aliter non video quomodo stare possit Martialis. Dein Gruterus: Ita bene Anglicanus Junii; nec dubitavi inferre contextui, quamvis starent a vulg. Palatini alii, haberentque, *sint astra*: quoniam alterum illud se statim approbare posses omnibus, velut sol Eoa modo lotus aqua, ipso exortu. Eant nunc magni homines, et contemnunt minutias, easque dicant pædagogicas esse. Me vero non pædagogus aliquis, sed Romani docuerunt, sic se solitos loqui, ‘sol est,’ ‘luna est,’ ‘astra sunt,’ ‘imber est:’ quod genus hic tam mirum visum est. Ovidius Fast. 11. ‘Luna fuit, spectant juvenem, gladiosque recondunt.’ Suetonius Julio cap. 57. ‘In agmine, nonnunquam equo, sæpius pedibus, anteibat, capite detecto, sen sol, seu imber esset.’ Noster lib. XIV. Epig. 28. ‘Sit licet et ventus, te tua vela tegent.’ Ergo maueat, nec moveatur: ‘*sint astra, licebit.*’ Gronovius.

## NOTÆ

11 *Stent [sint] astra*] Alii, *stent*, quæ nolunt diei locum cedere, ut et ipsa ingredientem in urbem Domitianum videant.

12 *Non deerit*] Ubicumque enim

es, o Domitiane, dies est; tu enim sol es Romanorum: licet astra stent adhuc, media tamen nocte perinde ac die videberis.

## XXII.

## IN GALLICUM.

INVITAS ad aprum; ponis mihi, Gallice, porcum.  
Hybrida sum, si das, Gallice, verba mihi.

*Vocas ad aprum, o Gallice, apponis mihi porcum. O Gallice, sum hybrida, si circumvenis me.*

Alii legunt: *Hybrida sim, si das, &c.* Vide Var. Notas.

## NOTÆ

2 *Hybrida*] Quodcumque animal est ex fero et mansueto natum: transfertur etiam ad eos homines qui ex diversa conditione procreati sunt, ut si quis ex matre libera et patre servo, vel ex patre Romano et matre peregrina natus sit. Vide lib. VI. Epig.

39. Sensus est: Re vera ego essem hybrida, nisi intelliherem loco apri mihi appositum fuisse porcum: etenim hybrida participans naturam utriusque animalis diversi vix unum ab altero distinguat.

## XXIII.

## AD RUSTICUM.

ESSE tibi videor sævus, nimiumque gulosus,  
 Qui propter cœnam, Rustice, cædo cocum?  
 Si levis ista tibi flagrorum causa videtur,  
 Ex qua vis causa vapulet ergo cocus?

*O Rustice, an nimium crudelis atque helluo videor tibi, qui verbero cocum propter cœnam? Si censeres istam causam flagrorum esse levem, qua igitur de causa placet ut cocus verberetur?*

//////////

In hoc Epigrammate exhibendo nullo modo variant exemplaria.

## NOTÆ

4 *Ex qua vis*] Nisi det pœnas illius, quod deliquit in sua arte.

## XXIV.

## AD CÆSAREM DOMITIANUM.

SI quid forte petam timido gracilique libello,  
 Improba non fuerit si mea charta, dato.  
 Et si non dederis, Cæsar, permitte rogari:  
 Offendunt nunquam thûra precesque Jovem.  
 Qui fingit sacros auro vel marmore vultus, 5  
 Non facit ille Deos: qui rogat, ille facit.

*Si forte rogem aliquid pavidò et tenui libro, concede illud, si nimia non fuerit mea petitio. Si vero non concesseris, o Cæsar, sine rogari te: sacrificia et vota nunquam injuriam faciunt Jovi. Qui format sacros vultus auro vel marmore, ille non constituit numina: ille autem constituit, qui rogat.*

//////////

Neque in hoc quicquam variant aut libri calamo exarati aut typis impressi.

## NOTÆ

2 *Improba charta*] Qua scilicet a te statuas format, ille non facit Deos, peto aliquid: improba autem hoc loco sed qui illos adorat. Sic ego, inquit est insaturabilis, inquit Domitius. Poëta, dum te rogo, o Domitiane, te  
 6 *Qui rogat*] Qui aureas Deorum Deum esse demonstro.



## XXV.

IN OPPIANUM.

VIDISTI semel, Oppiane, tantum  
Ægrum me male : sæpe te videbo.

*Oppiane, semel tantum spectasti me valde ægrotantem; crebro videbo te ægrum.*

Et hic nulla est lectionis varietas in membranis aut excisis exemplaribus.

## NOTÆ

1 *Oppiane*] Cujus meminit lib. vii. laborantem videris, quanto magis  
Epig. 3. et lib. vi. Epig. 42. qui semper mali erat coloris. Sensus est :  
ego lætabor, qui te semper ægrum  
videbo!  
Si lætaris quod me semel gravi morbo

## XXVI.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

NON tot in Eois timuit Gangeticus arvis  
Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo,  
Quot tua Roma novas vidit, Germanice, tigres ;  
Delicias potuit nec numerare suas.  
Vincit Erythræos tua, Cæsar, arena triumphos, 5  
Et victoris opes divitiasque Dei.  
Nam cum captivos ageret sub curribus Indos,  
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

*Indus raptor, qui pallidus fugit in equo Hyrcano, non metuit tot tigres in agris orientis, quot insolitas spectavit tua Roma; nec potuit numerare sua delectamenta. O Cæsar, tua arena superavit Erythræos triumphos, atque opes et divitias Dei victoris. Bacchus enim contentus erat gemina tigride, cum sub curribus duceret Indos devictos.*

1 *Gangeticus arvis* Beverlandi Ms.—2 *Raptor et Hyrcano* conj. Farnabius.  
—5 *Vicit Erythræos* in edd. vett.

## NOTÆ

1 *Gangeticus Raptor*] Venator nempe in India, ubi fluvius Ganges, præ timore pallidus raptis tigridis catulis fugit. Vide Plinium lib. viii. cap. 18. et Valerium Flaccum lib. i.

2 *In Hyrcano equo*] Hoc est, celeri: sic enim Hyrcanum equum intelligere videtur Poëta: Hyrcania vero Asiæ regio, ubi etiam tigres ferocissimæ.

4 *Nec numerare*] His verbis significat multas in arena tigres fuisse exhibitas.

5 *Vincit Erythræos*] Quos egit Bacchus delittoribus Rubri seu Erythraï maris, atque ex Indis subactis: ille enim gemina tantum tigride invectus triumphavit: tu vero, o Domitiane, plures populo spectandas exhibuisti.

NOTÆ

7 *Ageret sub curribus*] Captivi no-  
biles curribus vehebantur, ceteri ca-  
tenis vincti catervatim præbant.

XXVII.

AD GAURUM.

MUNERA qui tibi dat locupleti, Gaure, senique,  
Si sapis, et sentis, hic tibi ait: Morere.

O Gaure, qui largitur dona tibi diviti et seni, si sapiens et sagax es, hic dicit  
tibi, Morere.

Nihil variant exemplaria scripta aut excusa in hoc Epigrammate.

NOTÆ

2 *Morere*] Hi enim testamentorum nihil aliud cupere quam ut senes illi  
captatores, cum munera divitibus se- morentur, ut in eorum bona succe-  
nibus et orbis mitterent, significabant derent. Vide lib. vi. Epig. 63.

XXVIII.

DE PARTHENIANA TOGA.

DIC toga facundi gratum mihi munus amici,  
Esse velis cujus fama decusque gregis?

Apula Ledæi tibi floruit herba Phalanti,  
Qua saturat Calabris culta Galesus aquis?

An Tartessiacus stabuli nutritor Iberi 5  
Bætis in Hesperia te quoque lavit ove?

O toga, jucundum donum amici disertis, loquere, cujus gregis fama et gloria esse  
velis? An herba Apula Phalanti Lacedæmonii floruit tibi, qua Galesus irrigat  
cultos agros undis Calabris? An Tartessiacus Bætis nutritor ovium Hispania la-

4 Gronovius ex codd. legit: *Calabri culta*, i. e. agricolæ Calabri.—5 *Tar-*  
*pesiacus* codd. Vat. et Florent.—6 Codex Palatinus habuit: *te quoque lanitone*;  
unde Rutgersius optime et ingeniose restituit: *te quoque lavit ove*. Antea

NOTÆ

1 *Dic toga*] Togam interrogat, quo Epig. 38. Galesus fluvius Tarentum  
nempe lanarum genere sit contexta. irrigat.

3 *Apula Ledæi*] Enumerat varia la- 5 *An Tartessiacus*] Bætis Hispaniæ  
narum genera. In Apulia est Taren- fluvius, hodie, *Guadalquivir*, qui et  
tum conditum a Phalanto Ledæo seu Tartessus a Strabone appellatur.

Lacedæmonio, sic dicto a Leda La- *Stabuli Iberi*] Hoc est, ovium His-  
cedæmonia; lana vero Tarentina panarum, quæ nempe pascuntur ad  
summo fuit in pretio. Vide lib. v. Iberum.

An tua multifidum numeravit lana Timavum,  
 Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit?  
 Te nec Amyclæo decuit vivere veneno,  
 Nec Miletus erat vellere digna tuo. 10  
 Lilia tu vincis, nec adhuc delapsa ligustra,  
 Et Tiburtino monte quod albet ebur.  
 Spartanus tibi cedit olor, Paphiæque columbæ;  
 Cedet Erythræis eruta gemma vadis.  
 Sed licet hæc primis nivibus sint æmula dona, 15  
 Non sunt Parthenio candidiora suo.  
 Non ego prætulerim Babylonica picta superbe  
 Texta, Semiramia quæ variantur acu.

*vit te etiam in unda Hispana? An tua lana numeravit multa ostia Timari, in quo prius bibit Cyllarus ore astrifero? Nec convenit insci te veneno Amyclæo: nec Miletus digna erat tuo vellere. Tu candore superas lilia, et ligustra nondum jacentia, et ebur quod candet monte Tiburtino. Olor Spartanus, et Paphiæ columbæ dabunt tibi primas: gemma extracta rubro mari dabit tibi primas. At quamvis hæc munera æmulentur intactas nives, non sunt candidiora suo Parthenio. Ego non anteposuerim texta Babylonica magnifice picta, quæ distinguuntur acu Semira-*

erat: *lurid aqua; neque e mente nec arte Poëtæ, cum distichon superius etiam clausum fuerit aquis.*—7 *At tua* Beverlandi Ms.—8 *Quem pius codex Pulmanni; forte ex nota contractione pius, pro prius.*—12 Beverlandi Ms. *quod alget ebur; et sic in Vaticano.*—17 *Babylonia picta superbæ codex Pulmanni. Gronovius legendum censet: Babylonos picta superbæ Texta, &c. quia in cod. suo erat Babylonos. Gronovii hanc conj. firmat vetustus fratrum Puteanorum liber, quem citat Dan. Heins. ad Claud. iv. Cons. Honor. 652.*

## NOTÆ

7 *Multifidum*] Timavus fons multis ostiis illabitur in mare. Vide lib. iv. Epig. 25. ubi et de Cyllaro Castoris equo diximus, et Epig. 21. supra.

9 *Amyclæo veneno*] Amyclæum venenum alii existimant esse colorem viridem, alii vero purpureum. Amyclæ civitas est Laconicæ: Miletus autem Ionicæ in Asia minore, ubi lana summo fuit in pretio.

11 *Ligustra*] Flores eximii candoris. Virgilius Eclog. 11. 'Alba ligustra cadunt.'

12 *Et Tiburtino*] Vide lib. iv. Epig. 62. Cælum enim Tiburtinum utpote frigidum ebori candefaciendo inserviebat.

13 *Spartanus olor*] Cynnum intellige

candidissimum, ejus formam induit Jupiter cum Ledam Spartanam compressit.

*Paphiæque*] Veneri scilicet dicatæ, sic dicatæ ab insula Papho, ubi colebatur.

14 *Erythræis*] Vide Plinium Juniores lib. ix. Epist. 33. In Mari Rubro nobilissimæ nascuntur margaritæ. Lib. v. Epig. 38.

16 *Parthenio*] De quo lib. iv. Epig. 45. *Candidiora* refer ad animum Parthenii sincerum.

17 *Babylonica*] Alii, *Babylonis*. Plinius refert lib. viii. cap. 48. varios picturæ colores quos vestibibus intexebant Babylonii.

18 *Semiramia acu*] Hoc est, Baby-

Non Athamanteo potius me mirer in auro,  
 Æolium dones si mihi, Phryxe, pecus. 20  
 O quantos risus pariter spectata movebit  
 Trita Palatina nostra lacerna toga!

*mia. Non mihi plus placeam in auro Athamanteo, si mihi des, o Phryxe, vellus Æolium. O quantos risus excitabit nostra lacerna simul visa trita toga Palatina!*

—20 *Phryxe, decus* in quibusdam vett. *Phryxe, pecus* codex Pulmanni.—22 *Trita Palatina vestra* edd. vett. *Cum Palatina nostra* codex Pulmanni et Beverlandi Ms. In codd. Farnabii, aliisque: *Culta Palatina nostra*, &c. nonnulli legunt: *Cum Pallatina*.

## NOTE

lonica; Semiramis enim Babylone jecit mare. De his legendæ historiæ. regnavit. Alii, *Æolium decus*.

19 *Non Athamanteo*] Vestis Phryxi ex aureo vellere confecta non mihi gratior foret: Athamas autem Phryxi pater fuit. Ovid. Met. iv.

20 *Æolium*] Æolus Thebarum rex pater fuit Athamantis, et avus Phryxi. *Æolium pecus* interpretare arietem, quo vectus Phryxus Æoli nepos tra-

22 *Tritu*] Quanto ludibrio ero omnibus, qui me toga nobili ornatum, et trita lacerna superinjecta indutum viderint! His verbis iacernam quoque petit a Parthenio, ut munus sit perfectum. Legunt alii: *Trita Palatina vestra lacerna toga*. Alii: *Cum Pallatina nostra lacerna toga*.

## XXIX.

## DE DISTICHIS.

DISTICHA qui scribit, puto, vult brevitate placere.  
 Quid prodest brevitatis, dic mihi, si liber est?

*Qui componit disticha, opinor, cupit placere brevitate: quid proficit brevitatis, age, si liber componitur?*

Lectionem hujus Epigrammatis non variant libri scripti aut excusi.

## NOTE

1 *Disticha qui*] Superius Epigram- duorum aut plurium versuum Epi- ma paulo longius excusare videtur; grammatibus conficiat. Lib. vi. Epig. cum enim justum volumen scribere 65. velit, perinde esse ait, si illud aut

## XXX.

## DE SPECTACULO SCÆVOLÆ.

QUI nunc Cæsareæ lusus spectatur arenæ,  
 Temporibus Bruti gloria summa fuit.

*Ludi amphitheatri Cæsarei qui nunc videntur, fuere summum decus ævo Bruti.*

Aspicis, ut teneat flammæ, pœnaque fruatur

Fortis, et attonito regnet in igne manus!

Ipse sui spectator adest, et nobile dextræ

5

Funus amat: totis pascitur illa sacris.

Quod nisi rapta foret nolenti pœna, parabat

Sævior in lassos ire sinistra focos.

Scire piget post tale decus, quid fecerit ante:

Quam vidi, satis est hanc mihi nosse manum.

10

*Vides ut manus strenua colibeat flammæ, et triumphet de supplicio, et dominetur in igne stupente! Ipse adest spectator sui, et diligit illustre funus dextræ: illa pascitur toto igne. Quod nisi supplicium ereptum fuisset invito, sinistra ferocior prompta erat immittere se in flammæ ingentes. Post tale decus nolim inquirere, quid fecerit antea: mihi sufficit cognoscere hanc manum quam spectavi.*

8 *Sævior in lassos* in Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. et Delph. *Sævior in lassos* codex Pulmanni et Beverlandi Ms. Hæc verba sæpe permutantur in membranæ. Vive VV. LL. ad lib. IV. Epig. 8.

## NOTÆ

1 *Qui nunc*] Temporibus Domitiani fortiores viros existere quam Bruti sæculo docet Poëta: nam quod olim fortissimus Scævola in re seria, id ipsum nunc per jocum fit. Lib. Spect. Epig. 7. Rei quippe damnati personas agebant Dædali, Orphei, et Laureoli; ita hic fictus Scævola ad exemplum Mucii Scævolæ manum in flammæ immisam combussit. Lib. 1. Epig. 22. 'Dum peteret regem decepta satellite dextra Injecit sacris se peritura focis.'

2 *Temporibus Bruti*] Quibus vixit Scævola. Vide Liv. lib. 11.

*Summa fuit*] Id fuit tunc summa gloria, quod nunc lusus est.

3 *Pœnaque fruatur*] Hoc est, pœnam in suam laudem vertat: sic loquitur Juno apud Senecam in Hercule furente: 'superat et crescit malis, Iraque nostra fruitur,' &c.

5 *Ipse sui*] Ipse fictus Scævola, ad exemplum veri Scævolæ, manum igne comburi spectavit, et delectatus est illo spectaculo.

6 *Totis pascitur*] Hoc est, comburitur toto igne ad sacra faciendæ accenso. Forte melius explices, delectatur toto igne. Quo sensu, ni fallor, verbum pasci usurpatur a Cicerone ad Atticum lib. IV. Epist. 9. 'Ego,' inquit, 'hic pascor bibliotheca Faustii.'

7 *Quod nisi*] Fictum hunc Scævola flammis eripi jussisset Domitianus, ut olim verum Scævola ab igne amoveri imperavit Porsena. Lib. 1. Epig. 22. 'Et raptum flammis jussit abire virum.' Sinistram sane pariter combussisset.

8 *In lassos* [*lassos*] focos] Alii, *lassos*, hoc est, in flammæ victas, et cedentes tantæ virtuti.

9 *Post tale decus*] Post tam egregium facinus: etenim si ob scelus damnatus manum combusserit, summam laudem consecutus est: at vero si libens ejusmodi virtutis suæ specimen spectante Domitiano ediderit, licet colligere, illum antea egregia quoque præstitisse facinora.

## XXXI.

IN DENTONEM.

NESCIO quid de te non belle, Dento, fateris,  
 Conjuge qui ducta jura paterna petis.  
 Sed jam supplicibus dominum lassare libellis  
 Desine, et in patriam serus ab urbe redi.  
 Nam dum tu longe deserta uxore diuque  
 Tres quæris natos, quatuor invenies.

5

O Dento, non decore fateris de te nescio quid, qui ducta uxore petis jura paterna. At jam cessa defatigare Imperatorem supplicibus libellis, et tarde revertere ab urbe in patriam. Dum enim tu quæris tres liberos longe et diu conjuge derelicta, reperies quatuor.

3 Beverlandus ex quodam codice citat: *dominum lassare tabellis*.—5 Jun-  
 tina nostra margini ascriptum habet: *deserta uxore domoque*; et sic est in qui-  
 busdam edd. vett. teste Junio.

## NOTÆ

1 *Nescio quid de te*] Te nempe pa-  
 rum esse virum, vel delectari te turpi  
 libidinis genere. De jure trium libe-  
 rorum egimus lib. II. Epig. 92.

Dento, quem monet Poëta, ut in pa-  
 triam reditum differat, atque ita li-  
 beros ex adulterio uxoris susceptos  
 illum domi reperiturum affirmat.

4 *Serus*] Externus nempe erat

5 *Diuque*] Alii, *domoque*.

## XXXII.

DE COLUMBA ARETULLÆ.

AËRA per tacitum delapsa sedentis in ipsos  
 Fluxit Aretullæ blanda columba sinus.  
 Luserat hoc casus, nisi inobservata maneret,  
 Permissaque diu nollet abire fuga.

*Suavis columba delapsa per aërem placidum decidit in ipsum gremium sedentis  
 Aretullæ. Id factum erat casu, nisi remaneret incustodita, et nollet evolare fuga*

1 *Aëra per vacuum legit* Heins. ad Ovid. Fast. III. 111.—3 *Luserat occasus*  
 Beverlandi Ms. *Casus hic luxus erat* codex Florentinus. *Fluxerat huc casu*  
 scribendum putat Heins. l. c. Crederes casu huc fluxisse. *Lapsa erat huc casu*  
 conj. idem Heinsius. Beverlandus legi jubet: *Casu hic lusus erat*.—4 *Per-*  
*missaque sibi* Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Pulman. Lang. et Delph.  
 et sic etiam legit Heinsius.

## NOTÆ

3 *Luserat*] Id casu factum videba- Aretullæ.  
 tur, nisi ultro mansisset in gremio

Si meliora piæ fas est sperare sorori,  
 Et dominum mundi flectere vota valent;  
 Hæc a Sardois tibi forsitan exulis oris,  
 Fratres reversuro, nuntia venit avis.

5

*sibi concessa. Si licet piæ sorori expectare meliora, et preces possunt exorare dominum orbis; fratre redituro, hæc avis nuntia forte accedit ad te ex Sardinia ubi exulat.*

## NOTÆ

5 *Si meliora*] Hujus Aretullæ frater in Sardinia exulabat, cujus reditum a Domitiano impetraturam se sperabat Aretulla. Poëta autem dicit hanc columbam omen esse fratris ab exilio revocandi: sapius enim aves

ominis causa ultro ad homines advasse scribit Valerius Maximus lib. 1. cap. 4.

7 *Exulis oris*] Ex regionibus fratris tui exulis, hoc est, ex regionibus ubi exulat frater tuus.

## XXXIII.

## AD PAULUM, DE PHIALA.

DE prætoricia folium mihi, Paule, corona  
 Mittis, et hoc phialæ nomen habere jubes.  
 Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum,  
 Pallida quam rubri diluit unda croci.  
 An magis astuti derasa est ungue ministri  
 Bractea, de fulcro (quod reor esse) tuo?

5

*O Paule, mittis ad me folium ex corona prætoris, et vis illud vocari phialam. Nuper pegma fuerat a te perfusum hac nebula, quæ dissoluta est aqua pallida croci rubri. An potius ungue vasri famuli lamina derasa est de tuo fulcro, quod puto con-*

6 *Bractea de puero quam exhibent codd. Vat. et Florent. Bractea de fulcro quam Aldinum exemplar, quod comma habet post verbum ministri præced.*

## NOTÆ

1 *De prætoricia*] Poëta avaritiam Pauli deridet, a quo phialam dono acceperat tam tenuem, ut nullius vel parvi esset pretii. In ludis prætores solebant victoribus dare coronas aureis vel argenteis bracteis insignes, quæ flores et folia exprimerent. Sensus est: Folium seu laminam tenuissimam potius quam phialam misisti mihi.

3 *Hac fuerat*] Sic intelligunt Interpretes. Pegma de quo lib. Spect. Epig. 2. nuper fuerat hac lamina in-

auratum, quam nebulam vocat, hoc est, tenuem instar nebulæ, et quæ diluta seu ablata est croci aspersione, de qua lib. Spect. Epig. 3. *Pallida unda* dicitur hic, quod crocus vino dulci mixtus flavum colorem referret.

6 *De fulcro*] Lecti et eorum fulcra bracteis argenteis erant ornata. Suetonius in Caligula cap. 22. 'Romæ publico epulo servum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit.'



- Illa potest culicem longe sentire volantem,  
 Et minimi penna papilionis agi.  
 Exiguæ volitat suspensa vapore lucernæ,  
 Et leviter fuso rumpitur icta mero. 10  
 Hoc linitur sputo Jani caryota Kalendis,  
 Quam fert cum parvo sordidus asse cliens.  
 Lenta minus gracili crescunt colocasia filo :  
 Plena magis nimio lilia Sole cadunt :  
 Nec vaga tam tenui discursat aranea tela : 15  
 Tam leve nec bombyx pendulus urget opus.  
 Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ :  
 Crassior offensæ bulla tumescit aquæ.  
 Fortior et tortos servat vesica capillos,  
 Et mutat Latias spuma Batava comas. 20

*tigisse? Illa potest sentire volantem culicem procul, et moveri penna minimi papilionis. Suspensa agitur vapore parvæ lucernæ, et tacta leviter rino infuso frangitur. Caryota Calendis Jani involvitur hoc sputo, quæ portatur a sordido cliente cum exiguo asse. Colocasia flexibilia distenduntur filo minus tenui: lilia magis spissa decidunt nimio sole: errans aranea non vagatur tela tam subtili: nec pendulus bombyx incumbit in opus tam tenue. Creta densior hæret vultui vetulæ Fabullæ: bulla aquæ percussæ turgescit crassior. Fascia fortior retinet intortos crines, et*

versu.—10 *Et leviter fusca* Beverlandi Ms.—11 *Hoc leniturus eram puto jam* codd. Vat. et Florent.—12 Codex Pulmanni: *cum parvo sordidus asse cliens.* codex Florentinus: *cum parvo sordidus axe dies.* Verba *cliens (cliens)* et *dies facile* permutantur ob similitudinem literarum *cl* et *d*; et sic etiam *axe* et *asse.* Vide *laxos* et *lassos* supra Epig. 30.—15 *Nec vaga tam tenui discursat* codd. Thuan. Florent. et Pulmanni; et sic etiam legit Huschk. ad Tibull.—17 Codd. Vat. et Florent. habent: *stat cartha Fabullæ.*—19 *Fortior intortos* Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Pulman. Plant. Junian. et Delph. *Fortior et tortos* Beverlandi Ms. quam lect. exhibent Grut. Scriv. et Schrevel.—20

## NOTE

11 *Hoc linitur sputo*] Tenui corio, XXI. cap. 15.

17 *Stat creta*] Qua ad poliendam cutem utebatur Fabulla.

19 *Servat vesica*] Reticulum tenue instar vesicæ, quo retinebantur capilli.

20 *Et mutat Latias*] Hoc est, nec phiala crassior est lixivio, quo Romani ad exemplum Batavorum capillos ilinebant, ut flavescerent.

13 *Colocasia*] Fabæ sunt Ægyptiæ, quæ coctæ instar filorum tenduntur.

Lib. XIII. Epig. 57. et Plinius lib.

Delph. et Var. Clas.

Martial.

2 P

Hac cute Ledæo vestitur pullus in ovo :

Talia lunata splenia fronte sedent.

Quid tibi cum phiala, ligulam cum mittere posses :

Mittere cum posses vel cochleare mihi ?

Magna nimis loquimur, cochleam cum mittere posses : 25

Denique cum posses mittere, Paule, nihil.

*spuma Batava mutat cæsariem Romanam. Pullus in ovo Ledæo induitur hac pelle: splenia hujusmodi hærent lunatæ fronti. Quid tibi cum phiala, cum possis mittere ligulam, aut cum possis mittere ad me cochleare? Prædicamus nimis grandia, cum possis mittere cochleam; tandem, o Paule, cum liceat mittere nihil.*

Codex Florent. *spumaque flava*.—22 *Talia limata* Beverlandi Ms.—25 Codex Pulmanni : *cochlear cum mittere possis*.

NOTE

21 *Hac cute*] Hoc est, ova cyeni habent cutem æque crassam.

22 *Splenia*] Fasciæ sunt, quæ ita in fronte componebantur, ut Lunæ cornua exprimerent. Lib. II. Epig. 29.

23 *Ligulam*] De qua lib. V. Epig. 20. et lib. XIV. Epig. 120. erat gladio-

lus, vel spatula, vel mensura.

24 *Cochleare*] Erat quoque liquidorum mensura, sed minor ligula. Lib. XIV. Epig. 121. Cochlea limacis testa est sane minoris etiam pretii quam cochlear. Melius vero cum Poëta egisset Paulus nihil mittendo, quam phialam tam tenuem.

XXXIV.

IN JACTATOREM.

ARCHETYPUM Myos argentum te dicis habere.

Quod sine te factum est, hoc magis archetypum est.

*Prædicas te habere argentum archetypum Myos: quod factum est sine te, hoc magis archetypum est.*

In hoc Epigrammate non variant codd. aut libri impressi.

NOTE

1 *Archetypum*] Hoc distichum sic explicat Turnebus lib. XXI. cap. 24. Ego, inquit, argutum jocumque Epigrammatis latere puto in vocabulo, *factum est*, hoc sensu: Dicis te habere toreumata argentea operis antiqui, quæ quidem magni ab omnibus olim æstimabantur. Jocans Martialis ait: Tu ista verbosa ostentatione argenti tui et jactatione ventosa multum detrahis pretio, et efficis ut vasa tua convivis molestiæ et tædio sint; adeo

nt argentum factum, id est, vasa, argenti enim facti nomine vasa censentur argentea, si sine te sit, et si absis, magis sit archetypum: id est, pluris censeatur, antiquiusque videatur. Vide Epig. 6. supra.

*Myos*] Cælatoris egregii.

2 *Quod sine te*] Hoc est, inquit Raderus, vasa quæ tu non attigisti nec adulterasti, magis archetypha sunt. Eligat lector.

## XXXV.

IN PESSIMOS CONJUGES.

CUM sitis similes, paresque vita,  
Uxor pessima, pessimus maritus;  
Miror, non bene convenire vobis.

*Cum sitis similes et pares vita, uxor improbissima, vir improbissimus, mirum mihi videtur, vos non concordare.*

Et hic nulla est lectionis varietas in libris calamo exaratis aut typis excusis.

## NOTÆ

3 *Miror non*] Similes enim similibus gaudent.

## XXXVI.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

REGIA pyramidum, Cæsar, miracula ride:  
Jam tacet Eoum barbara Memphis opus.  
Pars quota Parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ?  
Clarius in toto nil videt orbe dies.  
Septenos pariter credas assurgere montes:  
Thessalicum brevior Pelion Ossa tulit.  
Æthera sic intrat, nitidis ut conditus astris  
Inferiore tonet nube serenus apex.

5

*O Cæsar, deride regia miracula pyramidum: Memphis barbara jam silet ædificia exstructa ad Orientem. Opus Ægyptium quota est pars aulæ Palatinæ? Sol nihil spectat splendidius in toto mundo. Putes similiter attolli septem montes. Thessalicus Pelios impositus est Ossæ minori. Fastigium conditum splendidis astris sic subit æthera, ut serenum tonet nube subjecta. Et prius satiatur arcano lumine*

3 Codex Florentinus: *mare auleoticus.*—6 *Thessala cum brevior* in Vaticano.

## NOTÆ

1 *Regia pyramidum*] De quibus diximus lib. Spect. Epig. 1.

2 *Jam tacet*] Tuum enim palatium longe superat has pyramides.

3 *Parrhasiæ aulæ*] Hoc est, aulæ Palatinæ, seu Palatii. Lib. VII. Epig. 55.

*Labor Mareoticus*] Hoc est, Ægyptius, a Mareotide celeberrima Ægypti palude.

5 *Septenos*] Septem palatii turres tam miræ molis et altitudinis affirmat, ut superent Ossam et Pelion Thessaliæ montes, quos congestos in cælum struxisse feruntur gigantes. Ovid. Met. I.

7 *Æthera sic intrat*] Id est, tam altum est hoc palatium, ut nubes altitudine superet, atque ita infra tonet Jupiter.

Et prius arcano satiatur lumine Phœbi,  
 Nascentis Circe quam videt ora patris.  
 Hæc, Auguste, tamen, quæ vertice sidera pulsat,  
 Par domus est cœlo: sed minor est domino.

10

*Phœbi, quam Circe intueatur ora genitoris orientis. Nihilominus, o Auguste, hæc ædes quæ culmine tangunt astra, parcs sunt cœlo; sed sunt angustiores domino.*

## NOTÆ

9 *Et prius arcano*] Hoc est, palatii tuum palatium.  
 apex prius ofunditur lumine solis, 12 *Par domus*] Licet tua domus, o  
 quam cacumen montis Circes, quæ Domitiane, altitudine atque amplitu-  
 solis filia dicta est. Ovid. Met. XIV. dine cœlum æquet, tamen non est  
*Arcano*, quia scilicet prius quam alibi satis ampla, quæ te Deum capere  
 appareat lumen, jam sol illustravit possit.

## XXXVII.

## AD POLYCARMUM.

Quod Caietano reddis, Polycarme, tabellas,  
 Millia te centum num tribuisse putas?  
 Debuit hæc, inquis: tibi habe, Polycarme, tabellas,  
 Et Caietano millia crede duo.

O *Polycarme, an credis te dedisse centum millia Caietano, quod reddis tabulas? Debuit hæc, ais: O Polycarme, serva tibi tabulas, et mutuo da millia tuo Caietano.*



2 *Millia tercentum non* codex Pulmanni. *Millia te centum non* Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Millia te centum num* Plant. Junian. Delph. Grut. Scriv. et Schrevel.—4 Beverlandi Ms. *millia redde duo. Alii crede tuo.*

## NOTÆ

2 *Te centum*] Alii, *tercentum*, millia non est, atque ita licet non reddidisses, pecuniam tamen mutuo datam nempe sestertium. nunquam recuperasses.  
*Num tribuisse*] Alii, *non*, minus bene. 4 *Millia crede*] Rursus pecuniam  
 Sensus est: O Polycarme, creditor da mutuo, sic vere munificus videberis.  
 liberalis haberi nequis, quod nomen, creditæ pecuniæ argumentum, reddideris Caietano, qui nempe solvendo

## XXXVIII.

AD MELIOREM.

QUI præstat pietate pertinaci  
 Sensuro bona liberalitatis,  
 Captet forsitan, aut vicem reposcat.  
 At si quis dare nomini relicto  
 Post Manes tumulumque perseverat, 5  
 Quærit quid, nisi parcius dolere ?  
 Refert sis bonus, an velis videri.  
 Præstas hoc, Melior, sciente fama :  
 Qui solennibus anxius sepulti  
 Nomen non sinis interire Blæsi ; 10  
 Et de munifica profusus arca  
 Ad natalitium diem colendum  
 Scribarum memori piæque turbæ  
 Quod donas, facis ipse Blæsonianum.  
 Hoc longum tibi, vita dum manebit, 15  
 Hoc et post cineres erit tributum.

*Qui constanti pietate donat alicui experturo bona munificentia, forte aucupetur, aut repetat parvam gratiam. Sed si quis post manes et sepulcrum persistat donare nomini superstiti, quid sperat nisi tenere mærorem ? Interest an sis probus, an cupias videri. O Melior, hoc facis, fama renunciante : qui sollicitus non permittis ut diebus solennibus pereat memoria Blæsi sepulti, et quod ex arca liberali munificus largiris gratæ et piæ turbæ scribarum ad celebrandum diem natalitium, ipse tribuis hoc Blæso. Hoc diuturnum reponetur tibi, quamdiu vives, hoc et reponetur post mortem.*

1 Quid præstat Beverlandi Ms.—4 Aut si quis in eodem.—5 In edd. vett. tumulumque perseveret.—15 Hoc longum, tibi vita, &c. in iisdem. vita redonabit Beverlandi Ms.

## NOTE

3 Captet forsitan] Melior duos pueros habuit, Glauciam et Blæsum, et utrumque mortuum luxit. Lib. vi. Epig. 28. et 29. At vero, inquit Poëta, qui munera confert in vivos, aut ab iis majora sperat, aut eorum hæreditatem captat.

4 Nomini relicto] Hoc est, mortuo amico si quis officia pietatis præstat, nihil aliud nisi suo dolori lenimen quærit. Vide Plin. Jun. lib. i. Epist. 17. de iis qui defunctorum amicorum memoriam colunt.

8 Præstas hoc] Id est, te probe geris, non ut probus videaris, sed quia sic faciendum existimas.

9 Qui solennibus] Hoc est, qui natalitium diem Blæsi celebrabras.

13 Scribarum memori] Quia et Blæsus fuerat scriba.

14 Facis ipse Blæsonianum] Hoc est, nullam gratiam expectas ; sed quod donas, id omne Blæso tribuis.

15 Hoc longum] Quamdiu vives, immo et mortuus, ex tanta pietate gloriam et famam consequeris.

## XXXIX.

AD DOMITIANUM.

QUI Palatinæ caperet convivia mensæ,  
 Ambrosiasque dapes, non erat ante locus.  
 Hic haurire decet sacrum, Germanice, nectar,  
 Et Ganymedea pocula mixta manu.  
 Esse velis, oro, serus conviva Tonantis.  
 At tu si properas, Jupiter; ipse veni.

5

*Antea non erat locus qui contineret convivia atque ambrosias epulas mensæ Palatinæ. O Germanice, fas est hic bibere sacrum nectar, et pocula porrecta manu Ganymedea. Lubeat, quæso, tarde convivari cum Tonante: sed si tu festinas, o Jupiter, ipse veni.*

1 *Quique Palatinæ* exhibet codex Florentinus. *Qui Pallatinæ* Ald. Junt. Colin. &c.—3 *Hic haurire licet* Ed. Delph. Notæ præfixum habet, quamvis in textu, *decet*.

## NOTÆ

3 *Hic haurire decet*] Nempe in tuo palatio: Epig. 36. supra. 5 *Esse velis*] Tarde adeas cœlum, seu diu vivas.

4 *Et Ganymedea*] Hoc est, haurire pocula quæ a tuis pueris formoso Ganymedi similibus porriguntur. 6 *At tu si*] O Jupiter, si tanto Domitiani desiderio tenearis, descende in terras, ut cum illo conviveris.

## XL.

AD PRIAPUM.

NON horti, neque palmitis beati,  
 Sed rari nemoris, Priape, custos,  
 Ex quo natus es, et potes renasci,  
 Furaces, moneo, manus repellas,  
 Et sylvam domini focus reserves.  
 Si defecerit hæc, et ipse lignum es.

5

*O Priape, qui custodis nec hortum nec vineam fertilem, sed nemus non densum, ex quo formatus es, et potes formari denuo; moneo removeas manus furum et conserves sylvam camino heri. Si hoc defuerit, et ipse es lignum.*

6 *Si defecerit hoc* ed. antiq. Ferrar. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Calderin. Lang. Plant. Junian. et Delph. *Si defecerit hæc* Grut. Scriv. Farnab. et recentt.

## NOTÆ

3 *Ex quo natus es*] Vide Horat. l. 1. Sat. 8. 'Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,' &c. 6 *Si defecerit*] Lignum nemoris, cum et ipse lignum sis te comburam. Alii, *defecerit hæc, nempe sylva.*

## XLI.

AD FAUSTINUM.

TRISTIS Athenagoras non misit munera nobis,  
 Quæ medio brumæ mittere mense solet.  
 An sit Athenagoras tristis, Faustine, videbo :  
 Me certe tristem fecit Athenagoras.

*Mæstus Athenagoras non misit dona ad me, quæ consuevit mittere medio mense brumæ. O Faustine, examinabo an Athenagoras doleat : Athenagoras me sane affectit mæstitia.*

Hujus Epigrammatis lectionem non variant exemplaria scripta aut excusa.

## NOTÆ

1 *Tristis Athenagoras*] De quo lib. ceperim. Lib. iv. Epig. 46.  
 ix. Epig. 97. Sensus est: Mæstus 2 *Medio brumæ*] Hoc est, mense  
 mihi videtur Athenagoras, quod nihil Decembri : bruma vero significat dies  
 ad me miserit Saturnalium tempore : hyemis brevissimos. Cicero de Nat.  
 ego, inquit Poëta, nescio an vere doleat, at ego vere doleo quod nihil ac- Deor. lib. II. ‘Solis accessum dis-  
 cessumque brumis solstitiisque fieri.’

## XLII

AD MATHONEM.

SI te sportula major ad beatos  
 Non corruerit, ut solet; licebit  
 De nostro, Matho, centies laveris.

*Si sportula major non te transtulerit ad divites, ut fit; o Matho, poteris lavare centies de nostro.*

Neque in hoc Epigrammate quicquam variant scripti aut impressi.

## NOTÆ

1 *Sportula*] De Mathone egimus sportula centum quadrantum poteris  
 lib. iv. Epig. 80. De sportula diximus lib. III. Epig. 7. et lavare, atque a balneis cœnare, nisi  
 3 *De nostro*] Hoc est, de nostra nidore majoris culinæ illectus et cor-  
 ruptus divites adieris.



## XLIII.

IN FABIUM ET CHRESTILLAM.

EFFERT uxores Fabius, Chrestilla maritos ;  
 Funereamque toris quassat uterque facem.  
 Victores committe, Venus : quos iste manebit  
 Exitus, una duos ut Libitina ferat.

*Fabius effert uxores, Chrestilla maritos, atque uterque concutit funeream facem thalamis. O Venus, committe victores : quibus continget iste eventus, ut Libitina simul rapiat utrumque.*

*In Fabium et Chrestillam inscriptio est in omnibus fere vett.—3 Victores mittit Venus codex Florent.*

## NOTÆ

- 1 *Effert*] Verbum est funeris proprium : conjuges veneno forte necabant Fabius et Chrestilla.  
 2 *Funereamque*] Cum deberent adhibere tædas nuptiales.  
 3 *Victores*] Fac ut matrimonio juncti simul congregiantur, Fabius quidem uxorum victor, Chrestilla vero victrix maritorum.  
 4 *Una duos*] Ut Libitina mortis Dea utrumque mutuis artificii occisum simul rapiat.

## XLIV.

AD TITULLUM.

TITULLE, moneo, vive semper ; hoc serum est :  
 Sub pædagogo cæperis licet, serum est.  
 At tu, miser Titulle, nec senex vivis :  
 Sed omne limen conteris saluator,  
 Et mane sudas urbis osculis udus, 5  
 Foroque triplici sparsus ante equos omnes,

*O Titulle, moneo, semper vive genialiter : hoc tardum est ; quamvis cæperis sub præceptore, tardum est. Sed tu, o infelix Titulle, nec vivis vetulus : sed saluator adis omnia limina, et mane sudas madidus basiis civitatis, et foro triplici ragus ante*

4 *Sed omne* in Junt. an. 1512. i. e. *omne*, vel *omne*.—5 In eadem, *per omnes*

## NOTÆ

- 2 *Sub pædagogo*] Hoc est, quamvis a prima juventute genialiter vivere cæperis, tamen tardius est. Lib. I. Epig. 16.  
 3 *Sed omne limen*] De matutinis his salutationibus diximus lib. IV. Epig. 79.  
 5 *Urbis osculis*] Quos enim salutabant, eos osculabantur veteres.  
 6 *Foroque triplici*] Lege lib. III. Epig. 38.  
*Ante equos omnes*] Hoc est, inquit Donitius et Raderus, ante equites : judices enim erant equestris or-

Ademque Martis, et colosson Augusti  
 Curris per omnes tertiasque, quintasque.  
 Rape, congere, aufer, posside: relinquendum est.  
 Superba densis arca palleat nummis, 10  
 Centum explicentur paginæ Kalendarum:  
 Jurabit hæres, te nihil reliquisse,  
 Supraque pluteum te jacente, vel saxum,  
 Fartus papyro dum tibi torus crescit,  
 Flentes superbus basiabit eunuchos; 15  
 Tuoque tristis filius, velis nolis,  
 Cum concubino nocte dormiet prima.

*omnes equos, et templum Martis, et colossum Augusti, curris per omnes tertias, et quintas. Rape, accumula, aufer, posside, relinquendum est. Superba arca palleat spissis nummis, aperiantur centum paginæ Kalendarum: hæres jurabit te nihil reliquisse, et te exporrecto super pluteum aut lapidem, dum torus circumdatus papyro exstruitur tibi, arrogans osculabitur plorantes eunuchos \* \**

*tertiæque.—10 Superba densis arca pullulet in quibusdam vett. et sic in codice Donsæ P.—11 Fractus papyro Beverlandi Ms.—15 Flentes superbum ex codice Palatino legit Gruterus. Flentes superbos Scriverius.*

## NOTE

dinis. Forte intelligit statuas equestres in foro positas.

7 *Colosson Augusti*] Quem describit Marlianus lib. III. cap. 6.

8 *Per omnes tertius*] Decurias judicum intelligunt alii, quæ primo tres, quibus Augustus quartam, Caligula quintam addidit: alii vero horas interpretantur. Epig. 67. infra.

10 *Palleat*] Argento nempe, cujus color pallidus est. Alii legunt, pullu-

*let. Videat lector.*

11 *Centum explicentur*] Centum creditorum tabulæ aperiantur, negabit hæres quicquam a defuncto relictum, quo ipsis debita pecunia solvatur: singulis vero Kalendis usuræ a debitoribus exigebantur.

14 *Fartus papyro*] Qua utebantur ad rogam struendum. Lib. x. Epig.

97.

## XLV.

AD FLACCUM DE REDITU P. TERENTII.

PRISCUS ab Ætnæis mihi, Flacce, Terentius oris  
 Redditur: hanc lucem lactea gemma notet.

O Flacce, Priscus Terentius redit ad me a regionibus Siciliæ: calculus albus sig-

*Ad Flaccum inscriptio est in edd. vett.—3 Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald.*

Defluat, et lento splendescat turbida lino

Amphora centeno consule facta minor.

Continget nox quando meis tam candida mensis? 5

Tam justo dabitur quando calere mero?

Cum te, Flacce, mihi reddet Cythereia Cypros,

Luxuriæ fiet tam bona causa meæ.

*net hunc diem. Et lagena imminuta centum annis defluat, et turbida splendescat lento limo. Quando meæ mensæ nanciscuntur noctem tam felicem? Quando licebit calefieri vino tam justo? Cum tu, o Flacce, redibis ad me ex Cypro Cythereia, habeo tam bonam causam meæ intemperantiæ.*

//////////

Junt. Colin. Gryph. &c. *turbida limo*, quod varie torquebat exercebatque Interpretes. Lectio nostra debetur Scriverio.—5 Junt. an. 1512. *tam candida mensis*, vel *mauis*.

#### NOTÆ

1 *Priscus*] Ad quem Poëta mittit librum duodecimum. Hujus Prisci Terentii reditum ex Sicilia, ubi est mons Ætna, celebrat Martialis.

2 *Lactea gemma*] Albo calculo proseros, nigro dies infaustos notabant antiqui: quem morem alii a Scythiis, a Thracibus alii ortum putant. Lib. IX. Epig. 53. et lib. XI. Epig. 36.

3 *Et lento splendescat*] Vinum enim

centum annorum ex amphora effusum, si commoveretur, turbidum fiebat. De amphora annosa vide lib. I. Epig. 106.

4 *Facta minor*] Quia subinde longo senio aliquid deperit.

5 *Continget*] Hoc est, quando erit causa tam justa laute cœnandi?

7 *Cythereia*] Cyprus quippe insula Veneri sacra est.

### XLVI.

#### AD CESTUM PUERUM.

QUANTA tua est probitas, quanta est infantia formæ,

Ceste puer, puero castior Hippolyto!

Te secum Diana velit, Dorisque natare:

Te Cybele totum mallet habere Phryga.

//////////

*Ad Cestum* inscribitur in Ald. Junt. Colin. Gryph. aliis.—1 In iisdem: *quanta est præstantia formæ*: in codice Pulmanni: *quanta est instantia famæ*. Farnabius legerit: *Tanta tua est probitas, quanta est infantia formæ*. Vide lib. XI. Epig. 5. Lectio nostra debetur Grutero.—3 Edd. vet. *doceatque natare*, in quibusdam: *Dorosque natare*. Scriverius legit: *Dorisque natare*.—

#### NOTÆ

1 *Quanta tua est, &c.*] Legerim: *Tanta tua est probitas, quanta est*, ut lib. XI. Epig. 5.

2 *Castior Hippolyto*] Vide argumentum Hippolyti Senec. Trag.

3 *Diana velit*] Ipsa castitatis Dea.

Tu Ganymedeo poteras succedere lecto, 5  
 Sed durus domino basia sola dares.  
 Felix quæ tenerum vexabit sponsa maritum,  
 Et quæ te faciet prima puella virum!

//////////

4 *Te Cybele secum vellet habere Phrygæ*, vel *Phryga*, Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Te Cybele secum mallet habere Phryge* legendum censet Brodæus. *Te Cybele totum mallet habere Phryga* codex Pulmanni, quæ lectio magis aridet Grutero.—6 *Securus domino* in edd. vett. Lectio nostra debetur Grutero.

## NOTE

*Natare*] Inter nymphas suas, neque oculos tuos ulciscetur, ut quondam Actæonis.

4 *Te Cybele*] Brodæus legendum censet: *Te Cybele secum mallet habere Phryge*. Hoc est: Te secum habere mallet, quam Atyn Phrygium. Sed Gruteri lectio præfertur, *legentis totum*, et *Phryga*.

*Totum, &c.*] Non castratum, ut Atyn quondam puerum suum Phrygium.

5 *Ganymedeo, &c.*] Lib. v. Epig. 55.

6 *Sed durus* [*Securus*] Non suspectus Junoni, nec zelotypam Deam ureus. Gruterus: *Sed durus domino*: vix basia a te impetraret Jupiter, nedum quid ulterius.

## XLVII.

IN VARIE SE TONDENTEM.

PARS maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est,  
 Pars vulsa est: unum quis putet esse caput?

*Pars genarum tonsa est tibi, pars rasa est tibi, pars vulsa est: quis credit esse unum caput?*

//////////

Nullam lectionis varietatem in hoc Epigrammate produunt exemplaria.

## NOTE

1 *Pars maxillarum*] Forcipibus nimirum, quibus utebantur juvenes jam adulti: *rasa* novacula scilicet, quam adhibebant viri: *vulsa*, volsellis nempe, quibus fæminæ et juniores

utebantur. Cum ergo triplicem istam ætatem capite suo referret hic, quisquis fuerit, non unum, immo triplex, caput habere videbatur.

## XLVIII.

DE ABOLLA CRISPINI.

NESCIT cui dederit Tyriam Crispinus abollam,  
 Dum mutat cultus, induiturque togam.

*Crispinus ignorat, cui dederit purpuream abollam custodiendam, dum mutat suos*

Quisquis habes, humeris sua munera redde, precamur :

Non hoc Crispinus, te sed abolla rogat.

Non quicumque capit saturatas murice vestes: 5

Nec nisi deliciis convenit iste color.

Si te præda juvat foedique insania lucri,

Qua possis melius fallere, sume togam.

*ornatus, atque induit togam. Quisquis habes, oramus, restitue humeris sua ornamenta: Crispinus non petit hoc a te, sed abolla ipsa: vestes imbutæ murice non conveniunt cuicumque, nec iste color aptus est nisi lautioribus. Si præda placet tibi, et furor turpis lucri, furare togam, ut possis melius luteri.*

//////////

5 Beverlandi Ms. *scutulatas murice*.—8 *Quo possis melius in quibusdam vett.*

NOTE

1 *Crispinus*] De quo egimus lib. VII. Epig. 99. cui ut ablatam abollam restituat, furem hortatur Poëta, et Crispinum ipsum deridet, qui nesciret cui dedisset servandam abollam. De qua lib. IV. Epig. 53.

5 *Non quicumque*] Hoc est, non cuiusvis est gestare purpuram.

7 *Fauli lucri*] Furti.

8 *Sume togam*] Magno enim in togatorum numero tu togatus delitesces.

XLIX.

DE ASPRO.

FORMOSAM plane, sed cæcus diligit Asper :

Plus ergo, ut res est, quam videt Asper, amat.

*Asper, sed cæcus, amat pulchram sane puellam. Igitur, ut res est, Asper amat plus quam videt.*

//////////

1 *Formosam sane* codd. Thuan. et Florent.

NOTE

1 *Formosam*] Poëta deridet istum cæcum, qui puellæ nunquam visæ amore flagraret. Juvenalis Sat. IV.

119. 'Qui nunquam visæ flagrabat amore puellæ.'

L.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

QUANTA Gigantei memoratur mensa triumphi,

Quantaque nox Superis omnibus illa fuit,

*Quantum convivium celebratur post victoriam de gigantibus relatam, et quanta*

Qua bonus accubuit genitor cum plebe Deorum,  
 Et licuit Faunis poscere vina Jovem ;  
 Tanta tuas, Cæsar, celebrant convivia laurus : 5  
 Exhilarant ipsos gaudia nostra Deos.  
 Vescitur omnis eques tecum, populusque, patresque,  
 Et capit ambrosias cum duce Roma dapes.  
 Grandia pollicitus, quanto majora dedisti !  
 Promissa est nobis sportula, recta data est. 10

*illa nox fuit omnibus Diis, qua bonus pater accubuit cum plebe Deorum, et fas fuit Faunis petere merum a Jove ; tanto epulo, o Cæsar, celebratur tua victoria : Dii ipsi afficiuntur nostra lætitia. Omnes equites, populus, et patres epulantur tecum, et Roma accipit ambrosias epulas cum Imperatore. Pollicitus grandia, quanto majora præstitisti ! Sportula nobis promissa est, recta data est.*

3 Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. &c. *genitor cum Phæbe Deorum* ; et sic vetus codex Junii. Lectionem nostram exhibet codex Pulmanni.—5 *Tanta tuas celebrant, Cæsar, convivia* in Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Pulman. Lang. et Delph. Nostrum ordinem tenent Grut. Scriv. Farnab. et Schrevel.—6 *Exhilarant* Ald. Junt. et Colin.—9 *Grandia pollicitus* in quibusdam vett.—10 Beverlandi Ms. *cæna data est*, hand dubie ex interpretamento.

## NOTÆ

3 *Accubuit genitor*] Jupiter nempe cum Diis minoribus.

*Plebe*] Vetus codex habet *Phæbe*.

6 *Exhilarant ipsos*] Tanta est nostra lætitia, ut Deos ipsos afficiat, qui nobiscum acenbere vellent.

8 *Ambrosias*] Hoc est divinas. Deus enim haberi volebat Domitianus.

9 *Grandia pollicitus*] Epiphonema est, quo Domitiani liberalitatem extollit Poëta. Alii, *pollicitis*.

10 *Sportula*] Quam sustulit Domitianus, revocata cæna recta. Suetonius in Domitiano cap. 7. Vide etiam lib. III. Epig. 7.

## LI.

## DE PHIALA INSTANTII RUFII.

QUIS labor in phiala? docti Myos, ane Myronis?

Mentoris hæc manus est, an, Polyclete, tua?

Livescit nulla caligine fusca, nec odit

Exploratores nubila massa focos.

*Quis labor in phiala? An periti Myos, an vero Myronis? An hæc manus est Mentoris, an tua, o Polyclete? Nulla caligine fusca massa livescit, nec obscura odit*

*De phiala Ruffi inscriptio est in edd. vett.—6 Et niveum felix sportula in*

## NOTÆ

1 *Docti Myos*] An opus est Myos tationem facit Plinius lib. XXXIII. cap. cælatoris egregii? Epig. 24. supra. 12.

Myronis, Mentoris, et Polycleti men- 3 *Livescit nulla caligine*] Hoc est,

Vera minus flavo radiant electra metallo, 5  
 Et niveum felix pustula vincit ebur.  
 Materiæ non cedit opus: sic alligat orbem,  
 Plurima cum tota lampade Luna nitet.  
 Stat caper Æolio Thebani vellere Phryxi  
 Cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror. 10  
 Hunc nec Cinyphius tonsor violaverit, et tu  
 Ipse tua pasci vite, Lyææ, velis.  
 Terga premit pecoris geminis Amor aureus alis:  
 Palladius tenero lotos ab ore sonat.

*ignem exploratorem: vera electra splendent metallo minus flavo, atque elaborata pustula superat candidum ebur. Opus non superatur a materia: sic Luna claudit orbem, cum plena splendet tota lampade. Caper prominet ornatus Æolio vellere Phryxi Thebani, cujus soror mallet vecta fuisse ab hoc. Nec tonsor Cinyphius violaverit hunc, et tu, o Bacche, ipse sinas illum vesci tua vite. Amor aureus geminis alis urget dorsum pecoris: lotos Palladius sonat ab ore delicato. Sic delphin lætatus Arione*

codd. Vat. et Florent. *Et nimium felix pustula* Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Et niveum felix pusula* legunt alii. Lectionem nostram testatur codex

## NOTÆ

phiala sincera est, et pura ab omni macula.

*Nec odit*] Sicut aurum adulterinum quod igne exploratum evanescit.

5 *Vera minus*] Sensus est, inquit Raderus: Vera electra, seu succinum, minus radiant quam hujus phialæ flavum metallum, id est, aurum. *Vera electra* dixit ad differentiam electri factitii, quod fiebat ex quinta argenti portione auro admixta. Vel sic intellige hunc versum: Hæc phiala ex electro factitio composita magis fulget quam verum electrum. Eligat lector.

6 *Et niveum*] Alii, *et nimium*: minus bene. De argento pustulato diximus lib. VII. Epig. 86. *Felix pustula* dicitur, vel quod feliciter et ingeniose esset elaborata, vel quod nostrum Poëtam bearet.

7 *Sic alligat orbem*] Hoc est, phiala splendore et figura similis est Lunæ plenæ.

9 *Stat caper*] Sic Juvenalis Sat. I. 76. 'Argentum vetus, et stantem extra pocula caprum.'

*Æolio*] Nempe iste caper ornatus erat aureo vellere, quale habebat aries, quo vectus cum sorore Helle trajecit mare Phryxus, filius Athamantis regis Thebanorum, cujus Æolus pater fuit. Epig. 28. supra.

11 *Nec Cinyphius*] Lib. VII. Epig. 95.

12 *Ipse tua*] Grata est Baccho victimam hircus, lib. III. Epig. 24. Attamen iste tam affabre erat formatus, ut sua vite libens illum pasceret Bacchus.

13 *Terga premit*] Capro insidebat Cupido.

14 *Palladius lotos*] Hoc est, tibia. 'Lotos ad tibiarnum cantus expetitur,' inquit Plinius lib. XIII. cap. 17. *Palladius* dici videtur, quod frequens in Africa nascatur non procul a Tritone lacu sacro Minervæ.



- Sic Methymnæo gavisus Arione delphin 15  
 Languida non tacitum per freta vexit onus.  
 Imbuat egregium digno mihi nectare munus  
 Non grege de domini, sed tua, Ceste, manus.  
 Ceste, decus mensæ, misce Setina: videtur  
 Ipse puer nobis, ipse sitire caper. 20  
 Det numerum cyathis Instanti litera Rufi:  
 Auctor enim tanti muneris ille mihi.  
 Si Telethusa venit, promissaque gaudia portat,  
 Servabor dominæ, Rufe, triente tuo.  
 Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem, 25  
 Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam.

*Methymnæo portavit onus sonorum per placida maria. Non servus ex grege domini, sed tua manus, o Ceste, tingat mihi præstans donum pretioso nectare. O Ceste, ornamentum mensæ, ministra Setina: ipse puer videtur nobis sitire, et ipse caper. Litera Instantis Rufi assignet numerum cyathis; nam ille me affecit tanto dono. Si Telethusa accedit, atque affert promissam latitiam, servabor dominæ, hausto tuo triente, o Rufe. Si incerta est, hauriam septuncem: si decipit amantem, potabo utrumque nomen, ut conficiam sollicitudines.*

Pulmanni.—17 *Imbuat egregium dignum* Beverlandi Ms. et codex Florentinus.—18 Gruterus ex cod. legit: *sed tua certa manus, Ceste, decus mensæ.* Codex Pulmanni: *Non rogo det dominus, sed tua, Ceste, manus.*—21 *Pro Instanti?* Junius et Gruterus legendum censent *Instantis.*—23 Codex Pulmanni: *promissaque gaudia profert.*

## NOTÆ

15 *Sic Methymnæo*] Methymna Lesbii insulæ urbs fuit, patria nempe Arionis, cujus historiam lege apud Herodotum lib. I.

16 *Non tacitum onus*] Hoc est, ipsum Ariona lyra canentem.

17 *Imbuat egregium*] In phialam vinum primo infundat non quivis ex servis, sed Cestus puer formosissimus.

19 *Misce Setina*] Vina nata Setiæ in urbe Campaniæ.

20 *Ipse puer*] Cupido cælatus in phiala.

21 *Det numerum*] De more bibendi pro numero literarum nominis vide lib. I. Epig. 72.

*Instanti [Instantis] litera Rufi*] Legunt alii *Instanti?* pro *Instantii*, de quo lib. VII. Epig. 68. et lib. XII. 96. Attamen prior lectio placet Radero

propter sequentem versum: ‘Si dubia est, septunce trahar.’ Cum enim dominæ essent venturæ parcius bibebant antiqui. Lib. I. Epig. 107. Idcirco dicit Poëta: Si venit Telethusa, trientem tantum hauriam pro numero quatuor literarum, quas habet *Rufi* nomen in vocativo; at vero si incertum sit, num ad me ventura sit, hauriam septuncem pro numero septem literarum quas habet nomen *Instantis* in recto. Si legeretur *Instanti?* in recto esset *Instantius*: dextantem ergo haurire deberet. Videat lector. Difficilis mihi videtur iste locus. Forte *Instans* aut *Instantius* Rufus promiscue dicebatur: vel alter erat.

26 *Nomen utrumque*] Hoc est undecim cyathos, seu deuncem.

## LII.

## AD CEDITIANUM.

TONSOREM puerum, sed arte talem,  
 Qualis nec Thalamus fuit Neronis,  
 Drusorum cui contigere barbæ,  
 Æquandas semel in genas rogatus,  
 Rufo, Ceditiane, commodavi. 5  
 Dum jussus repetit pilos eosdem,  
 Censura speculi manum regente,  
 Expingitque cutem, facitque longam  
 Detonsis epaphæresim capillis;  
 Barbatus mihi tonsor est reversus. 10

O *Ceditiane*, ego *rogatus commodavi Rufo ad radendas semel genas puerum tonsorem, sed talem arte, qualis nec fuit Thalamus tonsor Neronis, cui contigere barbæ Drusorum radendæ. Dum imperatus repetit pilos eosdem Rufi censura speculi regente manum, atque expingit cutem, et facit diurnam detractionem detonsis capillis; tonsor barbatus rediit ad me.*

4 *Æquandæ* codex Pulmanni. *Æquandas semel ad genas* codd. Vat. et Florent.—6 *Dum justus repetit* Farnabius.—8 *Expingitque* in Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. &c. vide Lib. vii. Epig. 83. *Expingitque* codex Pulmanni.—9 *Detonsis uplopheresin* in codice Thuaneo.

## NOTÆ

- 2 *Nec Thalamus*] Nomen tonsoris Neronis. Lipsius Epist. Quæst. lib. 1. cap. 5.  
 3 *Drusorum*] Hoc est Neronum.  
 6 *Pilos eosdem*] Hoc est, dum iterum atque iterum radit barbam Rufi. Legit Farnabius, *Dum justus repetit*: hoc est, dum nimio studio ad speculi censuram pilos iterum atque iterum castigat.  
 8 *Expingit*] Alii, *Expungit*. lib. vii. Epig. 83.  
 10 *Barbatus*] Hoc verbo diutius a Rufo detentum fuisse Rufum significat Poëta.

## LIII.

## IN CATULLAM.

FORMOSISSIMA quæ fuere, vel sunt,  
 Sed vilissima quæ fuere, vel sunt,

*Quæ pulcherrima fuere vel sunt, sed vilissimæ quæ fuere vel sunt: o Catulla, quam*

## NOTÆ

- 1 *Formosissima*] Hoc est, Fæminæ quoque vilissimæ, quia omnibus prospectæ fuerunt formosissimæ, fuerunt titutæ.

O quam te fieri, Catulla, vellem  
Formosam minus, aut magis pudicam!

*optarem te fieri minus pulchram, aut magis castam.*

4 In quibusdam vett. *aut minus pudicam*; et sic in codice Pulmanni.

## LIV.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

MAGNA licet toties tribuas, majora daturus  
Dona, ducum victor, victor et ipse tui;  
Diligeris populo non propter præmia, Cæsar,  
Propter te populus præmia, Cæsar, amat.

*O ducum victor, atque ipse victor tui, quamvis toties largiaris magna munera, largiturus adhuc majora; o Cæsar, anaris a populo non propter munera; o Cæsar, populus diligit munera propter te.*

3 In quibusdam: *non propter munera.*—4 *Et propter te populos Beverlandi* Ms.

## NOTE

1 *Magna licet*] Congiarium enim populo ter dederat Domitianus. Suetonius in Domitiano.

2 *Victor et*] Hoc est, qui nihil agis præter rationem, quæ victoria

omnium difficillima videtur.

4 *Propter te*] Domitiano blanditur Poëta, quem populo esse cariorem, quam munera, affirmat.

## LV.

AD EUNDEM, DE LEONE.

AUDITUR quantum Massyla per avia murmur,  
Innumero quoties sylva leone furit,  
Pallidus attonitos ad Pœna mapalia pastor  
Cum revocat tauros, et sine mente pecus;

*Quantum murmur auditur in solitudinibus aviis Massylæ, quoties sylva fremit innumeris leonibus, cum pastor pallidus reducit tauros stupefactos, atque attonitum*

3 In quibusdam edd. *ad plena mapalia*; et sic in Delph.—8 *Cui diadema*

## NOTE

1 *Massyla*] Libyæ pars est Massy-  
lia, in qua sunt multi leones.

3 *Pallidus*] Leonum rugitu exani-

*Delph. et Var. Clas.*

matus. *Ad Pœna* [plena] *mapalia*  
Alii, *ad Pœna mapalia*; hoc est, Pun-

ica.

*Martial.*

- Tantus in Ausonia fremuit modo terror arena. 5  
 Quis non esse gregem crederet? unus erat:  
 Sed cujus tremerent ipsi quoque jura leones,  
 Cui diadema daret marmore picta Nomas.  
 O quantum per colla decus, quem sparsit honorem,  
 Aurea lunatæ cum stetit umbra jubæ! 10  
 Grandia quam decuit latum venabula pectus,  
 Quantaque de magna gaudia morte tulit!  
 Unde tuis, Libye, tam felix gloria sylvis?  
 A Cybeles numquid venerat ille jugis?  
 An magis Herculeo, Germanice, misit ab astro 15  
 Hanc tibi vel frater, vel pater ipse feram?

*armentum ad casas plenas; paulo ante tantus terror fremuit in arena Romana. Quis non putaret adesse gregem? Unus erat. At cujus leges reformidarent ipsi etiam leones, quem regem constitueret Numidia picta marmore. O quantum ornamentum per colla, quod decus explicuit, cum unda aurea jubæ lunatæ arrecta est! quam par fuit anplum pectus magnis venabulis, et quantam letitiam percepit leo ex præclara morte! O Africa, unde decus tam felix tuis sylvis? Numquid ille venerat ex montibus Cybeles? An potius, o Germanice, frater aut genitor misit tibi hanc feram ab astro Herculis.*

//////////

*daret marmore picta comas in codd. Florent. et Vat. Cui diadema darent marmora picta comas codex Pulmanni.—9 Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Pulman. Plant. Junian. Delph. &c. quem spargit honorem. Gruterus legit sparsit, loquitur enim de re jam facta. Vide Opp. Cyneg. lib. III. vs. 37.—10 Edd. vett. unda jubæ; codd. Thuan. Vat. Bodl. Florent. et Pulmanni: umbra jubæ. Vide lib. VII. Epig. 1.—14 Codex Pulmanni: venerat ille jugo.*

#### NOTÆ

- 7 *Ipsi quoque*] Hoc est, Tantus erat leo ille exhibitus in arena, ut inter alios leones rex videri posset.
- 8 *Picta Nomas*] Variato enim marmore abundat Numidia.
- 9 *O quantum*] Hoc est, quam præstans erat juba arrecta instar mediæ Lunæ!
- 11 *Grandia quam decuit*] Ingenti Domitiani venabulo convenit tam amplum leonis pectus.
- 12 *Gaudia morte tulit*] Quòd nempe Domitiani manu ceciderit.
- 14 *A Cybeles*] Hoc est, ab Ida monte Phrygiæ, cui præest Cybele, quam a quator leonibus vehi fabulantur Poëtæ.
- 15 *An magis Herculeo*] Astrum Herculeum intellige leonem ab Hercule interfectum, atque inter Zodiaci signa relatum. Lib. IV. Epig. 57. Germanicum vocat Domitianum a devictis Germanis.
- 16 *Hanc tibi*] Vespasianus pater, vel Titus frater, inter Deos relati.

## LVI.

## AD FLACCUM.

TEMPORIBUS nostris ætas cum cedat avorum,  
 Creverit et major cum duce Roma suo,  
 Ingenium sacri miraris abesse Maronis,  
 Nec quenquam tanta bella sonare tuba.  
 Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones,                   5  
 Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.  
 Jugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,  
 Flebat et abductas Tityrus æger oves.  
 Risit Tuscus eques, paupertatemque malignam  
 Repulit, et celeri jussit abire fuga.                                   10  
 Accipe divitias, et vatum maximus esto:  
 Tu licet et nostrum, dixit, Alexin ames.

*Cum ætas avorum det primas nostro sæculo, et Roma magis aucta fuerit cum suo Imperatore, tibi mirum videtur desiderari ingenium sacri Maronis, nec quenquam canere bella tam magna buccina. O Flacce, adsint Mæcenates, non desiderabuntur Marones, et vel tua villa suppeditabit tibi Virgilium. Tityrus amiserat jugera finitima infelici Cremonæ, atque ægrotus lumentabatur oves abductas. Tuscus eques risit, et propulsavit malignam inopiam, et coëgit discedere celeri fuga. Accipe divitias, inquit, atque esto maximus pœtarum: et licet, tu ardeas nostrum Alexin. Ille for-*



3 Beverlandi Ms. *desse Maronis*.—5 In omnibus edd. *bella sonare*. Heins. ad Paneg. in Prob. et Olyb. Cons. 208. legendum putat: *bella tonare*: vide ad Epigg. 3. et 23. hujus libri: sic conj. Ant. de Rooy. Vide etiam Stat. Sylv. II. 7. 66. Burm. ad Ovid. Trist. II. 529.—11 Codex Pulmanni: *sed ratum*.

## NOTE

2 *Cum duce*] Domitiano scilicet. Lib. v. Epig. 19. ‘Pulchrior et major quo sub duce Martia Roma?’

4 *Tanta tuba*] Stylo tam heroico et sublimi.

5 *Sint Mæcenates*] Qui muneribus pœtas afficiant.

7 *Jugera*] Vide Virgillii Eclogam I. et IX. Cremona Bruti et Cassii partes secuta veteranis Augusti militibus præmii loco attributa fuerat, quibus cum non sufficeret, vicinum agrum Mantuanum Virgillii patriam assignari jussit Augustus. Itaque suo fun-

do spoliatus Virgilius Romam petiit, ubi propter ingenium carnis Mæcenati, non tantum possessionem suam impetravit, sed et munera amplissima consecutus est.

9 *Tuscus eques*] Mæcenas nempe ordinis equestris a regibus Etruscis ortus, Horatius l. od. 1. et lib. XII. Epig. 4.

12 *Et nostrum Alexin*] Quem tamen non Mæcenatis, sed Pollionis puerum fuisse affirmant quidam. Vide Turnebum lib. XXI. cap. 14.

Astabat domini mensis pulcherrimus ille,  
 Marmorea fundens nigra Falerna manu ;  
 Et libata dabat roseis carchesia labris, 15  
 Quæ poterant ipsum sollicitare Jovem.  
 Excidit attonito pinguis Galatea Poëta,  
 Thestylis et rubras messibus usta genas :  
 Protinus Italiam concepit, et arma virumque,  
 Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi. 20  
 Quid Varos, Marsosque loquar, ditataque vatū  
 Nomina, magnus erit quos numerare labor ?  
 Ergo ero Virgilius, si munera Mæcenatis  
 Des mihi ? Virgilius non ero, Marsus ero.

*mosissimus astabat mensis heri fundens fusca Falerna manu marmorea, et porrigebat carchesia degustata labris roseis, quæ poterant commovere ipsum Jovem. Poëta attonitus oblitus est rudem Galateam, et Thestylem ustam rubras genas messibus. Repente concepit Italiam, et arma virumque, qui paulo ante ore rudi vix fleverat Culicem. Quid commemorabo Varos, et Marsos, et locupletata nomina poetarum, quos enumerare magnus erit labor? An ergo fiam Virgilius, si largiaris mihi dona Mæcenatis? Non fiam Virgilius, Marsus fiam.*

—21 In eodem codice: *dictataque vatum.*—23 *Ergo ego Beverlandi Ms.*—24 *Marcus ero legit Heraldus.*

## NOTÆ

- 13 *Domini mensis*] Mæcenatis. 20 *Vix Culicem*] Breve Poëma de culice.  
 14 *Marmorea*] Hoc est, candidissima et politissima.  
 15 *Carchesia*] Pocula certi generis, de quibus Athenæus lib. xi. cap. 13.  
 17 *Pinguis Galatea*] Sensus est: Non amplius humilia scripsit carmina de agresti Galatea, et Thestyli, cujus genæ æstivo calore adustæ erant.  
 18 *Usta genas*] Hoc est, secundum genas: Hellenismus est: sed Æncidem aggressus est, cujus initium: ‘Arma virumque cano,’ &c.
- 21 *Quid Varos*] Vari mentionem facit Virgilius Ecloga vi.  
24 *Marsus ero*] Epicus quidem non ero Poëta, sed scribam Epigrammata, qualia Marsus, de quo lib. 11. Epig. 71. Heraldus scribit, *Marcus ero*, hoc est, inquit, *Marcus ero* Martialis, et huic nomini non minus celebritatis conciliabo, quam Virgilius olim conciliavit suo.

## LVII.

## DE PICENTE.

TRES habuit dentes, pariter quos exspuit omnes,  
 Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum ;

*Tres fuerunt dentes Picenti, quos omnes simul exspuit, dum ipse sedet ad*

Collegitque sinu fragmenta novissima laxi

Oris, et aggesta confunulavit humo.

Ossa licet quondam defuncti non legat hæres ;

5

Hoc sibi jam Picens præstitit officium.

*suum scpulcrum, et sinu collegit ultima frustra oris rupti, et sepelivit terra aggesta. Quamvis hæres aliquando non legat ossa mortui ; Picens jam sibi præstitit hoc officium.*

1 Beverlandi Ms. *expulit omnes.*—3 In edd. vett. *novissima fracti.* Lecti-  
onem nostram exhibent codd. Grut. et Pulm. et editio Calderini.

## NOTE

3 *Collegitque*] Defunctorum ossa et jocatur Poëta, non erit inhumatus ;  
cineres colligere atque inhumare so- jam enim sui partem, dentes scilicet,  
lebant veteres: Picens vero iste, ut terræ mandavit.

## LVIII.

## IN ARTEMIDORUM.

CUM tibi tam crassæ sint, Artemidore, lacernæ,

Possim te Sagarum jure vocare meo.

*O Artemidore, cum habeas lacernas tam crassas, liceat jure meo appellare te Sagarum.*

2 *Possim te Sagari* codex Pulmanni. Junius in marg. Calderinus, alii,  
*meo.*

## NOTE

1 *Artemidore*] Artemidorus tam hoc Epigramma.  
crassam gestabat lacernam, ut sagum 2 *Meo*] Alii, *meum.* Porro Lipsius  
videri posset. Vocat ergo illum sa- lib. 1. Epist. 5. ait: Sagari dicti  
garum, quasi sagatum. Hæc Raderns, qui munus aliquod theatrale funge-  
rentur.

## LIX.

## IN LUSCUM FUREM.

ASPICIS hunc uno contentum lumine, cujus

Lippa sub attrita fronte lacuna patet?

*Vides hunc contentum uno oculo, sub cujus attrita fronte conspicitur stillans lacuna :*

2 Alii pro *patet* legunt *sedet.*—4 In quibusdam vett. *tam piccata manus.*

## NOTE

1 *Uno contentum*] Quod unus illi 2 *Lippa lacuna*] Oculi scilicet amissi,  
oculus sufficiat ad furandum.



Ne contemne caput, nihil est furacius illo :

Non fuit Autolyçi tam piperata manus.

Hunc tu convivam cautus servare memento : 5

Tunc furit, atque oculo luscus utroque videt.

Pocula solliciti perdunt ligulasque ministri,

Et latet in tepido plurima mappa sinu.

Lapsa nec a cubito subducere pallia nescit, 10

Et tectus lænis sæpe duabus abit.

Nec dormitantem vernam fraudare lucerna

Erubuit fallax, ardeat illa licet.

Si nihil invasit, puerum tunc arte dolosa

Circuit, et soleas surripit ipse suas.

*Ne spernas caput, nihil est furacius illo. Autolyçi manus non fuit tam piccata. Tu cautus recordare eritare hunc convivam : tunc insanit, et luscus aspicit utroque oculo. Fumuli auxiū amittunt pocula, et ligulas, et multæ mappæ delitescunt in tepido ejus sinu : et novit subtrahere pallia lapsa a cubito, et crebro discedit coopertus duabus lænis : nec fraudulentum puduit eripere vernæ dormitanti lucernam, quamvis illa ardeat. Si nihil occupavit, arte fallaci circuit servum suum, atque ipse furatur suas soleas.*

//////////

Scrivenerius e codd. suis eruit et probavit : *tam piperata manus*. In aliis corrupte : *tam piccata manus*. Vide Var. Notas.—5 In edd. vett. *vitare memento*. In ed. Langii : *vitare momento*. Codex Pulmanni et Beverlandi Ms. *servare memento*.—8 *Et latet in tepido* Beverlandi Ms.

#### NOTÆ

3 *Ne contemne caput*] Hoc est, hominem, pars pro toto sumitur. Sensus est : Ne desinas observare hunc hominem, licet luscum.

4 *Autolyçi*] Cujus meminit Homerus Iliad. K. Fuit ille Mercurii filius, furtis simillimus patri. *Tam piperata* [*piccata*] *manus*] Cui scilicet adherent omnia quæ tangit. Legunt alii, *tam piperata manus*, hoc est, calida, quod piceare Latine non dicitur, sed picare.

7 *Ligulasque*] Epig. 33. supra. Ligula cochlear est, et spatula, &c.

8 *Et latet*] Et furatur mappas, quas in sinu condit. *Læna* vero, ut ait Bayfius de re vestiaria, genus est vestis militaris, qua etiam in cæna utebantur antiqui, ut constat ex hoc loco.

11 *Vernam*] Verna est servus domi natus.

14 *Et soleas*] Pueri ad pedes convivarum soleas custodiebant : convivæ enim sine calceis mensæ accumbant : iste vero luscus suas ipse soleas surripiebat, ne furandi artem dediceret.

## LX.

## IN CLAUDIAM.

SUMMA Palatini poteras æquare Colossi,  
Si fieres brevior, Claudia, sesquipedem.

O *Claudia, si fieres brevior uno pede et dimidio, poteras æquare verticem colossi Palatini.*

2 *Claudia sesquipede* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Juniau. Lang. Delph. &c. *sesquipedem* Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. et recentt.

## NOTÆ

1 *Colossi*] De quo diximus lib. Spect. Epig. 2.

## LXI.

## AD SEVERUM, DE CARINO.

LIVET Carinus, rumpitur, furit, plorat,  
Et quærit altos, unde pendeat, ramos;  
Non jam quod orbe cantor et legor toto;  
Nec umbilicis quod decorus et cedro  
Spargor per omnes, Roma quas tenet, gentes;      5  
Sed quod sub urbe rus habemus æstivum,  
Vehimurque mulis non, ut ante, conductis.  
Quid imprecabor, o Severe, liventi?  
Hoc opto: mulas habeat, et suburbanum.

*Pallet Carinus, rumpitur, insanit, flet, et quærit altos ramos ex quibus suspendatur; non jam quod totus orbis celebrat atque evolvit meos versus, nec quod ornatus umbilicis et cedro spargor per omnes nationes quibus imperat Roma; ut quod mihi est rus æstivum sub urbe, et vehor mulis non conductis, ut antea. O Severe, quid imprecabor invido? Hoc opto, ut habeat mulas, et rus suburbanum.*

*In Carinum* inscribitur in edd. vett.—8 *Quid imprecemur, o Severe, Carino* in codd. Vat. et Florent.—9 *Hoc opto, multas ut codex Florentinus. Carinum* tanquam miserum hominem irridet, tanquam qui non invidenda invidet.

## NOTÆ

4 *Umbilicis decorus*] Lib. 1. Epig. 67. et lib. III. Epig. 2. librorum ornamenta explicuimus.

6 *Rus æstivum*] Hoc est, rus ad æstivandum.

9 *Mulas habeat*] Quas oleribus ex horto suburbano decerptis onustas agat per urbem, et vendat illa olera, unde victum sibi quæritet. Domitius vero sic intelligit: Habeat mulas meis similes, et suburbanum meo simile; hoc est, suas amplas divitias amittat, atque ad meam conditionem redigatur, seu pauper fiat.

## LXII.

DE PICENTE.

SCRIBIT in aversa Picens Epigrammata charta ;  
Et dolet, averso quod facit illa Deo.

*Picens scribit Epigrammata in tergo chartæ, et mæret quod componit illa invito Apolline.*

1 *Scribit in adversa* Junt. an. 1512.

## NOTÆ

1 *Scribit in aversa*] In una tantum finitus Orestes.  
parte chartæ solebant scribere ve- 2 *Et dolet averso*] Lib. II. Epig. 89.  
teres; qui vero ad nauseam usque, 'Carmina quod scribis Musis, et  
in tergo etiam scribebant. Juvenalis Apolline nullo,' &c. Horatius: 'Tu  
Sat. I. 'Scriptus et in tergo necdum nihil invita facies dicesve Minerva.'

## LXIII.

DE AULO.

THESTYLON Aulus amat, sed nec minus ardet Alexin :  
Forsitan et nostrum sic Hyacinthon amat.  
I nunc et dubita, vates an diligit ipsos,  
Delicias vatium cum meus Aulus amet.

2 *Forsitan et nostrum nunc* in codice Pulmanni.

## NOTÆ

4 *Delicias*] Hoc est, pueros delicatos, qui sunt deliciæ poëtarum.

## LXIV.

IN CLYTUM.

UT poscas, Clyte, munus, exigasque,  
Uno nasceris octies in anno,  
Et solas, puto, tresve, quatuorve  
Non natalitias habes Kalendas.

*O Clyte, ut petas donum, atque extorqueas, octies nasceris in uno anno, et celebras omnes Kalendas natalitias, exceptis, opinor, solis tribus aut quatuor. Quamvis*

## NOTÆ

2 *Nasceris octies*] Hoc est, natalitium diem octies celebras, ut toties munera accipias.

Sit vultus tibi levior licebit 5  
 Tritis littoris aridi lapillis;  
 Sit moro coma nigrior caduco;  
 Vincas mollitie tremente plumas,  
 Aut massam modo lactis alligati;  
 Et talis tumor excitet papillas, 10  
 Quales cruda viro puella servat;  
 Tu nobis, Clyte, jam senex videris.  
 Tam multos quis enim fuisse credat  
 Natales Priamive, Nestorisve?  
 Sit tandem pudor, et modus rapinis. 15  
 Quod si ludis adhuc, semelque nasci  
 Uno jam tibi non sat est in anno;  
 Natum te, Clyte, nec semel putabo.

*habeas vultum politioem tritis lapillis littoris sicci, capilli nigredine superent cadentia mora, mollitie tremente superes plumas, vel metam lactis recens coagulati, et tui tumore turgescant papillae tuae, quales marito serrat virgo intacta; O Clyte, jam vetulus videris nobis. Quis enim putet tam multos fuisse dies natalitios Priami, aut Nestoris? Tandem sit verecundia, et finis rapinis. Quod si ludificas iterum, et jam tibi non sufficit semel nasci in uno anno, o Clyte, nec credam te semel natum.*

4 Beverlandi Ms. *haberi Calendas.*—5 In eodem: *tibi laevior licebit.*—18 *Clyte, jam semel putabo* in codd. Vat. et Florent.

NOTÆ

5 *Sit vultus*] Toties natalem diem celebrasti, ut licet juvenis, tamen senior Priamo et Nestore videaris, de quibus jam dictum.  
 7 *Nigrior caduco*] Hoc est maturo. Lib. I. Epig. 73.  
 15 *Sit pudor*] Pudeat te, et finis imponatur tuis rapinis.  
 18 *Nec semel putabo*] Hoc est, te negligam perinde ac si nunquam natus esses, nec unquam munera ad te mittam.

LXV.

AD DOMITIANUM.

Hic ubi Fortunæ Reducis fulgentia late  
 Tempa nitent, felix area nuper erat:

*Nuper felix area erat hic, ubi splendida ædes Fortunæ Reducis late fulgent.*

NOTÆ

1 *Fortunæ Reducis*] Cui propter Domitiani redditum ædificatum est templum.  
 2 *Felix area*] Vel quod in ea tem-

Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli  
 Purpureum fundens Cæsar ab ore jubar :  
 Hic lauro redimita comas, et candida cultu 5  
 Roma salutavit voce manuque ducem.  
 Grande loci meritum testantur et altera dona :  
 Stat sacer edomitis gentibus arcus ovans.  
 Hic gemini currus numerant elephanta frequentem :  
 Sufficit immensis aureus ipse jugis. 10  
 Hæc est digna tuis, Germanice, porta triumphis:  
 Hos aditus urbem Martis habere decet.

*Hoc loco Cæsar emittens ab ore purpureum splendorem stetit decorus pulvere belli Sarmatici. Hic Romani, capillis ornatis lauro, atque albis vestibus induti, salutaverunt Imperatorem voce et manu. Atque altera donu demonstrant ingens meritum illius loci: arcus triumphalis erectus est de nationibus subactis. Hic duæ quadrigæ numerant multos elephantos. Aureus ipse par est ingentibus jugis. O Germanice, hæc porta convenit tuis triumphis: par est urbem Martis habere hos introitus.*

3 *Hic stetit Arctoi formosus* Beverlandi Ms.—4 *Cæsar ab orbe* codex Florentinus.—5 *Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. candida vultu.* Codex Pulmanni: *candida cultu.*—8 *Stat sacer et domitis gentibus arcus ovans* codex Pulmanni. *Stat sacer et domitis gentibus arcus ovans* Beverlandi Ms.—9 *In edd. vet. elephanta frequenter.* Lectio nostra est ex conj. Pulmanni.

## NOTÆ

- 3 *Arctoi*] Sarmatici. Lib. vii. exceptus est Imperator.  
 Epig. 6. 7 *Et altera dona*] Arcum triumphalem, et templum Fortunæ intellige, præterquam quod ibi populus benigne a Domitiano exceptus fuit.  
 4 *Purpureum jubar*] Hoc est, ruborem. Suetonius cap. 18. in Domitiano: ‘Statura fuit procera, vultu modesto, ruborisque pleno.’  
 5 *Et candida cultu*] Albis vestibus induti triumphum comitabantur Romani. Juvenalis Sat. x. ‘et niveos ad fræna Quirites.’ Antiquus codex habet, *candida vultu.*  
 6 *Manuque*] Refer ad plausum quo  
 9 *Hic gemini currus*] Supra arcum collocatæ erant duæ quadrigæ, propter duplicem ex Dacis victoriam, quibus elephantum juncti erant, quos aurea Domitiani statua regebat.  
*Elephanta frequentem* [frequenter] Quid si legas, frequenter?

## LXVI.

## DE CONSULATU SILII.

AUGUSTO pia thura, victimasque  
 Pro nostro date Silio, Camœnæ.

O *Musæ, offerte Domitiano pia thura, et victimas pro nostro Silio. Ecce imperat*

2 *Pro vestro* codex Palatinus, quæ lectio impensius arridet Grutero.—4

Bis senos jubet en redire fasces  
 Nato consule, nobileque virga  
 Vatis Castaliam domum sonare. 5  
 Rerum prima salus et una Cæsar,  
 Gaudenti superest adhuc quod optet  
 Felix purpura, tertiusque consul.  
 Pompeio dederit licet senatus,  
 Et Cæsar genero sacros honores, 10  
 Quorum pacificus ter ampliavit  
 Janus nomina; Silius frequentes  
 Mavult sic numerare consulatus.

*redire duodecim fasces filio facto consule, et nobili virga pulsari Castaliam domum Poëta. O Domitiane, primum et unicum præsidium rerum, superest adhuc exultanti aliquid quod cupiat, nempe felix purpura, et tertius Consulatus. Quamvis Senatus concesserit Pompeio sacros honores, atque Augustus genero Agrippæ, quorum nomina ter illustravit Janus pacificus, magis placet Silio sic numerare crebros consulatus.*

*Noto consule in quibusdam.—5 Castalia codex Pulmauni.*

## NOTE

2 *Date Silio*] Cujus filius a Domitiano factus est Consul: Silius enim pater semel tantum Consul fuit eo anno quo perit Nero, ut constat ex Plinii Junioris lib. III. Epistola 7. qui vitam simul et mortem Sili Italici breviter narrat. Vide etiam lib. VII. Epig. 63.

3 *Redire*] Nempe in familiam Sili Italici, quam Castaliam dicit, hoc est, Musis deditam: nam egregium Poëma de secundo bello Punico scripsit Silius.

4 *Nato consule*] Filio Sili consulum adeptum.

5 *Castaliam*] Alii, *Castalii*.

*Domum sonare*] Quoties domum suam aut alienam adibat Consul, ad signi-

ficandum ejus adventum lictor præcedens virga sua fores pulsabat.

7 *Quod optet*] Ut nempe minor ejus filius Consul quoque fiat, cujus mortem refert Plinius Junior lib. III. Epistola 7.

10 *Et Cæsar genero*] Agrippæ Juliam filiam in matrimonium collocavit Augustus, eumque ter Consulem evexit.

11 *Quorum pacificus*] Hoc est, quorum nomina relata sunt in fastos, qui erant in tutela Jani pacifici quidem sub Augusto, quo regnante clausum est templum Jani tertio.

13 *Mavult sic*] Duos filios gerere Consulatum, quam ipse ter esse Consul, ut Pompeius et Agrippa.

## LXVII.

## IN CÆCILIANUM.

HORAS quinque puer nondum tibi nuntiat, et tu  
 Jam conviva mihi, Cæciliane, venis:

*O Cæciliane, nondum servus tibi nuntiat horam quintam, et tu conviva jam venis*

Cum modo distulerint raucae vadimonia quartæ,  
 Et Floralicias lasset arena feras.  
 Curre, age, et illotos revoca, Calliste, ministros: 5  
 Sternantur lecti: Cæciliane, sede.  
 Caldam poscis aquam: sed nondum frigida venit:  
 Alget adhuc nudo clausa culina foco.  
 Mane veni potius: nam cur te quinta moretur?  
 Ut jentes, sero, Cæciliane, venis. 10

*ad me.* Cum modo raucae chartæ prorogarint vadimonia, atque arena defatiget feras Floralicias; o Calliste, propera, age, et revoca illotos servos: lecti adornentur: Cæciliane, sede. Petis aquam calidam, at nondum frigida allata est: culina clausa friget adhuc nudo foco. Veni potius mane; cur enim quinta retardet te? aut cur non venis sero, o Cæciliane?

//////////

3 Beverlandi Ms. pauca vadimonia quartæ: in codice Vat. parca vadimonia quartæ. Ant. de Rooy conj. raucae vadimonia partes. Vide Phædr. de litigantibus lib. III. Fab. 13. et ibid. Scheff. raucae vadimonia chartæ in quibusdam. Vide J. Salmuth. ad Pancirolum, cap. de cibi capiendi modo veterum, p. 538.—4 Et Floralicias laxet Beverlandi Ms.—7 Lips. Elect. lib. I. cap. 4. legit: nondum mihi frigida venit.—8 In quibusdam, clusa culina.—10 Aut cur non sero ed. antiq. Ferrar. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Calderin. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. Josias Mercerus ex vestigiis antiquæ scripturæ: Ut jam te sero, &c. rescripsit ingeniosissime: Ut jentes sero, &c. Scriptum fuerat: Ut jantes sero, &c. Vide Var. Notas.

#### NOTÆ

1 *Horas quinque*] Cœnare vero hora tantum nona solebant Romani. Lib. IV. Epig. 8. 'Imperat exstructos frangere nona toros.'

3 *Cum modo*] Cum modo in alterum diem dimissa sint vadimonia, et causæ forenses quæ hora tertia agebantur. Lib. IV. Epig. 8. 'Exercet raucos tertia caudicos.' Vadimonium vero sponsio est sistendi in judicio. Legunt alii: raucae vadimonia cere. id est, libelli forensis, inquit Domitius. Raucae chartæ dicuntur, meo judicio, pro ipsis raucis caudicis. Alii legunt: vadimonia quartæ. Hora enim quarta differebantur lites, ut aiunt.

4 *Et Floralicias*] De ludis in honorem Floræ celebratis dictum lib. I.

Epig. 1. In his lepores, capræ, atque alia animalia exhibebantur ab Ædilibus.

5 *Illotos*] Hora octava lavabant veteres.

6 *Sternantur lecti*] In triclinio nempe.

7 *Caldam poscis*] Qua vinum temperabatur. Lib. I. Epig. 12.

8 *Nudo clausa*] Hoc est, nondum adsunt ligna quibus excitetur ignis.

10 *Ut jentes Aut [cur non] sero*] Post cœnam nimirum. Alii: *Ut jentes, sero, Cæciliane, venis.* Et sic explicat Salmasius: Hora jentaculi tertia aut quarta erat: unde Martialis enim, qui ad quintam venerat pransurus, sero venire dixit, ut jentaret: nimis tempori ut pranderet.



## LXVIII.

## AD ENTELLUM.

QUI Corcyraei vidit pomaria regis,  
 Rus, Entelle, tuæ præferat ille domus.  
 Invida purpureos urat ne bruma racemos,  
 Et gelidum Bacchi munera frigus edat;  
 Condita perspicua vivit vindemia gemma, 5  
 Et tegitur felix, nec tamen uva latet.  
 Fœmineum lucet sic per bombycina corpus:  
 Calculus in nitida sic numeratur aqua.  
 Quid non ingenio voluit natura licere?  
 Autumnum sterilis ferre jubetur hyems. 10

*Qui spectavit pomaria regis Corcyraei, o Entelle, ille anteponat rus tuæ domus. Ne hyems invida urat purpureos racemos, et ne frigus gelidum noceat muneribus Bacchi, racemi conditi gemma pellucida augescunt, atque uva felix tegitur, nec tamen delitescit. Sic muliebre corpus splendet per bombycina: sic calculus numeratur in pura unda. Quid non voluit natura licere ingenio? Hyems sterilis cogitur producere fructus autumnales.*

1 *Quisquis Corcyraei* codd. Vat. et Florent.—7 *Fœmineum lucet supra* in iisdem codd.—8 *Calculus in liquida* conj. Ant. de Rooy. Vide ad lib. 1v. Epig. 22.

## NOTÆ

- 1 *Qui Corcyraei*] Alcinoi, de cujus hortis in insula Corcyra, hodie, *Corfuæ*, Lib. 1v. Epig. 64. et lib. vii. Epig. 42.  
 3 *Urat ne bruma*] Inter alias arbores vitis præsertim uritur frigore, cum ab eo circumobsessus calor naturalis interius contrahitur.  
 4 *Bacchi munera*] Vites, quibus valde inimicum est frigus.  
 5 *Perspicua gemma*] Lapidibus specularibus, Epig. 14. supra.  
 7 *Per bombycina*] Hoc est, per vestes sericas, quas recte vitreas dixeris, et Juvenalis Sat. 11. vocat multitia.  
 9 *Quid non*] Sensus est: Quid non efficere potest solertia ingenii?

## LXIX.

## IN VACERRAM.

MIRARIS veteres, Vacerra, solos,  
 Nec laudas nisi mortuos poëtas.

O Vacerra, soli antiqui movent tibi admirationem, nec commendas nisi de-

Hujus Epigrammatis lectionem non variant libri calamo exarati aut impressi.

Ignoscas petimus, Vacerra: tanti  
Non est, ut placeam tibi, perire.

*functos pœtas.* O Vacerra, rogamus, parceas: non tanti facio mortem, ut tibi gratus sim.

## NOTE

2 *Nec laudas*] Lib. v. Epig. 10. 'Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, mores, Præferat antiquos semper ut illa novis.'

3 *Tanti Non est*] Sensus est: Non

tanti facio tuas laudes, ut mori velim, quo a te laudari possim. Forte non male legeris: *tanti Non est, ut peream, tibi placere.*

## LXX.

## DE NERVA.

QUANTA quies placidi, tanta est facundia Nervæ:

Sed cohibet vires ingeniumque pudor.

Cum siccare sacram largo Permessida posset

Ore, verecundam maluit esse sitim;

Pieriam tenui frontem redimire corona

5

Contentus, famæ nec dare vela suæ.

Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,

Carmina qui docti nota Neronis habet.

*Quanta quies, tanta est eloquentia mitis Nervæ: at vires et ingenium coërcentur modestia. Cum largo ore posset exhaurire sacrum Parmessida, maluit sitire modeste; contentus adornare frontem poeticam exigua corona, nec obsecundare suæ gloriæ. At nihilominus qui novit versus periti Nernis, novit hunc esse Tibullum nostri ævi.*

3 *Cum siccare sacrum* in edd. vett. *Cum siccare sacrum* codex Pulmanni.—  
6 *Contenta est famæ* Beverlandi Ms.—8 *Carmina qui docti nostra* in eodem. *Carmina qui nostri docta* codex Pulmanni.

## NOTE

1 *Quanta quies*] Nervam Imperatorem fuisse pœtam testatur Plinius Junior Epist. 3. Vide Lib. ix. Epig. 27. Animo præterea placidissimo fuit Nerva.

3 *Cum siccare sacrum* [*sacrum*] Parmessis fons labitur ex Parnasso: hoc est, modice bibit ex fonte Musarum, seu pauca scribit carmina, cum alioqui plura, et quidem egregia scribere posset. Scribunt alii, *sacram Permessida*.

5 *Tenui corona*] Ex hedera nempe,

qua leviores pœtæ, epici vero querna corona cingebantur, lib. iv. Epig. 54. Juvenalis Sat. vi. 386. De corona querna fuse Scaliger Ausonian. Lect. lib. i. cap. 10. Carminibus heroicis quernam coronam consequi poterat Nerva, sed Elegiis et Epigrammatibus hederaceam mereri contentus fuit.

8 *Carmina qui docti*] A dulcedine carminis Nervam suum Tibullum dixerat Nero in suis versibus.

## LXXI.

## IN POSTUMIANUM.

QUATUOR argenti libras mihi tempore brumæ  
 Misisti ante annos, Postumiane, decem.  
 Speranti plures (nam stare aut crescere debent  
 Munera) venerunt plusve, minusve duæ.  
 Tertius et quartus multo inferiora tulerunt. 5  
 Libra fuit quinto Septitiana : quid est ?  
 Bessalem ad scutulam sexto pervenimus anno :  
 Post hunc in cotula rasa selibra data est.  
 Octavus ligulam misit sextante minorem :  
 Nonus acu levius vix cochleare tulit. 10  
 Quod mittat nobis, decimus jam non habet annus :  
 Quatuor ad libras, Postumiane, redi.

*O Postumiane, ante decem annos misisti ad me tempore brumæ quatuor libras argenti. Duæ plusve minusve allatæ sunt expectanti plures: nam dona debent stare, vel augescere. Tertius et quartus tulerunt longe inferiora. Quinto libra quidem Septitiana missa est: sexto anno redacti sumus ad scutulam bessalem, post hunc rasa selibra donata est in cotula. Octavus misit ligulam minorem sextante: nonus vix tulit cochleare levius acu. Jam decimus annus non habet quod mittat nobis: O Postumiane, revertere ad quatuor libras.*

6 In edd. vett. *Septitiana quidem*, probante Gronovio. Lectio nostra debetur Scriverio. *quid id?* legit Ant. de Rooy.—10 *Nonus aculeos in cochleare* Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. et sic in codice Vaticano. *Nonus aculeus vix* in codice Pulmanni. *Nonus acu levius mi cochleare* legunt alii. Hoc loco videtur cochlear distingui a ligula, quod multi tamen negant.

## NOTE

1 *Tempore brumæ*] Mense Decembri, quo celebrabantur Saturnalia, et munera amicis mittere solebant Romani.

3 *Nam stare aut*] Plinius Junior lib. iv. Epist. 3. 'Est enim ita natura comparatum, ut antiquiora beneficia subvertas, nisi illa posterioribus cumules,' &c.

*Septitiana*] Duodecim unciis constabat libra Romana, quæ tamen secundo bello Punico urgente ad novem uncias cum semuncia redacta est, et libra Septitiana, ut existimat Raderus, a *Septis*, ubi Romani negotiabantur atque ad pondus vende-

bant, sic dicta, ut conjicit Farnabius.

7 *Bessalem ad scutulam*] Bes significat octo uncias; scutula vero vas capit octo uncias.

8 *In cotula*] Vel *cotyla*, mensuræ est genus, quod sex uncias capiebat. *Rasa selibra*] Forte intelligit simul cum *cotyla* datam fuisse selibræ argenti. Alii *rasa* referunt ad *cotylam*, sed quantitas repugnat.

9 *Octavus ligulam*] Genus mensuræ. Plures alias significationes habet ligula, Epig. 33. supra. Sextans duæ sunt uncia.

10 *Nonus acu levius*] Legunt alii: *Nonus aculeos in cochleare tulit*. Sen-

## NOTÆ

sus prioris lectionis patet. De cochleari dictum Epig. 33. supra. Alii: Poëta.  
*Nonus permodicum vix cochleare tulit.*

## LXXII.

## AD LIBRUM SUUM.

NONDUM murice cultus, asperoque  
 Morsu punicis aridi politus,  
 Artanum properas sequi, libelle ;  
 Quem pulcherrima jam redire Narbo,  
 Docti Narbo Paterna Votieni 5  
 Ad leges jubet annuosque fasces :  
 Votis quod paribus tibi petendum est,  
 Continget locus ille, et hic amicus.  
 Quam vellem fieri meus libellus !

O liber, tu *nondum ornatus purpura, nec politus aspero morsu siccis punicis, festinas comitari Artanum; quem amœnissima Narbo patria eruditi Votieni cogit reverti ad leges, atque annuos fasces: quod tibi optandum est pari desiderio, frueris illo loco, et hoc amico. Quam cuperem fieri meus liber!*

3 *Archanum* in codd. Vat. et Florent. *Archanum* codex Pulmanni.—4 *Quem pulcherrima jam ridere* codex Vaticanus.—5 *Docti patria Narbo Votini* Ald. Junt. Coliu. et Gryph. ‘Gruterus et Scriverius docuerunt in melioribus codd. esse: *Docti Narbo Paterna Votini*; et id confirmat Pontanus Isacius in Appendice ad Itinerarium veteri Inscriptione: COL. JUL. PATERNA. NARBO. Succurrit alia primum edita Sirmondo ad Sidonii Burgum Pontii, in qua hæ siglæ, C. I. P. N. M. significant Coloniam Juliam Paternam Narbonem Marcium.’ Gronovius.—8 Codex Pulmanni: *hinc et hinc amicus.*

## NOTÆ

1 *Murice cultus*] De ornamentis librorum vide lib. I. Epig. 67. et lib. III. Epig. 2.

4 *Narbo*] Galliæ civitas, hodie, *Narbonne*; quæ erat colonia Romana ad Reipublicæ Romanæ imaginem administrata. Romæ erat Senatus, sic in coloniis erant decuriones. Ex decurionibus juridicundo duumviri creabantur singulis annis, qui Romanos

Consules repræsentabant. Hinc Poëta Artanum revocari dicit ad leges, hoc est, ad jus dicendum, et ad fasces, id est, ad Magistratum gerendum. 7 *Votis quod*] Nempe frui illo loco, atque Artano amico.

9 *Quam vellem*] Hoc est, quam optarem ipse vice libelli comitari Artanum.

## LXXIII.

## AD INSTANTIUM.

INSTANTI, quo nec sincerior alter habetur  
 Pectore, nec nivea simplicitate prior ;  
 Si dare vis nostræ vires animosque Thaliæ,  
 Et victura petis carmina ; da, quod amem.  
 Cynthia te vatem fecit, lascive Properti : 5  
 Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.  
 Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli :  
 Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi.  
 Non me Pelignus, nec spernet Mantua vatem,  
 Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit. 10

*O Instanti, quo nec alter æstimatur sincerior corde, nec prior candida simplicitate ; si cupis corroborare atque excitare nostram Thaliæ, et postis versus non perituros ; da, quod amem. O lascive Properti, Cynthia fecit te Poëtam : formosa Lycoris erat ingenium Galli. Venusta Nemesis parit existimationem acuto Tibullo : O erudite Catulle, Lesbia dictavit tibi. Nec Pelignus, nec Mantua contemnet me Poëtam, si quandam Corinnam, si quandam Alexim habuero.*

*De se et aliis poëtis ex codice quodam profert Beverlandus ; et ex alio : De Corinna. Inscriptio in codice Pulmanni est : Ad Sanctonium.—1 Sanctoni, quo codex Pulmanni. Statori Beverlandi Ms.—2 Pectore nec vera in eodem.—5 Cynthia te vatem fecit lasciva in eodem Ms.—9 Beverlandi Ms. nec spernat.—10 Alexis erat in eodem.*

## NOTÆ

3 *Animosque Thaliæ*] Amor quippe Ovidius Corinnam amicam versibus felicem ingenio materiam suppeditat : celeberravit : Mantua autem patria Virgilii, qui ardebat Alexim. Sensus noti sunt Poëtæ, atque eorum amicæ, qui est : Mea etiam carmina legentur a quos recenset noster poëta.

9 *Pelignus*] Alii *Peligni*, populi Pelignis et Mantuanis, licet Ovidio illi, hi Virgilio multum faveant. Italiae Marsis finitimi, quorum caput Corfinium : in Pelignis autem natus

## LXXIV.

## IN MALUM MEDICUM.

HOPLOMACHUS nunc es, fueras ophthalmicus ante :  
 Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

*Nunc es hoplomachus, prius fueras ophthalmicus : medicus egisti, quod agis hoplomachus.*

I Codd. Vat. et Florent. exhibent : *optomicus olim.*  
 Delph. et Var. Clas. *Martial.*

2 R

## NOTÆ

- 1 *Hoplomachus*] Is est, qui armis pugnât, hoc est, gladiator : ophthalmicus vero medicus est qui curat oculos, sic dictus ab ophthalmia, quæ mala est oculi affectio.  
 2 *Fecisti medicus*] Imperitia homines necasti, cum esses medicus, quos et nunc occidis gladiator.

## LXXV.

DE GALLO LINGONO.

DUM repetit sera conductos nocte Penates  
 Lingonus a Tecta Flaminiaque recens,  
 Expulit offenso vitiatum pollice talum,  
 Et jacuit toto corpore fusus humi.  
 Quid faceret Gallus, qua se ratione moveret? 5  
 Ingenti domino servulus unus erat,  
 Tam macer, ut minimam posset vix ferre lucernam :  
 Succurrit misero casus, opemque tulit.  
 Quatuor inscripti portabant vile cadaver,  
 Accipit infelix qualia mille rogus. 10  
 Hos comes invalidus submissa voce precatur,  
 Ut quocumque velint, corpus inane ferant.

*Dum Lingonus a recta via et Flaminia novus redit domum conductam nocte sera, elisit corruptum talum pollice læso, et stratus humi procubuit toto corpore. Quid ageret Gallus, quomodo moveret se? Ingens dominus habebat unum servulum tam tenuem, ut vix posset portare minimam lucernam: fortuna subvenit infelici, et fuit subsidio. Quatuor stigmatici ferebant vile cadaver, qualia mille capit miser rogus. Infirmus comes rogat hos voce submissa, ut portent corpus inane, quocumque libeat.*

*Ad Lucanum* inscribitur in codice Pulmanni.—7 Pro *lucernam*, quod exhibent edd. vett. *Rob. Titius* conj. *laternam*, vel *lucernam*; hoc habent codd. Florent. Vat. et unus chartaceus Beverlandi. Vide lib. xiv. Epig. 61. 62.—12 Ant. de Rooy dubitat an non hoc modo sit dispungendum: *Ut, quocumque velint corpus inane, ferant.* Ut adeo per *corpus inane* non, ut a plerisque fit, intelligatur Gallus, sed *vile cadaver*, de quo vs. 9. Ferant sc. in Puticulas aliumve istiusmodi locum, quo plebeiorum cadavera projiciebantur. Vide Kirchmann. de Funer. lib. II. c. 24. et Perizon. ad Ælian. lib. XII. cap.

## NOTE

- 2 *Lingonus*] Sic dictus, ut aiunt Interpretes, a civitate Lingonum in Gallia, hodie, *Langres*.  
 A *Tecta* [recta] Via recta Flaminie erat proxima, Marlianus l. vi. c. ult.  
 6 *Ingenti domino*] Hoc est, corpore valde obeso.  
 9 *Quatuor inscripti*] Sic dicti a notis et literis, quæ improborum frontibus inurebantur.  
 10 *Infelix rogus*] Hoc est, pauperum rogus, in quem scilicet multi simul conjicerentur.  
 11 *Precatur*] Hos nempe vespiliones.  
 12 *Corpus inane*] Hoc est, mortuum

Permutatur onus, stipataque tollitur alte  
 Grandis in angusta sarcina sandapila.  
 Hic mihi de multis unus, Lucane, videtur: 15  
 Cui merito dici, mortue Galle, potest.

*Onus permutatur, ingens sarcina alte tollitur intrusa in arctam sandapilam. O Lucane, ex pluribus hunc existimo unum, cui jure dici potest, O Galle mortue.*

21. Nec insolens est illa Constructio, ut Infinitivus ex Verbo altero sit sup-  
 plendus. Cf. Terent. Hecyr. III. 1. 37. Justin. II. 5. XII. 6. Nepot. Da-  
 tam. cap. 9. et Cic. Famil. lib. IV. Epist. 1.—13 *Permutatur opus codex Pul-*  
*manni.*

## NOTE

deponant, quocumque in loco volue-  
 rint: jacentem vero suum dominum  
 tollant. Alii putant Poëtam alludere  
 ad Gallos Cybeles sacerdotes, qui  
 castrati inanes seu impotentes erant  
 ad generandum. Videat lector.

13 *Stipata*] Hoc est, Gallus obesus  
 valde coarctatus ponitur in sandapi-  
 la, quæ erat pauperum feretrum. Vel

*stipata* dicitur a quatuor nempe in-  
 scriptis servis libitinariis, qui mor-  
 tuos efferrent.

16 *Mortue Galle*] Dicterium est in  
 Gallos Cybeles sacerdotes, qui impo-  
 tentes ad generandum, et effœminati,  
 merito mortui nuncupabantur. Hic  
 autem Lingonus a vespillonibus ela-  
 tus poterat jure mortuus vocari.

## LXXVI.

## IN GALLICUM.

Dic verum mihi, Marce, dic amabo:  
 Nil est, quod magis audiam libenter:  
 Sic et cum recitas tuos libellos,  
 Et causam quoties agis clientis,  
 Oras, Gallice, me rogasque semper. 5  
 Durum est me tibi, quod petis, negare.  
 Vero verius ergo quid sit, audi:  
 Verum, Gallice, non libenter audis.

*O Marce, dic mihi veritatem, dic quæso: nihil est quod libentius audiam: sic, o Gallice, me oras semper et rogas, cum recitas tuos libellos, et quoties dicis causam clientis. Difficile est me recusare tibi quod postulas. Igitur audi verius vero quid sit: O Gallice, non libenter audis veritatem.*

Hic nullam lectionis varietatem exhibent exemplaria aut scripta aut ex-  
 cusa.

## NOTE

1 *Dic verum*] Idem est argumen-  
 tum lib. V. Epig. 64. et lib. VII.  
 Epig. 27.

8 *Non libenter*] Etenim si verum  
 dixero, non te laudabo, immo dicam  
 te male agere causas.



## LXXVII.

AD LIBERUM AMICUM.

LIBER, amicorum dulcissima cura tuorum,

Liber, in æterna vivere digne rosa ;

Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo

Splendeat, et cingant florea sarta caput.

Candida nigrescant vetulo crystallà Falerno, 5

Et caleat blando mollis amore torus.

Qui sic vel medio finitus vixit in ævo,

Longior huic facta est, quam data vita fuit.

O *Liber*, suavissimum studium tuorum amicorum, *Liber*, digne vivere in æternis rosis ; si sapis, capilli semper tibi niteant Assyrio amomo, et coronæ florea circumdant caput. Crystallà alba nigrescant vetulo Falerno, et blando lectus caleat tenero amore. Qui sic vixit mortuus vel media ætate, hic habuit longiorem vitam, quam concessa fuit.

4 In Beverlandi Ms. florea] sarta comæ.—8 Longior huic facta est in eodem.

## NOTE

2 In æterna rosa] Hoc est, in perpetuis voluptatibus.

3 Assyrio] Hoc est, unguento ex Assyrio amomo.

5 Candida nigrescant] Poculum enim ex crystallo vini infusi colorem trahit : Falernum vero nigrum est.

7 Vel medio] Qui voluptatibus sic se immiscuit, etiam si vel media ætate occidat, diutius tamen vixit, quam Dii concesserint : Poëta enim non numero dierum, sed voluptatibus vitam longiorem æstimat. Lib. 1. Epig. 16.

## LXXVIII.

DE LUDIS STELLÆ.

QUOS cuperet Phlegræa suos victoria ludos,

Indica quos cuperet pompa, Lyæe, tuos,

*Stella celebrator triumphi Hyperborei exhibuit ludos, quos suos optaret victoria*

2 Indica quos cuperet, Pompiliane, tuos ex quodam codice profert Bever-

## NOTE

1 Phlegræa suos] Victoriâ Phlegræam intellige, quam de gigantibus retulit Hercules in planitie Cumææ, quæ olim Phlegræa dicebatur propter flammâs illic erumpentes. Natalis Comes lib. VII. cap. 2. Videndus

et Strabo lib. v.

2 Indica pompa] Quos etiam ludos cuperet Bacchus editos in triumpho quem de India egit, hos Stella exhibuit, ut Domitiani victoriâ de Sarmatis celebraret. Triumphum Bac-

Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi :

O pudor! o pietas! et putat esse parum.

Non illi satis est turbato sordidus auro

5

Hermus, et Hesperio qui sonat orbe Tagus.

Omnis habet sua dona dies, nec linea dives

Cessat; et in populum multa rapina cadit.

Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis :

Nunc dat spectatas tessera larga feras.

10

*Phlegræa, quos tuos optaret pompa Indica, o Bacche: O pudor! O pietas! et credit esse parum. Illi non sufficit Hermus turbidus auro mixto, nec Tagus qui strepit orbe Hesperio. Omnis dies habet sua munera, nec dives linea cessat, et multa diripienda mittuntur in populum. Nunc lascivi nummi sparguntur repentinis nimbis; nunc munifica tessera donat spectatas feras. Volucres non exhibitæ lætantur*

landus.—8 In quibusdam edd. vett. *multa ruina cadit*; in aliis, *multa pruina cadit*.—9 *Nunc veniunt subiti lasciva numismata nimbi* ex veterrimo codice Vati-

## NOTE

chi cum illa Herculis victoria conjunxit etiam Silius lib. 1. 'Qualis odoratis descendens Liber ab Indis Egit pampineos frænata tigride currus; Aut cum Phlegræos confecta mole gigantes Incessit campis tangens Tyrinthius astra.'

5 *Non illi*] Tagus fluvius Hispaniæ, Hermus vero Lydiæ arenas aureas vehunt, quæ Stellæ liberalitati non sufficerent.

7 *Omnis habet*] Ludi celebrabantur per plures dies, quibus singulis in populum munera spargebantur. Suetonius cap. 11. in Nerone: 'Sparsa et populo missilia omnium rerum per omnes dies: singula quotidie millia avium cujusque generis, multiplex penus, tessera frumentariæ, vestis, anrum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ; novissime naves, insulæ, agri.' Hoc loco utitur Turnebus lib. xxix. cap. 9. ut sequentes versus explicet, *Nec linea dives*. Ego, inquit, interpretor gemmas et margaritas, resque pretiosas in linea, quod ego Gallice explico, *filet de perles*. Sic etiam explicat Sal-

masius. Alii lineam divitem sumunt pro ordine subselliorum, et pro orchestra in qua spectabat Senatus. Lipsius in notis ad Raderum missis sic explicat, ut refert ipse Raderus: 'Mili,' inquit, 'videbatur *linea* pro ordine subselliorum capienda, et interpretabatur non solum populum habere quod caperèt in missilibus, sed et Senatum. *Dives igitur linea orchestra*.' Hæc sententia placet Radero; poëta enim, inquit, videtur consilio distinxisse popularia ab orchestra, cum subjecit: *et in populum multa rapina cadit*. Sic Ovidius in *Amoribus* lineam accipit pro ordine sedentium: 'Quid frustra refugis? cogit nos *linea jungi*.' Lineam divitem libenter explicarem schedulam, in qua scriptum esset quid pretiosum, quod referenti schedulam donaretur: in tesseris vero seu globulis ligneis scripta erant ferarum nomina, quæ distribuebantur rapientibus tesseræ. De *linea margaritarum* agitur lege xxvi. ff. 'ad legem Falcidiam,' et lege ultima ff. 'de auro, argento, mundo,' &c.

9 *Nunc veniunt*] E loco nempe

Nunc implere sinus securos gaudet, et absens  
 Sortitur dominos, ne laceretur, avis.  
 Quid numerem currus, ter denaque præmia palmæ,  
 Quæ dare non semper consul uterque solet ?  
 Omnia sed, Cæsar, tanto superantur honore, 15  
 Quod spectatorem te tua laurus habet.

*tuto foveri sinu, et sortito capiunt heros, ne discerpantur. Quid numerem currus, et triginta præmia victoriæ, quæ largiri non semper solent ambo Consules? At, o Cæsar, omnia inferiora sunt tanto honore, quod tu spectas tuam lauream Sarmaticam.*

cano legit Heinsius ad Claud. Paneg. in Prob. et Olyb. Cons. 45. quem vide  
 —12 In edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *nec laceratur avis*: in codice  
 Pulmanni: *ne laceretur avis*.—13 In codd. Vat. et Florent. *æternaque præmia*.  
 —16 Codd. Florent. et Pulmanni: *te tua laurus amet*.

## NOTÆ

superiore sparguntur nummi sestertii, quos lascivos vocat, quod forte populum ad se alliciant vel recreent.

10 *Nunc dat*] Turnebus loco citato sic explicat hunc versum: tesserae globuli erant certæ speciei notis inscripti, quæ ei qui jactam tesseram rapuerat, dabatur. Vide Xiphilinum in Nerone.

11 *Nunc implere*] Hoc est, ut mihi videtur: Aves absentes, seu in arena non exhibitæ tesseris inscriptæ dantur iis, quibus forte contigit tessera:

at vero si aves emissæ fuissent, a diripientibus laceratæ fuissent.

12 *Ne laceretur*] Alii, *nec laceratur*.

14 *Quæ dare*] Sensus est: Plura victoribus præmia dedit Stella, quam ambo Consules, cum simul edunt ludos.

15 *Tanto superantur*] Stellæ Iudi per se quidem celebres, tua præsentia, o Domitiane, celeberrimi facti sunt.

## LXXIX.

## IN FABULLAM.

OMNES aut vetulas habes amicas,  
 Aut turpes, vetulisque fœdiores:  
 Has ducis comites, trahisque tecum  
 Per convivia, porticus, theatra.  
 Sic formosa, Fabulla, sic puella es. 5

*Omnes tuæ amicæ aut sunt vetulæ, aut turpes, et deformiores vetulis: tibi adjungis has comites, et trahis tecum per convivia, porticus, theatra. O Fabulla, sic pulchra, sic puella es.*

2 Codex Vaticanus exhibet: *vetulisque fœdior es*. Cetera, nulla est varietas in exemplaribus.

## NOTÆ

5 *Sic formosa*] Hoc est, collata cum illis vetulis tibi videris formosa.

LXXX.

AD DOMITIANUM.

SANCTORUM nobis miracula reddis avorum,  
 Nec pateris, Cæsar, sæcula cana mori ;  
 Cum veteres Latiae ritus renovantur arenæ,  
 Et pugnat virtus simpliciore manu.  
 Sic priscis servatur honos te præside templis, 5  
 Et casa tam culto sub Jove numen habet.  
 Sic nova dum condis, revocas, Auguste, priora :  
 Debentur quæ sunt, quæque fuere, tibi.

*O Domitiane, restituis nobis miracula sanctorum avorum, nec sinis prisca sæcula perire ; cum antiquæ consuetudines Romanæ arenæ revo-centur, et virtus certet manu simpliciore. Sic, te Imperatore, decus servatur antiquis templis, et casa est in veneratione sub Jove tam culto. Sic, Auguste, dum construis nova, renovas antiqua : quæ sunt et quæ fuerunt, debentur tibi.*

6 In quibusdam edd. vett. *nomen habet* ; et sic etiam in Beverlandi Ms. Vide Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. XII. 78. et Trist. II. 40. 62.—7 In eodem Ms. *renovas pro revocas*, quæ duo verba sæpissime permutata fuere. Vide nos ad Tibull. IV. 1. 113.

NOTÆ

1 *Sanctorum nobis*] Hoc est, pugiles in arena exhibuisti, quos mirabatur antiquitas.

2 *Nec pateris*] Prisca sæcula excidere ex nostra memoria.

4 *Simpliciore manu*] Pugnis tantum, et cæstibus, non ferro, tridente, &c. Raderus.

5 *Sic priscis serratur*] Quemadmodum ludos veteres renovas, sic et templa antiqua veneraris.

6 *Et casa*] Hoc est, antiquum Jovis

templum humile quidem et vile a te restauratum in veneratione est.

*Tam culto sub Jove*] Quem nimirum tam assidue colis, et cui tot et tanta donaria offers.

7 *Sic nova dum*] Domitianus plura templa condidit, atque antiqua plura restauravit. Suetonius in Domitiano. Atque ita, ait Poëta, omnia Reipublicæ tempora sub illo recurrere.

LXXXI.

DE GELLIA.

NON per mystica sacra Dindymenes,  
 Nec per Niliacæ bovem juvencæ,

*Gellia non jurat per sacra mystica Dindymenes, nec per bovem juvencæ Niliacæ,*

Nullos denique per Deos, Deasque  
 Jurat Gellia: sed per uniones. 5  
 Hos amplectitur, hos deosculatur:  
 Hos fratres vocat, hos vocat sorores:  
 Hos natis amat acrius duobus.  
 His si quo careat misella casu,  
 Victuram negat esse se nec horam.  
 Eheu quam bene nunc, Papyriane, 10  
 Annæi faceret manus Sereni!

*tandem per nullos Deos, nec Deas: at per uniones. Foret hos sinu, hos suaviatur. Hos appellat fratres, atque appellat sorores; hos diligit vehementius duobus liberis. Si quo casu infortunata privetur his, affirmat se non esse victuram, nec horam. Eheu, o Papyriane, quam bene nunc faceret manus Annæi Sereni!*

5 In quibusdam edd. *hos perosculatur.*—7 *Hos vatis amat* Junt. an. 1512.—10 *Papyriane* in eadem.

## NOTE

1 *Sacra Dindymenes*] Id est, Cybeles sic dictæ a Dindymo Phrygiæ monte ubi colebatur. Dicitur etiam Berecynthia mater, per cujus sacra jurare solebant antiqui. Lib. iv. Epig. 43. ‘Juro per Berecynthios furores.’

2 *Niliacæ bovem*] Hoc est, nec per Apim bovem, sub cujus specie Ægyptii colebant Osirim, cui nupsit Isis

Ægyptiorum Dea ex Io vacca. Sic Farnabius.

11 *Annæi*] Annæum furem fuisse conjiciunt Interpretes, qui utinam, inquit Poëta, Gelliæ uniones subduxisset, illa præ dolore moreretur digna quidem morte, quippe quæ uniones vehementius liberis, immo et Diis ipsis amet.

## LXXXII.

## AD DOMITIANUM.

DANTE tibi turba querulos, Auguste, libellos,  
 Nos quoque, qui domino carmina parva danus,

*O Auguste, turba tibi offerente supplices libellos, nos etiam qui porrigimus domino*

2 *Nos quoque pro domino* in codd. Vat. et Florent. *Nos quoque quod domino* Ald. Junt. et Colin. *curmina pna* Juntina nostra in margine, i. e. *prona*, errore scribæ, qui in codice viderat *pua*, sive *pva*, i. e. *parva*.

## NOTE

1 *Dante tibi*] Per libellos supplicem principem adibat populus: queruli vero dicuntur libelli, per quos

nempe conquerimur de infortunio vel injuria, atque auxilium petimus.

Posse Deum rebus pariter Musisque vacare

Scimus; et hæc etiamserta placere tibi.

Fer vates, Auguste, tuos: nos gloria dulcis,

5

Nos tua cura prior deliciæque sumus.

Non quercus te sola decet, nec laurea Phœbi:

Fiat et ex hedera civica nostra tibi.

*leves versus, novimus Deum posse simul dare operam negotiis et Musis, atque has quoque coronas tibi gratas esse. O Auguste, fave tuis Poëtis: nos suave decus, nos tua prior cura et deliciæ sumus. Non quercus sola tibi convenit, nec laurea Apollinis: et nostra civica corona fiat tibi ex hedera.*

## NOTÆ

3 *Posse Deum*] Domitianum scilicet, ob servatos cives, et devictos hostes, sed et coronæ ex hedera quæ nobis Poëtis et civibus tuis conveniunt. Virgilius Augustum alloquens Eclog. VIII. sic canit: ‘atque hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros.’

5 *Nos gloria dulcis*] Hoc est, poësim amas.

7 *Non quercus*] Hoc est, non solæ coronæ ex quercu vel ex lauro te de-

M. VAL. MARTIALIS  
EPIGRAMMATUM

LIBER IX.

---

I.

AD AVITUM.

NOTE, licet nolis, sublimi pectore vates,  
Cui referet serus præmia digna cinis,  
Hoc tibi sub nostra breve carmen imagine vivat,  
Quam non obscuris jungis, Avite, viris.

ILLE EGO SUM NULLI NUGARUM LAUDE SECUNDUS: 5  
QUEM NON MIRARIS, SED PUTO, LECTOR, AMAS.

*Non te occultabis Poëta sublimi pectore, quem merita mercede donabit mors tarda.  
O Avite, breve hoc carmen tibi vivat sub nostra imagine, quam jungis præstantibus  
viris. Ille ego sum nulli secundus laude nugarum, quem non miraris, at, opinor, dili-*

1 *Non te celabis* Ald. Junt. et Colin. *Non te celabis* Pulman. Plant. Junian. Lang. et Delph. *Late lucebis* codex Pulmanni. *Non te licet nobis* codex Florentinus. *Note, licet nobis* in aliis codd, unde illud *Nôte*, vel *Non te*, in Florent. Gruterus legendum putat : *Note, licet non vis.*—3 *Hoc et sub nostra Beverlandi Ms.*—8 Juntina nostra in margine exhibet : ‘ V. C. MAJORES MAJORA JUVENT, sive CANENT.’ Hoc propius accedit ad literarum formam in voce SONENT.

NOTÆ

1 *Note, licet nolis* [*Non te celabis*] *lucebis, &c.*  
Jam de Avito diximus lib. 1. Epig. 17. 2 *Cui referet*] Horatius lib. II. Epist.  
Nescio an hic idem fuerit. Utut est, 1. ‘ Urit enim fulgore suo qui præ-  
Martialis imaginem in sua bibliotheca gravat artes Infra se positas : extinctus  
collocaverat. Legunt alii : *Note, licet* amabitur idem.’  
*nolis sublimi pectore vates.* Alii, *late* 5 *Ille ego*] Avitum rogat ut hæc



MAJORES MAJORA SONENT: MIHI PARVA LOCUTO  
SUFFICIT IN VESTRAS SÆPE REDIRE MANUS.

gis, o lector. *Majores canant majora, satis est mihi canenti parva, attractari munibus vestris.*

NOTÆ

quatuor carmina subscribat imagini, fuerat in sua bibliotheca. ejus, quam inter viros præclaros po-

MARTIALIS TURANIO SUO S.\*

Ave, mi Turani,<sup>t</sup> frater carissime. Epigramma,<sup>a</sup> quod extra ordinem paginarum est, ad Stertinium clarissimum virum scripsimus, qui imaginem meam<sup>b</sup> ponere in bibliotheca sua voluit. De quo scribendum tibi putavi, ne ignorares, Avitus iste quis vocaretur. Vale, et para hospitium.

*Ave, mi Turani, frater dilectissime. Scripsimus ad Stertinium virum clarissimum Epigramma quod est extra ordinem paginarum, qui voluit collocare imaginem meam in sua bibliotheca. De quo scribendum ad te existimavi, ne ignorares, quis iste Avitus nominaretur. Vale, atque adorna hospitium.*

//////////

\* ‘Auctoritate codd. freti neque consilio minus P. Scriverii, Epistolio post Epigramma ad Avitum dedimus secundum locum; quod tamen nullum habet in Bodleiano aliisque quibusdam Mss.’ *Farnabius*. Abest etiam in codice Pulmanni: sed primum tenet locum in Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. Inscriptio, *Martialis Turanio suo S.* deest in Ald. Junt. Colin. Gryph. et Lang. *Martialis Torranio suo salutem* in Plant. Junian. et Delph.—1 *Toranni* in edd. vett.

NOTÆ

<sup>a</sup> *Epigramma*] Sequens nempe separatam a reliquis, ita ut primum hujus libri sit *de templo Flaviæ gentis*: Stertinium vero Avitum etiam nominat. [Vide Var. Lect.]

<sup>b</sup> *Imaginem meam*] Moris erat antiqui, doctorum virorum imagines in bibliothecis ponere. Cicero ad Atti-

cum lib. iv. Epist. 9. Juvenalis Sat. vii. ‘Qui facis in parva sublimia carmina cella Ut dignus venias hederis et imagine macra.’ Alii hanc Epistolam scribunt ante primum Epigramma, quod in Ms. exemplari abest, quo usus est Junius.

II.

DE TEMPLO FLAVIÆ GENTIS.

DUM Janus hyemes, Domitianus autumnos,  
Augustus annis commodabit æstates:

*Dum Janus commodabit hyemes, Domitianus autumnos, Augustus æstates; dum*

Dum grande famuli nomen asseret Rheni  
 Germanicarum magna lux Kalendarum :  
 Tarpeia summi saxa dum patris stabunt : 5  
 Dum voce supplex, dumque thure placabit  
 Matrona dives dulce Juliae numen :  
 Manebit altum Flaviae decus gentis,  
 Cum sole, et astris, cumque luce Romana.  
 Invicta quicquid condidit manus, caelum est. 10

*magnus dies Kalendarum Germanicarum sibi vendicabit ingens nomen Rheni subacti: dum saxa Tarpeia summi Jovis manebunt: dum matrona voce supplex, et dum thure placabit suave Numen divae Juliae: summus honos Flaviae familiae durabit cum sole et sideribus, et cum gloria Romana. Quicquid edificavit manus invicta, caelum est.*

2 Codex Florentinus: commendavit aetates.—3 Dum grande Fauni nomen adserunt in codd. Vat. et Florent.—5 Tarpeia summo saxa dum patri codex Pulmanni.—7 Matrona dives dulce Julium numen Ald. Junt. Colin. Gryph. et Lang. Matrona divae dulce Juliae numen codd. Vat. et Florent. cum edd. Plant. Junian. Delph. Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. et Barbou. Matrona divae dulce Juliae nomen codex Pulmanni. Unde lectionem nostram sumserint Edd. Bipontini non reperi. Hoc certum, ceteris omnibus anteferenda est.—10 Codex Pulmanni, caeli est, quod illi magis arridet.

## NOTE

1 Dum Janus hyemes] Janus nomen imposuit mensi Januario, qui pro hyeme, Domitianus Octobri, qui pro autumno; Augustus Augusto, antea Sextili, qui pro aestate sumitur: hoc est, quamdiu erunt illae anni tempestates, tamdiu gentis Flaviae templum durabit. De quo Suetonius in Domitiano cap. 17.

4 Gernunicarum] Hoc est, primus dies Septembris, quem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit Domitianus. Suetonius cap. 13. in Domitiano.

5 Tarpeia] Hoc est: Dum durabit Capitolium.

7 Matrona dives [divae] Juliam Titi nempe filiam perditae amavit Domitianus, teste Suetonio in Domitiano cap. 22. quam mortuam ut deam coli jussit. Dulce numen] Id est, carum Domitiano, aut Romanis ipsis gratum atque optabile. Legunt alii: Matrona dives dulce Julium numen. Prior lectio anteponeunda videtur.

8 Altum decus] Hoc est, superbum illud templum.

10 Caelum est] Hoc est, immortale, atque aeternum ut caelum.

## III.

## IN LUPUM.

PAUPER amicitiae cum sis, Lupe, non es amicae;  
 Et queritur de te mentula sola nihil.

## NOTE

1 Pauper, &c.] Vide Juvenalem genio. Sat. vii. 73. ab eadem mente et in-

Illa siligineis pinguescit adultera cunnis ;  
 Convivam pascit nigra farina tuum.  
 Incensura nives dominæ Setina liquantur ; 5  
 Nos bibimus Corsi pulla venena cadi.  
 Emta tibi nox est fundis non tota paternis ;  
 Haud sua desertus rura sodalis arat.  
 Splendet Erythræis pellucida mœcha lapillis ;  
 Ducitur addictus, te futuente, cliens. 10  
 Octo Syris suffulta datur lectica puellæ ;  
 Nudum sandapilæ pondus amicus erit.  
 I nunc, et miseros, Cybele, præcide cinædos :  
 Hæc erat, hæc cultris mentula digna tuis.

2 In edd. vett. læsa nihil: in Pulmanni codice, digna nihil.—6 Nos bibimus torti in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. —8 At sua codex Pulmanni. Non sua legunt alii.—12 Nondum sandapilæ Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. &c. Nudum sandapilæ in codice Pulmanni.

NOTE

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3 Illa siligineis] Lupus amicas pascebat pane siligineo. Vide lib. xiv. Epig. 69.<br/>                 5 Incensura, &amp;c.] Amicæ tuæ colantur vina optima e Setia, quæ calore suo nives, quibus diluuntur, incendunt. Lib. iv. Epig. 69. 1.<br/>                 6 Corsi pulla] Vilioris notæ vini e Corsica, ejus mella, thyma, et cœlum gravia. Legitur et, torti; quod exponunt, <i>Supremum torculari expressi. Venena cadi</i>] Vina non meliora Vaticanis, quæ dixerat 'toxica.' Lib. i. Epig. 19. et lib. vi. Epig. 92.</p> | <p>7 Nox non tota] Pars noctis.<br/>                 8 Haud sua] Conducta.<br/>                 9 Erythræis] Lib. v. Epig. 37.<br/>                 10 Addictus, &amp;c.] In carcerem vel ædes creditoris, cui a Prætore addicitur ære obrutus.<br/>                 11 Syris] Servis e Syria octophorum gestantibus.<br/>                 12 Nudum [Nondum] Alii, Nudum. Sandapilæ, &amp;c.] Lib. ii. Epig. 81.<br/>                 13 Nunc, &amp;c.] Castra miseros cinædos, ut tibi sint sacerdotes. Ironice. Immo Lupum potius lautum cinædum, qui amicos inguini posthabet.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

IV.

AD DOMITIANUM.

QUANTUM jam Superis, Cæsar, cœloque dedisti,  
 Si repetas, et si creditor esse velis ;

O Cæsar, si repo:cas quantum jam donasti Diis et cælo, et velis esse creditor :

Grandis in æthereo licet auctio fiat Olympo,  
 Coganturque Dei vendere quicquid habent :  
 Conturbabit Atlas, et non erit uncia tota, 5  
 Decidat tecum qua pater ipse Deum.  
 Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis,  
 Quid pro Tarpeia frondis honore potest ?  
 Quid pro culminibus geminis matroua Tonantis ?  
 Pallada prætereo : res agit illa tuas. 10  
 Quid loquar Alciden, Phœbumque, piosque Laconas ?  
 Addita quid Latio Flavia templa polo ?  
 Expectes, et sustineas, Auguste, necesse est :  
 Nam tibi quod solvat, non habet arca Jovis.

*quamvis magna auctio fiat in Olympo æthereo, et Superi cogantur vendere omnia sua bona : Atlas conturbabit, nec erit integra uncia, qua genitor Deorum transigit tecum. Quid enim potest tibi reddere pro templis Capitolinis, quid pro gloria Tarpeia frondis ? Quid uxor Jovis pro geminis delubris ? Omitto Minervam : illa procurat tua negotia. Quid commemorem Herculem atque Apollinem, et pios Laconas : quid templa Flavia addita Latio polo ? O Auguste, oportet te expectare et supersedere : nam arca Jovis non habet unde solvat tibi.*

11 Juntina nostra in margine exhibet : duosque Laconas.—12 Alii legunt : Latio F. t. foro.

## NOTE

3 *Auctio*] Quæ publica est venditio, in qua pretium ab emtoribus certatim augetur : hoc est, licet hæc subjiciantur bona Deorum et Dearum, et sic publice vendantur, pecunia tamen inde collecta non sufficit ut te creditorem dimittant.

5 *Conturbabit Atlas*] Atlas, qui cælum humeris gestat, proscribet cælum, nec unciam seu duodecimam debitorum partem colliget : uncia pars est duodecima assis, qui pro integro debito accipitur. Conturbare significat dissipare. Farnabius interpretatur τὸ conturbabit, cedit foro. Bud. cælum totum tibi decoquet.

7 *Pro Capitolinis*] Capitolium incensum restituit Domitianns.

8 *Quid pro Tarpeia*] Vide lib. iv. Epig. 54. In honorem Jovis Capitolini ludos instituit Domitianus, in quibus laureæ et coronæ quernæ dabantur.

Suetonius in Domitiano cap. 5.

9 *Quid pro cubinibus*] Ex his verbis colligere est Junoni duo templa consecrasse Domitianum.

10 *Pallada prætereo*] Quam superstitiose coluit, in cujus honorem quinquatria instituit. Suetonius in Domitiano.

*Res agit*] Hoc est, Numen est tibi familiare : cum tibi serviat Minerva, ab ea debitum exigere non oportet.

11 *Quid loquar Alciden*] Herculi templum erexit : et Phœbi forte, sic Castoris et Pollucis templum incendio absumentum restituit. Suetonius in Domitiano cap. 5. 'Plurima et amplissima incendio absunta restituit,' templa nempe. Laconas pios dixit, quod Castor et Pollux Lacœnæ Ledæ filii alternatim vivant. De his supra.

12 *Templa polo*] Quæ culmine cæ-

## NOTE

lum tangere viderentur, Epig. 35. in- aiunt, exstructum esset Flaviæ gentis  
fra, et lib. x. Epig. 51. Alii legunt, templum, de quo Epig. 2. supra.  
*Latio foro?* quod juxta forum, ut

## V.

## IN ÆSCHYLUM.

AUREOLIS futui cum possit Galla duobus,  
Et plus quam futui, si totidem addideris :  
Aureolos a te cur accipit, Æschyle, denos ?  
Non fellat tanti Galla : quid ergo ? tacet.

*In Æschilum* in edd. vett.—1 *Æreolis* Juntina nostra in margine ; et sic le-  
gendum putat Rutgersins.—3 *Æschile* edd. vett.

## NOTE

1 *Aureolis*] Id est nummis aureis. Epig. 33. inf.  
Alii, *Æreolis.* 4 *Tacet*] Ore morigeratur.  
2 *Et plus*] Lib. II. Epig. 52. et

## VI.

## IN PAULAM.

NUBERE vis Prisco, non miror, Paula : sapisti.  
Ducere te non vult Priscus : et ille sapit.

O *Paula, cupis nubere Prisco ; sapis. Priscus non vult ducere te : et ille sapit.*

In hujus Epigrammatis lectione nulla varietas est in exemplaribus, aut manu exaratis aut typis impressis.

## NOTE

1 *Paula*] De qua lib. I. Epig. 75. diviti.  
nubere volebat Prisco nobili sane et

## VII.

## AD DOMITIANUM.

TIBI, summe Rheni domitor, et parens orbis,  
Pudice princeps, gratias agunt urbes ;

O *summe victor Rheni, et pater orbis, caste princeps, urbes tibi agunt gra-*

## NOTE

2 *Pudice*] Quod adulteria prohibuisset.

Populos habebunt: parere jam scelus non est.  
 Non puer avari sectus arte mangonis  
 Virilitatis damna mœret ereptæ: 5  
 Nec quam superbus computet stipem leno,  
 Dat prostituto misera mater infanti.  
 Qui nec cubili fuerat ante te quondam  
 Pudor, esse per te cœpit et lupanari.

*tias: frequentabuntur: jam non est crimen gignere. Puer castratus arte mangonis avari non luget amplius jacturam ereptæ virilitatis: nec infortunata genitrix dat infanti prostituto stipem, quam numeret leno arrogans. Tau opera caput esse verecundia in lupanari, quæ olim ante te nec fuerat in toro nuptiali.*

3 *Populus habebunt*, sc. gratias, legendum censet Gruterus.—4 *Non puer aut vir* Beverlandi Ms.

## NOTE

- 3 *Populos habebunt*] Infanda enim quippe infantes a matribus conduce-  
 libido tuo edicto sublata est. bant lenones.  
*Parere jam*] Quia non sunt amplius 8 *Qui nec cubili*] Hoc est, sublatis  
 adulteria. Vide lib. vi. Epig. 67. adulteriis non solum pudica sunt ma-  
 4 *Non puer*] Vide lib. vi. Epig. 2. trimonia, sed et pudor est in lupana-  
 et 4. ri, ubi jam non licet prostituere pu-  
 7 *Dat prostituto*] Prostituendos eros.

## VIII.

## IN AFRUM.

DICERE de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,  
 Continuis volui quinque diebus Ave.  
 Non vacat, aut dormit, dictum bis terque reverso.  
 Jam satis est: non vis, Afer, avere: Vale.

*O Afer, quinque diebus consecutis volui dicere salutem tibi reverso ex Africa. Responsum est mihi reverso bis et ter; non vacat, vel dormit. Jam sufficit: O Afer, non vis avere: vale.*

Hic nulla lectionis varietas est in exemplaribus.

## NOTE

- 4 *Non vis avere*] Hoc est, si non est, morere. Lib. v. Epig. 67.  
 vis ut tibi salutem dicam, vale, hoc

## IX.

## AD DOMITIANUM.

TANQUAM parva foret sexus injuria nostri  
 Fœdandos populo prostituisse mares;  
 Jam cunæ lenonis erant, ut ab ubere raptus  
 Sordida vagitu posceret æra puer.  
 Immatura dabant infandas corpora pœnas. 5  
 Non tulit Ausonius talia monstra pater:  
 Idem qui teneris nuper succurrit ephebis,  
 Ne faceret steriles sæva libido viros.  
 Dilexere prius pueri, juvenesque, senesque:  
 At nunc infantes te quoque, Cæsar, amant. 10

*Quasi esset parva injuria sexus nostri, prostituere populo mares contaminandos; jam cunabula pertinebant ad lenonem, ut puer ereptus ab ubere peteret turpem pecuniam suo vagitu. Corpora immatura luebant pœnas infandas. Pater Italiæ non passus est talia portenta: idem qui nuper subvenit delicatis pueris, ne crudelis libido faceret steriles viros. Pueri, juvenes, et senes amaverunt te antea; sed nunc, o Cæsar, infantes etiam diligunt te.*

3 *Jam curæ* codex Pulmanni; et sic legit Gruterus ex codice Palatino.—  
 8 Codex Pulmanni: *sæva libido mares.* Vide Stat. Sylv. III. de Domitiano:  
 'Nondum pulchra ducis,' &c.

## NOTÆ

1 *Tanquam parva*] Hujus Epigram- 6 *Ausonius pater*] Domitianus.  
 matis idem est argumentum ac Epig. 7 *Succurrit ephebis*] Ne castrarentur:  
 6. supra. tur: supra Epig. 6. et lib. VI. Epig. 2.

## X.

## AD BITHYNICUM.

NIL tibi legavit Fabius, Bithynice, cui tu  
 Annua, si memini, millia sena dabas.  
 Plus nulli dedit ille: queri, Bithynice, noli:  
 Annua legavit millia sena tibi.

*O Bithynice, Fabius nihil tibi legavit, cui tu donabas sex millia annua, si memini. Ille nulli donavit plus: O Bithynice, noli conqueri: tibi legavit sex millia annua.*

Hujus Epigrammatis lectionem non variant membranæ aut libri prelo excusi.

## NOTÆ

4 *Annua legavit*] Quæ tu quotannis liares: nam deinceps nihil donabis.  
 solebas illi donare, ut tibi eum concii-  
*Delph. et Var. Clas. Martial.* 2 S



## XI.

## IN CANTHARUM.

CÆNES, Canthare, cum foris libenter,  
 Clamas, et maledicis, et minaris.  
 Deponas animos truces, monemus :  
 Liber non potes, et gulosus esse.

*O Canthare, cum libenter cænes foris, vociferaris, et obtrectas, et minaris. Sua-  
 demus exuas mentem ferocem: nequis esse liber, atque hcltuo.*

*In Cantarum Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.*

## NOTE

4 *Liber non potes*] Etenim parasit- diri. Lib. II. Epig. 53. ‘Liber eris,  
 tus debet iis, a quibus invitatur, blan- cænare foris, si, Maxime, nolis.’

## XII.

## DE EARINO DOMITIANI.\*

NOMEN cum violis, rosisque natum,  
 Quo pars optima nuncupatur anni ;  
 Hyblam quod sapit, Atticosque flores,  
 Quod nidos olet alitis superbæ :  
 Nomen nectare dulcius beato,  
 Quo mallet Cybeles puer vocari,  
 Et qui pocula temperat Tonanti :  
 Quod si Parrhasia sonet in aula,

5

*O nomen natum cum violis et rosis, quo denominatur optima pars anni, quod  
 redolet Hyblam et flores Atticos, quod olet nidos avis superbæ: o nomen suavius  
 felici nectare, quo appellari mallet puer Cybeles, et qui miscet pocula Jovi: quod si*

2 Pulmanni codex: nominatur anni.—15 Et quos æpes æpes mendose in

## NOTE

\* *De Earino*] Ἐαρ, Latine Ver ;  
 Earinus ergo vernus est, cujus tres  
 primæ syllabæ breves non possunt  
 ingredi tenerum versum.

2 *Pars optima*] Ver enim pulcher-  
 rima est anni tempestas, qua nempe  
 violæ et rosæ, atque omne florum ge-  
 nus nascitur.

3 *Hyblam*] Montem Siciliæ, ubi  
 multi flores, unde melle abundat.

*Atticosque flores*] Quos delibant  
 apes in Hymetto Atticæ monte.

4 *Alitis superbæ*] Hoc est, phæni-  
 cis. Vide lib. VI. Epig. 55. et Epig.  
 86.

6 *Cybeles puer*] Atys nempe, de  
 quo lib. II. Epig. 86.

7 *Et qui pocula*] Ganymedes scili-  
 cet.

Respondent Veneres, Cupidinesque :  
 Nomen nobile, molle, delicatum 10  
 Versu dicere non rudi volebam :  
 Sed tu syllaba contumax repugnas.  
 Dicunt Earinon tamen Poëtæ,  
 Sed Græci, quibus est nihil negatum,  
 Et quos Ἄρες Ἄρες decet sonare : 15  
 Nobis non licet esse tam disertis,  
 Qui Musas colimus severiores.

*loquaris in aula Palatina, Gratiae et Cupidines respondent: volebam celebrare tenero carmine nomen clarum, tenerum, delicatum: at tu, o syllaba contumax, adversaris. Nihilominus Poëtæ dicunt Earinon, at Græci, quibus concessum est quidlibet, et quibus convenit dicere ἄρες ἄρες: non est concessum nobis esse tam eloquentibus, qui veneramur Musas severiores.*

ed. vett. Plant. Junian. Lang. Delph. Schrevel. etiam Barbou, Par. an. 1754. prima enim in ἄρες communiter usurpatur, sed vario accentu.—16 In quibusdam, *desertos*; non ita bene: vide Heins. ad Ovid. Heroid. Epist. XIV. 64. et Broukh. ad Propert. II. 9. 46. Commodè tamen potest defendi. Sæpius enim licet sequente accus. et infinitivo ponitur. Vide Obs. Misc. Tom. v. p. 13. et VV. DD. ad Cæs. B. C. III. 1. omnibus autem illis in locis supprimi dativum nominis, cujus accusativus plerumque expressus sit, eumque splendendum esse, docuit Dukerus ad Liv. XII. 36. 6. Cic. Ligar. ‘liceat esse miseros,’ pro ‘liceat nobis nos esse miseros.’

## NOTÆ

9 *Respondent*] Hoc est: cum tu loqueris, omnis suavitas atque elegantia fluit ab ore tuo.  
 13 *Earinon tamen*] Cujus primam brevem producant Græci Poëtæ.  
 15 Ἄρες Ἄρες] Hoc est, o Mars, o Mars. Homer. Iliad. E. in primo pede producit primam, in secundo corripit.  
 16 *Nobis non licet*] Eadem licentia uti nobis poëtis Latinis non licet.

## XIII.

## DE EODEM.

Si daret autumnus mihi nomen, Ὠπώρινος essem :  
 Horrida si brumæ sidera, Χειμῆρινος.  
 Dictus ab æstivo Θέρινος tibi mense vocarer :  
 Tempora cui nomen verna dedere, quis est ?

*Si ducerem nomen ab autumnno, Autumnalis essem; si ab horridis astris hyemis, Hybernus. Denominatus ab æstivo mense appellarer a te Æstivus. Quis est, qui nomen duxit a verno tempore?*

3 Ald. Junt. Colín. Gryph. Pulman. Lang. &c. *mihi mense vocarer, im-*

probante Farnabio. Lectionem nostram primus reposuit Domitius Calderinus.

## NOTÆ

3 *Tibi mense*] Alii legunt, *mih*, *m*- 4 *Quis est*] 'Εδπιος nimirum, hoc  
nus bene: idem est argumentum ac est, *Vernus*.  
præcedentis Epigrammatis.

## XIV.

## DE EODEM.

NOMEN habes, teneri quod tempora nuncupat anni,

Cum breve Cecropiæ ver populantur apes:

Nomen, Acidalia meruit quod arundine pingi,

Quod Cytherea sua scribere gaudet acu:

Nomen, Erythræis quod litera facta lapillis,

5

Gemma quod Heliadum pollice trita notet:

Quod penna scribente grues ad sidera tollant;

Quod decet in sola Cæsaris esse domo.

*Tibi nomen est, quod denominat tempora anni teneri, cum apes Atticæ depascunt caducos flores veris. Nomen quod meruit pingi calamo Veneris, quod scribere sua acu letatur Venus. Nomen quod signet litera composita gemmis, et succinum attractatum manibus Heliadum. Quod penna scribente attollant grues ad astra, quod dignum est existere in solis ædibus Cæsaris.*

7 *Quod penna stridente* in quibusdam. Vide Var. Notas.

## NOTÆ

1 *Nomen habes*] Vide duo præcedentia Epigrammata. Earini nomen a vere deductum est.

2 *Cum breve*] Hoc est, flores veris, qui breviter marcescunt. Lib. 11. Epig. 46. idem dixit.

3 *Acidalia meruit*] Venus Acidalia dicta est lib. vi. Epig. 13. quæ cum veri præsideat flores variis coloribus pingere fertur.

5 *Nomen, Erythræis*] Uniones, et margaritas intellige, quæ in Erythræo seu rubro mari reperiuntur. Lib. v. Epig. 37.

6 *Gemma quod Heliadum*] Succinum intellige, quod tritum manibus sua-

vitur olet. Lib. iv. Epig. 59. egimus de sororibus Phaëthontis, seu Heliadibus: 'Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit, Fluxit in obstantem succina gemma feram.'

7 *Quod penna scribente*] Grues, inquit Interpretes, gregatim volando literam Y efficiant, quæ affinitatem habet cum Latina litera V, veris scil. prima litera. Vide lib. xiii. Epig. 75. Alii forte melius legunt, *penna stridente*, suo enim adventu veris quoque adventum nuntiant et celebrant grues, atque ita Earini nomen a vere deductum videntur pariter celebrare. Judicet lector.

## XV.

## IN AMICUM CŒNIPETAM.

HUNC, quem cœna tibi, quem mensa paravit amicum,

Esse putas fidæ pectus amicitiae?

Aprum amat, et mullos, et sumen, et ostrea, non te.

Tam bene si cœnem, noster amicus erit.

*An credis esse pectus fidæ amicitiae hunc, quem amicum cœna, quem tibi concilia-  
vit mensa? diligit aprum, et mullos, et sumen, atque ostrea; non te. Si tam laute  
cœnem, noster erit amicus.*

~~~~~

*In fictos amicos est inscriptio in Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Plant.
Junian. Pulman.—3 Aprum amat, et mullos Ald. Junt. Colin. Lang. &c. mullos
codex Pulmanni.—4 Edd. vett. amicus eris. Lectionem nostram exhibet codex
Pulmanni.*

NOTÆ

1 *Hunc, quem*] Immo gulosus non 4 *Erit*] Alii, *eris*.
amicus est.

XVI.

DE CHLOE.

INSCRIPTIT tumulo septem celebrata virorum

Se fecisse Chloë: quid pote simplicius?

*Famosa Chloë inscripsit sepulcro septem maritorum, se fecisse: quid potest
apertius?*

~~~~~

1 *Pro celebrata*, quod exhibent Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Lang. &c.  
alii legunt, *scelerata*; et sic codex Pulmanni.—2 Alii legunt, *Simplicius*, prima  
litera majori.

## NOTÆ

1 *Celebrata*] Solennia busta intelli-      muli: 'Chloë fecit;' Epitaphium  
git Domitius, sed sane epithetum est      nempe, vel tumulum, septem maritis,  
quod refertur ad Chloën: hoc est,      quos ab ea sublatos veneno intelligit  
famosa Chloë: unde alii legunt, *scelera-      Poëta.*  
*rata*: hæc nempe erat inscriptio tu-

## XVII.

## DE COMA EARINI.

CONSILIUM formæ speculum dulcesque capillos

Pergameo posuit dona sacrata Deo,

*Ille puer in pulatio jucundissimus tanto domino, qui notat verna temporu suo no-*

## NOTÆ

1 *Consilium formæ*] Earinus Domi-      suam comam pro antiquorum more  
tiani puer, de quo supra, detonsam      misit Æsculapio Deo patrio; nam

Ille puer tota domino gratissimus aula,  
 Nomine qui signat tempora verna suo.  
 Felix, quæ tali censetur munere tellus!  
 Nec Ganymedeas mallet habere comas.

5

*mine, obtulit Deo Pergameo munera sacra, speculum consilium pulchritudinis, et suavem cæsariem. O beatum solum quod decoratur tali dono, nec mallet habere capillos Ganymedis.*

3 *Ille puer tanto* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. et Delph. *Ille puer totæ domino gratissimus aulæ* in quibusdam edd. Lectionem nostram exhibent Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. et recentt.—4 *Nomine qui signet* in edd. vett.—5 Beverlandi Ms. *nomine tellus.*

## NOTÆ

Pergameus erat Earinus. Lege lib. 111. Stat. Sylv. de 'Coma Earini.' quem Domitianus amabat præ ceteris omnibus pueris sui palatii. Legunt alii, *Ille puer tota.* Alii, *Ille puer tantæ domino gratissimus aulæ,* quæ lectio non contemnenda videtur.

4 *Nomine qui*] Earinus enim a vere nomen duxit.

3 *Domino gratissimus*] Hoc est,

## XVIII.

## DE EADEM AD ÆSCULAPIUM.

LATONÆ venerande nepos, qui mitibus herbis  
 Parcarum exoras pensa, brevesque colos;  
 Hos tibi laudatos domino sua vota capillos  
 Ille tuus Latia misit ab urbe puer.

*O colende nepos Latonæ, qui lenibus herbis moraris stumina Parcarum, et breves colos: tuus ille puer ab urbe Roma misit ad te comam commendatam voce domino-*

*Ad Æsculapium* inscriptio est in edd. vett.—3 *Hos tibi laudatos dominorum voce capillos* Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. *Hos tibi laudatos domino sua vota* in codice Vaticano. *Hos tibi laudatos doini rata vota* in Thumano; i. e. *doini*, sen *domini*. Janus Guilielmus ex Jacobi Hutteri codice restituit, *domino rata vota*; tonsura enim voti non raro symbolum. Vide lib. 1. Epig. 32. Jun. de Coma, et VV. DD. ad Juvenal.

## NOTÆ

1 *Latonæ venerande*] Latona peperit Apollinem, ex quo et Coronide Nympha natus est Æsculapius medicinæ inventor.

2 *Parcarum exoras*] Ab Æsculapio enim Hippolytum vitæ restitutum fa-

bulantur Poëtæ. De Parcis quæ hominum fata moderantur jam sæpius dictum.

4 *Ille tuus*] Earinus quippe Pergameus erat, Epig. præcedenti.

Addidit et nitidum sacratis crinibus orbem,  
 Quo felix facies iudice tota fuit.  
 Tu juvenile decus serva, ne pulchrior ille  
 In longa fuerit quam brevior coma.

*rum. Adjunxit quoque sacratis capillis splendidum orbem, quo arbitro totus vultus fuit venustus. Tu conserva ipsi venustatem juventutis, ne ille formosior fuerit in longa cæsarie, quam in breviora.*

//////////

Sat. XII. 81.—6 In edd. vett. *iudice tota fuit* : in aliis, *iudice tuta fuit* ; et sic codd. Thuan. Palat. et Gruteri. *indice tota fuit* codex Pulmanni. Voces *index* et *jndex* sæpissime permutantur. Heins. ad Ovid. Amor. I. 14. 46. legit *culta* pro *tota* ; et hæc duæ voces frequenter in libris antiquis confunduntur. —7 Ant. de Rooy cogitabat : *nec pulchrior ille* ; sed eodem redit.

## NOTE

5 *Addidit et nitidum*] Speculum, formæ speciem sincere reddit.  
 quod consilium formæ vocavit superiori Epig. iudicem appellat et quidem incorruptum ; nam acceptam 7 *Tu juvenile*] Hoc est, o Æsculapi, fac ut Earinus tam formosus sit tonsus, quam fuerit antea intonsus.

## XIX.

## AD CÆSAREM DOMITIANUM.

Est mihi, sitque precor longum te præside, Cæsar,  
 Rus minimum : parvi sunt et in urbe Lares.  
 Sed de valle brevi, quas det sitientibus hortis,  
 Curva laboratas antlia tollit aquas.  
 Sicca domus queritur nullo se rore foveri,  
 Cum mihi vicino Martia fonte sonet.

*O Cæsar, est mihi villa minima, et opto ut sit, te diu imperante ; sunt etiam in urbe exiguæ ædes. At curra antlia effert ex valle brevi aquas magno labore, quibus irriget hortos aridos. Ædes aridæ expostulant nullo se rore irrigari, cum aqua*

//////////

3 Langius : *sitientibus herbis*, sine aliqua notatione, cum in aliis vett. *sit hortis*.—4 *Cura* in Ald. Junt. Colin. Gryph. et Lang. *Curva* in aliis vett. *Curta* Pithæus in Advers. Subsec. lib. II. cap. 19. et sic ex optimis libris legit Heins. ad Ovid. Fast. II. 645. quem vide.

## NOTÆ

1 *Est mihi*] De suburbano Martialis prædio jam dictum est, lib. VIII. Epig. 61. riebantur a verbo ἀντλήω, *haurio*. Alii *cura*.  
 4 *Curva laboratas*] Antlia erat machina, qua magno labore aquæ hauriebantur. 6 *Martia*] De qua egimus lib. VI. Epig. 42.

Quam dederis nostris, Auguste, Penatibus undam,  
Castalis hæc nobis, aut Jovis imber erit.

*Martia mihi obstrepat vicino fonte. O Auguste, quam aquam concesseris nostris ædibus, existimabo hanc Castatiam, aut pluviam Jovis.*

## NOTE

8 *Castalis hæc nobis*] Hoc est, illa versus fuit Jnpiter cum adiit Danaën, aqua æque mihi grata erit, ac si e forte intelligit. De aqua Castalia fonte Musarnm aut ab ipso Jove da- lib. vii. Epig. 22.  
retur; imbrem aureum, in quem con-

## XX.

## IN SABELLUM.

LAUDAS balnea versibus trecentis  
Cœnantis bene Pontici, Sabelle.  
Vis cœnare, Sabelle, non lavari.

*O Sabelle, trecentis carminibus celebras balnea Pontici cœnantis laute. O Sabelle, cupis cœnare, non lavari.*

Hic nulla lectionis varietas in libris calamo exaratis aut typis impressis; nisi quod Beverlandi Ms. pro *Sabelle* v. 2. habet, *Fabelle*, manifesto errore.

## NOTE

1 *Laudas balnea*] Non quod illa Lib. ii. Epig. 14.  
probabat, sed quod cœnam captabat.

## XXI.

## AD DOMITIANUM.

HÆC, quæ tota patet, tegiturque et marmore, et auro,  
Infantis domini conscia terra fuit.  
Felix, quæ tantis sonuit vagitibus, et quæ  
Vidit reptantes, sustinuitque manus!

*Hæc tellus quæ facilis aditu tota tegitur et marmore, et auro, fuit conscia domini infantis. Beata quæ sonuit tantis vagitibus, et quæ spectavit et fulsit manus rep-*

3 *Felix o tantis* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Gruterus scripturam Palatini probat, legentis: *O felix quantis sonuit vagitibus, et quas.* Nec dubitat de ve-

## NOTE

1 *Hæc, quæ tota patet*] Illic enim possunt omnes adire.  
conditum est templum Flaviæ gentis 2 *Infantis domini*] Hic locus nas-  
marmoreum atque inauratum, quod centem Domitianum excepit.



Hic steterat veneranda domus, quæ præstitit orbi, 5  
 Quod Rhodos, astrifero quod pia Creta polo.  
 Curetes texere Jovem crepitantibus armis,  
 Semiviri poterant qualia ferre Phryges.  
 At te protexit Superum pater, et tibi, Cæsar,  
 Pro jaculo et parma, fulmen et ægis erat. 10

*tantes. Hic venerabiles ædes steterant, quæ dederunt mundo, quod Rhodos, et quod pia Creta cælo stellifero. Cretenses tuiti sunt Jovem armis crepitantibus, qualia portare valebant semiviri Phryges. Sed, o Cæsar, genitor Deorum defendit te, atque habebas fulmen et Ægida pro telo et scuto.*

ritate hujus scripturæ, cum ei patrocinentur, et quasi columnam supponant omnibus literis membranæ aliæ, et editio omnium antiquissima.—7 *Cretenses texere Jovem* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. &c.—9 *Beverlandi Ms. porrexit superum.*

## NOTÆ

5 *Quæ præstitit*] Domitianum Deum, ut Rhodus Neptunum, et Creta Jovem, quem aluit, quamobrem pia dicitur lib. iv. Epig. 1.

7 *Curetes* [*Cretenses*] Alii *Curetes*. Jovem clam subductum Saturno aluerunt in Creta insula. Hanc fabulam lege apud Natalem Comitem lib. ix. cap. 7. et Lucretium lib. ii. ubi de Curetibus sic loquitur: 'qui Jovis illum Vagitum in Creta quondam oc-

cultasse feruntur, Cum pueri circum puerum pernice chorea Armati in numerum pulsarunt æribus æra.'

8 *Semiviri*] Corybantes seu Curetes Cybeles comites castrati ex Phrygia orti, lib. i. Epig. 71. et lib. iii. Epig. 90.

9 *At te protexit*] Vitelliano bello delitescens in Capitolio. Suetonius in Domitiano. De Ægide dictum lib. vii. Epig. 1.

## XXII.

## AD AUCTIONEM.

ARTEMIDORUS habet puerum; sed vendidit agrum:  
 Agrum pro puero Calliodorus habet.  
 Dic, uter ex istis melius rem gesserit, Aucte?  
 Artemidorus amat, Calliodorus arat.

*Artemidoro puer est; at vendidit agrum: Calliodoro ager est pro puero. Dic, Aucte, uter ex istis melius consuluerit suis rebus? Artemidorus amat, Calliodorus arat.*

Nullam lectionis varietatem in hoc Epigrammate exhibent exemplaria scripta aut excusa.

## XXIII.

## AD PASTOREM.

CREDIS ob hoc me, pastor, opes fortasse rogare,  
 Propter quod vulgus crassaque turba rogat:  
 Ut Setina meos consumat gleba ligones,  
 Et sonet innumera compede Tuscus ager:  
 Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes, 5  
 Et crepet in nostris aurea lamna toris:  
 Nec labris nisi magna meis crystalla terantur,  
 Et faciant nigras nostra Falerna nives:  
 Ut Canusinatus nostro Syrus assere sudet,  
 Et mea sit culto sella cliente frequens: 10

*O pastor, putas forte me petere divitias ea de causa propter quam vulgus et crassa turba petit: ut vites Setinae consumant ligones meos, et Tusci agri strepant multis compedibus: ut mensae ex Mauritania fulciantur centum dentibus eburneis, et aurea lamina sonet in nostris lectis: nec terantur meis labris nisi ingentia crystalla, et nostra Falerna infuscent nives: ut Syrus canusinatus sudet sub nostra lectica, et mea sella stipetur multis clientibus ornatis: ut ebrius conciva ardeat nos-*

//////////

1 *Credis obhaec* Gruterus ex codd.—2 *Propter quae* in iisdem codd.—5 *Ut Magni Beverlandi Ms.*—6 *Codex Pulmanni, lamna.* Librarius procul dubio iuenerat in exemplari suo, *lana*, i. e. *lamna*, quod et *lamna* legi possit, si tale fuerit verbum. Sed *lamna* est contractio pro *lanina*; et hoc *lamna* legi

## NOTE

- 1 *Pastor*] Forte is est cujus mentionem facit Plinius Junior lib. 1. Epist. 18.
- 2 *Propter quod*] Ad luxum nempe et voluptates, plerique optant divitias.
- 3 *Ut Setina*] Setia civitas Latii, ubi optimum vinum. Lib. 14. Epig. 64.
- 4 *Innumera compede*] Hoc est, ut innumeri servi compedibus vincti opus faciant in meis Etruriae agris.
- 5 *Ut Mauri Libycis*] Hoc est, mensae allatae ex Mauritania impositae dentibus Libycis, id est, dentibus eburneis elephantorum, quibus abundat Libya. Lib. 11. Epig. 43. 'Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.' Tò *centum* forte refertur ad *orbes*.
- 6 *Et crepet in*] Aurea nempe bractea lecti, quibus accumbebant, ornabantur. Lib. VIII. Epig. 33.
- 7 *Crystalla*] Quae apud Romanos summo erant in pretio.
- 8 *Et faciant nigras*] Quia Falernum est nigrum. Lib. v. Epig. 64.
- 9 *Ut Canusinatus*] Hoc est, ut servi ex Syria missi vestibus induti ex lana Canusina confectis, de qua lib. XIV. Epig. 127. et 129. *Assere sudet*] Id est, sub lecticae ligno prominenti, cui servi humeros subjiciunt; Canusium vero Apulorum Dauniorum oppidum.

Æstuet ut nostro madidus conviva ministro,  
 Quem permutatum nec Ganymede velim:  
 Ut lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas,  
 Et Massyleum virga gubernet equum.  
 Est nihil ex istis: superos, ac sidera testor.  
 Ergo quid? ut donem, pastor, et ædificem.

15

*trum famulum, quem nec permutatum velim Ganymede: ut mula luto aspersa mihi inquinat purpureas lacernas, et virga regat equum Massyleum. Nihil opto ex his: testes alhibeo Deos et astru. Quid igitur? O pastor, ut donem et ædificem.*

//////////

possit, et ex marginali glossa verisimile sit.—12 Alii pro *velim*, quod exhibent edd. vett. habent *velis*; alii, *velit*.—14 *Et Massyla meum* codex Pulmanni.

## NOTE

13 *Tyrias mihi*] Ut mihi mula vecto vestes purpureæ inquinentur.

14 *Et Massyleum*] Massyli seu Numidæ virga, non frænis, regunt equos.

Virgilius *Æn.* iv. Lucanus lib. iv.

‘Et gens quæ nudo residens Massylia tergo Ora levi flectit frænorum ne scia virga,’ &c.

## XXIV.

AD CARUM. -

O cui virgineo flavescere contigit auro,  
 Dic ubi Palladium sit tibi, Care, decus?  
 Aspicias en domini fulgentes marmore vultus,  
 Venit ad has ultro nostra corona comas.

*O Care, cui contigit flavescere auro virgineo, dic ubi posueris ornamentum Palladis? Vides en faciem Domini splendentem marmore, nostra corona sponte accessit ad*

## NOTÆ

1 *O cui*] Quærit a Caro suo amico, ubinam posuerit auream coronam, qua donatus fuerat in ludis celebratis in honorem Minervæ, lib. iv. *Epig.* 54. unde aurum virgineum dicitur, quasi ab ipsa virgine Minerva donatum.

3 *Aspicias en*] Respondet Carus marmoreæ Domitiani statuæ se imposuisse suam coronam.

5 *Albanæ vivere*] Subjungit Martialis: Quæna corona quam solet ferre Imperator, lib. viii. *Epig.* 82. poterit invidere huic olivæ Albanæ, hoc est, coronæ aureæ factæ in similitudinem foliorum olivæ, quam tu, o Care, in Albano monte, ubi celebrabantur Quinquatria, reportasti, et qua coronasti statuam Cæsaris: pia autem quercus dicitur, quod Jovi dicata sit.

Albanæ vivere potest pia quercus olivæ, 5  
Cinxerit invictum quod prior illa caput.

*hæc capillos. Pia quercus potest invidere Albanæ olivæ, quod illa potior circumde-  
derit invictum caput.*

6 *Cinxerit invictum* Junt. an. 1512. Cetera, nulla est lectionis varietas in hoc Epigrammate.

## XXV.

AD EUNDEM.

QUIS Pallatinos imitatus imagine vultus  
Phidiacum Latio marmore vicit ebur?  
Hæc mundi facies; hæc sunt Jovis ora sereni:  
Sic tonat ille Deus, cum sine nube tonat.  
Non solam tribuit Pallas tibi, Care, coronam: 5  
Effigiem domini, quam colis, illa dedit.

*Quis Romano marmore superavit ebur Phidiacum imitatus simulacro vultus Pala-  
tinos: hæc est facies mundi, hæc sunt ora Jovis placidi: sic ille Deus tonat, cum  
tonat serenus. O Care, non tantum Minerva tibi concessit coronam, illa donavit  
quoque imaginem domini, quam veneraris.*

6 Codex Pulmanni: *quam colit.* Lectionem nostram exhibent Ald. Junt. Coliu. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Laug. Delph. &c.

## NOTÆ

1 *Pallatinos vultus]* Hoc est, quis statuarius Domitiani formam tam bene expressit, ut ipsum Phidiam cælando ebore præstantem, de quo lib. vi. Epig. 13. superaverit. 4 *Cum sine nube tonat]* Hoc est, sine ira, quæ frontis serenitatem turbet.  
3 *Hæc mundi]* Hoc est, illa imago marmore expressa nitet ut facies mundi, seu Sol, meo judicio. 5 *Non solam]* Minerva dedit coronam de qua Epig. præced. sed et hanc Domitiani statuam, cujus mirum artificium nulli potest nisi ipsi tribui.

## XXVI.

IN AFRUM.

DANTEM vina tuum quoties aspeximus Hyllum,  
Lumine nos, Afer, turbidiore notas.

O Afer, quoties intuiti sumus Hyllum tuum ministrantem vina, conjicis in nos

1 *Hylum* in quibusdam vett. et sic codd. Juvenalis.—6 *Porrigat, et vultus*

Quod rogo, quod scelus est, mollem spectare ministrum?

Aspicimus solem, sidera, templa, Deos.

Avertam vultus, tanquam mihi pocula Gorgon 5

Porrigat, atque oculos oraque nostra tegam?

Trux erat Alcides: sed Hylam spectare licebat.

Ludere Mercurio cum Ganymede licet.

Si non vis teneros spectet conviva ministros:

Phineas invites, Afer, et Œdipodas. 10

*torros oculos. Quid quaeso? Quod crimen est intueri tenerum famulum? intuemur Solem, astra, templa, numina: an avertam faciem, quasi Medusa mihi ministret pocula, et relabo oculos atque os? Hercules erat atrox: ut fas erat aspicere Hylam. Concessum est Mercurio joculari cum Ganymede. Si non vis, ut conviva intueatur molles famulos, o Afer, invites Phineas atque Œdipodas.*

~~~~~  
oraque nostra tegat codex Pulmanni: *oraque nostra petat* Beverlandi Ms.

NOTE

5 *Avertam vultus*] Hoc per ironiam dicit Poëta. Vide lib. x. Epig. 98.

Gorgon] Hoc est, Medusa, quæ aspectu suo homines in lapides convertebat, cujus historia satis nota.

7 *Sed Hylam*] Herculis puerum de quo egimus lib. v. Epig. 48.

8 *Cum Ganymede*] Jovis puero.

10 *Phineas*] Accusativus est Græ-

cus: Phineus duas uxores duxit, secundæ suasu susceptos ex priore liberos excæcavit, quam ob causam et ipse a Diis excæcatus est. Œdipi vero historia nota est ex Euripide in Phœnissis, qui cognitis suis sceleribus sibi ipse oculos effodit. Sensus est: O Afer, invites cæcos.

XXVII.

DE N E R V A.

AUDET facundo qui carmina mittere Nervæ,

Pallida donabit glaucia, Cosme, tibi.

Qui audet mittere versus diserto Nervæ, o Cosme, tibi dedit pallia Glaucina.

~~~~~  
 2 *Pallia donavit glaucina* in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Calderin. Plant. Junian. Lang. et Delph. *Pallida donabit glaucia* in optt. codd. et sic

## NOTE

1 *Nervæ*] Cujus versus jam laudavit lib. viii. Epig. 70. et Plinius Junior lib. v. Epist. 3.

2 *Pallida* [*Pallia*] *glaucia*] Glauci coloris vestes, quæ viles habebantur, mittit Cosmo purpureas habenti. Nescio an hic sit Cosmus de quo lib. i. Epig. 88. et lib. iv. Epig. 53.

Pæstano violas, et cana ligustra colono,  
 Hyblæis apibus Corsica mella dabit.  
 Sed tamen et parvæ nonnulla est gratia Musæ: 5  
 Appetitur posito vilis oliva lupo.  
 Nec tibi sit mirum, modici quod conscia vatis  
 Judicium metuat nostra Thalia tuum.  
 Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures,  
 Lascivum juvenis cum tibi lusit opus. 10

*Donabit violas, atque alba ligustra colono Pæstano, et mella Corsica Hyblæis apibus. Sed nihilominus tenues versus placent aliquo modo: vilis oliva appetitur lupo appposito. Nec mireris quod nostra Thalia conscia Poëtæ mediocris timeat judicium tuum. Ipse quoque Nero fertur veritus tuas aures, cum juvenis tibi recitavit opus lascivum.*

Gruter, Scriv. Farnab. et Schrevel. *Pallia donabit glaucina* in aliis.—6 *Et petitur*, vel *Ut petitur* conj. Ant. de Rooy. Codex Pulmanni: *posito jugis*; et sic ex Vat. et Puteaneo legit Heins. ad Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 267. Nostram lectionem exhibent ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.—8 *Judicium metuat* testantur Palat. cum iisdem edd. vett. *Judicium metuūt* codd. Thuan. et Pulmanni. *Judicium meruit* codex Vaticanus.—10 *Lascivus juvenis* codex Pulmanni.

## NOTÆ

3 *Pæstano*] Ager Pæstanns omni 6 *Posito lupo*] Pisce delicato. Vi-  
 florum genere abundavit. Lib. v. lis] Alii *jugis*.  
 Epig. 37. 7 *Nec tibi*] Nervam alloquitur, cu-  
 4 *Corsica mella*] Amari nempe sa- jus aurem censoriam timebat ipse  
 poris. De Hybla lib. vii. Epig. 88. Nero. Lib. viii. Epig. 70.

## XXVIII.

## IN CHRESTUM.

CUM depilatos, Chreste, coleos portes,  
 Et vulturino mentulam parem collo,  
 Et prostitutis lævius caput culis,  
 Nec vivat ullus in tuo pilus crure,  
 Purgentque crebræ cana labra volsellæ; 5  
 Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos,

5 *Purgentque sævæ* in cod. Pulmanni, cum edd. vett. Ferrar. Ald. Junt.

## NOTÆ

1 *Chreste*] De quo jam lib. vii. Alii, *pingantque*.  
 Epig. 55. 6 *Curios, &c.*] Et habes usque in  
 3 *Prostitutis, &c.*] Cinædorum. ore veterum incultam gravitatem et  
 5 *Purgentque*] Lib. ii. Epig. 29. continentiam. Sic lib. i. Epig. 25.

Et quicquid usquam legimus pilosorum  
 Loqueris, sonasque grandibus minax verbis;  
 Et cum theatris sæculoque rixaris.  
 Occurrit aliquis inter ista si draucus, 10  
 Jam pædagogo liberatus, et cujus  
 Refibulavit turgidum faber penem:  
 Nutu vocatum ducis, et pudet fari,  
 Catoniana, Chreste, quod facis lingua.

Calderin. &c. *Pingantque crebræ* in aliis.—7 *Et quicquid unquam legimus pilosorum* in codice Pulmanni. *Et quicquid usquam legimus pilosorum* Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Lang. &c.—9 *Et cum theatro* in iisdem. *Et cum theatris* codex Pulmanni.—10 In edd. vett. *ista draucus, et*. In codice Pulmanni: *ista si draucus*; unde ille nostram eruit lectionem.

NOTÆ

9 *Et cum theatris, &c.*] Et exclamas: O tempora! O mores! indignatus theatra et sæcula hæc quasi ludicra et lasciva nimis.

11 *Jam pædagogo, &c.*] Qui ex ephedris excesserit.

12 *Refibulavit turgidum*] Fibulam

solvit et sustulit. Lib. vii. Epig. 82. *Faber penem*] Erat enim fibula ex ære, dicto lib. vii. Epig. 82.

13 *Pudet fari*] Jubet me pudor tacere quid agat lingua tua, qua te profiteris tertium moribus Catonem.

14 *Facis lingua*] Lib. ii. Epig. 72.

XXIX.

EPITAPHIUM LATINI.

DULCE decus scenæ, ludorum fama, Latinus  
 Ille ego sum, plausus, deliciæque tuæ:  
 Qui spectatorem potui fecisse Catonem,  
 Solvere qui Curios Fabriciosque graves.  
 Sed nihil a nostro sumsit mea vita theatro, 5  
 Et sola tantum scenicus arte feror:

*Ille ego sum Latinus, suave ornamentum scenæ, fama ludorum, plausus, et tua voluptas: qui potuissem allicere Catonem ad spectacula, et recreare Curios atque austeros Fabricios. At mores mei nihil acciperunt a theatro, et mimus dicor sola tan-*

5 *Sed nihil a verso* in codice Vaticano; unde Beverlandus legi jussit: *Scd*

NOTÆ

1 *Latinus*] Temporibus Domitiani mimus celebris. Lib. i. Epig. 5.

3 *Fecisse Catonem*] Virum nempe omnium gravissimum. Lib. i. Epig. 3.

4 *Solvere qui*] Hoc est, risum excitare Curii et Fabricii viris gravissi-

mis, de quibus Livius, et passim alii.

5 *Sed nihil*] Hoc est, gestu quidem lascivus fui, at moribus probus, sic Martialis de se ipso, lib. i. Epig. 5. 'Lasciva est nobis pagina, vita proba est.'



Nec poteram gratus domino sine moribus esse :

Interius mentes inspicit ille Deus.

Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi,

Roma sui famulum dum sciat esse Jovis.

10

*tum arte : nec poteram placere domino sine moribus castis : ille Deus penitius in-  
tuetur mentes. Vos vocate me parasitum laurigeri Phœbi, dum Roma teneat me  
esse scrvum sui Jovis.*

//////////

*nihil a vestro.* Nostram lectionem exhibent omnes edd. vet.—8 *Interius  
mentes suspicit* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin.  
Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. *Interius mentes inspicit* Beverlandi  
Ms. cum edd. Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. et recentt.

#### NOTÆ

6 *Et sola arte*] Moribus enim pro-  
bus sum.

8 *Ille Deus*] Domitiani.

9 *Parasitum dicite Phœbi*] Turnebus  
lib. XXI. cap. 24. mimi et histriones  
dicti sunt parasiti Apollinis : ali-  
quando parasiti Apollinis interpre-  
tatur Verrius mimos secundarum par-

tium, quod ludis Apollinaribus in mi-  
mis fere essent parasiti illarum par-  
tium actores, &c.

10 *Roma sui*] Hoc est, dum sciat  
Roma me exercuisse artem scenicam  
propter Domitianum Deum, non au-  
tem propter alios.

### XXX.

#### EPITAPHIUM PHILÆNIS.

SÆCULA Nestoræ permensa, Philæni, senectæ,

Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas ?

Euboicæ nondum numerabas longa Sibyllæ

Tempora major erat mensibus illa tribus.

*O Philæni, permensa sæcula senectutis Nestoræ tam velociter rapta es ad undas  
Stygias Plutonis ? Nondum numerabas longos annos Sibyllæ Euboicæ : illa major*

//////////

4 Scriverius conceptum hariolatur *messibus*.—7 Beverlandi Ms. *curiata ca-*

#### NOTÆ

1 *Nestoræ permensa*] Hoc est, quæ  
attigisti annos Nestoris, qui nona-  
ginta annos vixit, ut diximus alibi.  
De Philæni vero lib. VII. Epig. 67.

2 *Tam cito*] Hoc est, tam mature :  
per ironiam hoc dicit Poëta.

3 *Euboicæ Sibyllæ*] Hoc est, Cu-  
manæ, de qua Virgilius Ecloga IV.

quæ a Phœbo impetraverat, ut tot an-  
nos viveret, quot arenarum corpus-  
cula manu capere posset. Ovidius  
Met. XIV.

4 *Major erat*] Fingit Poëta tribus  
tantum mensibus minus Sibylla vix-  
isse hanc vetulam.

Heu quæ lingua silet! non illam mille catastæ 5  
 Vincēbant, nec quæ turba Serapin amat :  
 Nec matutini cirrata caterva magistri,  
 Nec quæ Strymonio de grege ripa sonat.  
 Quæ nunc Thessalico Lunam deducere rhombo,  
 Quæ sciet hos illos vendere lena toros? 10  
 Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,  
 Ne tua non possint eruere ossa canes.

*erut tribus mensibus. Heu quæ lingua tacet! mille catastæ non superabant illam, nec turba quæ diligit Serapin: nec caterva crispu mutulini magistri, nec ripa quæ reboat clangoribus gregis Strymonii. Quæ saga nunc sciet rhombo Thessalico deripere Lunam, quæ lena vendere hos et illos toros? Experiaris terram levem, et tegaris molli arena, ut canes valeant effodere tua ossa.*

*terva.—9 In codice Vaticano: deducet ab urbe.*

## NOTE

5 *Lingua silet]* Loquacissimam fuisse ostendit. Alii *siles*.

*Mille catastæ]* De catasta lignea machina, lib. vi. Epig. 29. ubi servi natura sua loquacissimi venales exponebantur.

6 *Turba Serapin]* Deum Ægyptiorum, cujus solennia festa celebrabant Ægyptii magnis clamoribus. Strabo lib. xvii.

7 *Nec matutini]* Hoc est, nec pueri, qui summo mane magistrum adibant. Juv. Sat. vii. alloquens magistrum: 'Dummodo non pereat media quod noctis ab hora Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sedebat, Qui docet obliquo lanam deducere ferro,' &c.

8 *Strymonio de grege]* Strymon flu-

vius est Thraciæ, ad quem multæ sunt grues. Virgilius Georg. i. 'Strymonicæque grues;' quæ gregatim vivere solent.

9 *Thessalico]* Thessalia olim veneficiis atque incantationibus fuit famosa. *Rhombus* turbo erat, quem in orbem agebant veneficæ. Theocritus in Pharmaceutria. Horatius Epod. 17. 'Canidia parce vocibus tandem sacris, Citumque retro solve, solve turbinem.' Et noster Poëta lib. xii. Epig. 57.

10 *Lena]* Amorum est conciliatrix.

11 *Sit tibi]* De hac bene precaudi mortuis formula dictum lib. i. Epig. 89. quam in diram imprecationem vertit.

## XXXI.

## IN PIETATEM NIGRINÆ.

CAPPADOCUM sævis Antistius occidit oris  
 Rusticus: o tristi crimine terra nocens!

*Antistius Rusticus interiit crudelibus regionibus Cappadocum: O tellus rea divi*

*De Antistio* inscriptio est in Ald. Junt. Colin. &c. *De Antistio Rustico* in Plant. Junian. Pulman. Lang. aliis.

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

2 T

Retulit ossa sinu cari Nigrina mariti,

Et questa est longas non satis esse vias :

Cumque daret sanctam tumulis, quibus invidet, urnam, 5

Visa sibi est raptò bis viduata viro.

*sceleris! Nigrina sinu reportavit ossa dilecti conjugis, et doluit iter non esse satis longum: et cum conderet sanctam urnam sepulcris, quibus invidet, sibi visa est bis orbata raptò conjugè.*

NOTÆ

1 *Cappadocum*] Impiam Cappadocum terram dixit, lib. vi. Epig. 85.

4 *Et questa est*] Quamvis ex Cappadocia longum esset iter Romam, tamen quia illic mariti reliquias tumulo condere debebat Nigrina, cupiebat etiam longius esse, ne tam

cito reliquias, quas sinu fovebat, depoueret.

5 *Quibus incidet*] Utpote qui condunt suos amores.

6 *Bis viduata*] Primo cum occidit maritus, et rursus cum ejus ossa condere coacta est.

XXXII.

DE VELII VOTO.

DUM comes Arctois hæreret Cæsaris armis

Velius, hanc Marti pro duce vovit avem.

Luna quater binos non tota peregerat orbes,

Debita poscebat jam sibi vota Deus.

Ipsè suas anser properavit lætus ad aras, 5

Et cecidit sanctis hostia parva focis.

*Dum Vibius comitaretur arma Sarmatica Cæsaris, pro Imperatore vovit Marti hanc avem. Luna nondum absolverat octo orbes, jam Deus Mars petebat vota sibi debita. Ipse anser hilaris festinavit ad sua altaria, atque exigua victima cecidit*

*De Vebii voto in Ald. Junt. Colin. &c. De Vibii voto in aliis vett. Ad Cæsarem de ansere codex Pulmanni.—1 Dum comes Archadis Beverlandi Ms.—2 Vebius hanc in edd. vett. Vibius hanc in aliis. Velius hanc Beverlandi Ms.—9*

NOTÆ

1 *Dum comes Arctois*] De expeditione Sarmatiæ, quæ est ad Septemtrionem, jam sæpius dictum. Vide lib. vii. Epig. 5. Vibii mentionem facit Suetonius in Domitiano cap. 3. Alii, *Vebius*.

2 *Vovit avem*] Anserem nempe Romani Imperii custodem. Lib. xiii.

Epig. 47.

3 *Luna quater*] Hoc est, nondum elapsi erant octo menses, quibus Sarmaticum bellum esse confectum.

5 *Ipsè suas anser*] Cum antem renitens ibat ad aras, quibus immolanda erat victima, omen infaustum erat.

Octo vides patulo pendere numismata rostro

Alitis? hæc extis condita nuper erant.

Quæ litat argento pro te, non sanguine, cæsa

Victima, jam ferro non opus esse docet.

10

*sanctis focis. An cernis octo nummos pendere ex patenti rostro alitis? hi nuper erant conditi præcordiis. Immoleta victima, quæ pro te litat argento, non sanguine, demonstrat jam non esse opus ferro.*

Edd. vett. *non sanguine cæsa*, codd. Bodl. Scriv. et Beverlandi Ms. *non sanguine Cæsar*.

## NOTE

7 *Octo vides*] Ad Martis sane statuam posita fuit argentea anseris effigies, ex cujus rostro pendebant octo nummi, qui octo menses in peragendo bello Sarmatico insumptos significarent.

8 *Hæc extis*] Nempe anseris præcordiis condita erant numismata, dum bellum fieret.

9 *Quæ litat argento*] Intelligere videtur Poëta, temporibus Domitiani

argenteam ætatem rediisse, cum dicat, jam non opus esse ferro. Forte intelligit, non sanguine, nec pugna, sed argento a barbaris redemptam fuisse pacem, ut patet ex Dionis fragmento, inquit Raderus, quod significare videbatur victima: at hic sensus Carminis intellectus Vibio sane et Martiali gravissimum damnum attulisset. Judicet lector.

## XXXIII.

## QUALEM VELIT AMICAM.

Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur:

Hanc volo, quæ puero jam dedit ante meo:

Hanc volo, quam redimit totam denarius alter:

Hanc volo, quæ pariter sufficit una tribus.

## NOTE

1 *Quæ palliolata vagatur*] Nam *palliolum* et *pallium* veteres non tantum quo humeros tegerent, sed etiam quo capita velarent, appellarunt. Cinædi porro et molles capita semper pileolis aut pallioliis tecta gerebant. Palliola quoque mulierum, et præcipue meretricum, quibus caput etiam tegebant. Sic Ovid. Art. Am. lib. 1. 'Ægrum tu facito ut similes, nec turpe putaris, Palliolum nitidis imposuisse comis.' Ita enim vetustissimæ membranæ scriptum exhibent, cum

vulgatæ omnes editiones habeant 'Pilleolum,' &c. *Salmasius. Palliolata*] Non togata, non stolata, sed ancillari habitu vestita.

2 *Dedit ante meo*] Lib. II. Epig. 49.

3 *Totum denarius*] 'Omnibus modis largam,' ut lib. XII. Epig. 66. quæ 'Deglubit, fellat, molitur per utramque cavernam.' Auson. Epig. 70. Vide lib. II. Epig. 52. *Alter*] Duo denarii. Viliores istæ meretrices 'Diobolares' a Plauto eleganter appellantur.

Poscentem nummos, et grandia verba sonantem,  
Possideat crassi mentula Burdigali.

5

6 'Gruterus notat Mss. omnes et olim cunos habere *Burdigalæ*: et eam scripturam esse revocandam. Sed in Ms. qui quondam Pircheimeri, postea Comitis Arondeliæ fuit, inveni, *Burdigalem*. Hoc igitur nomen meretricis est quam dicit *Poscentem nummos et grandia verba sonantem*. At præterea *Crassi* scribendum, id est, hominis divitis et opulenti, propter Licinium Crassum ditissimum Romanorum.' *Gronovius*.

## NOTÆ

6 *Crassi Burdigali*] Divitis, fatui, omnes, *Bridegalæ*. insulsi, an simpliciter, *crassi*. Mss.

## XXXIV.

AD FLACCUM.

AUDIERIS in quo, Flacce, balneo plausum;  
Morionis illic esse mentulam scito.

2 Alii legunt, *Mutonis*, i. e. mutoniati: alii, *Mathonis*: cod. Palat. *Maronis*. Nostram lectionem exhibent edd. vett.

## NOTÆ

2 *Morionis*, &c.] Bene vasati.

## XXXV.

DE TEMPLO GENTIS FLAVIÆ.

JUPITER Idæi risit mendacia busti,  
Dum videt Augusti Flavia templa poli:

*Jupiter irrisit mendacia monumenti Cretensis, dum aspicit Flavia templa poli*

2 *Cum videt* Beverlandi Ms. Alii pro *poli* legunt *tholi*; de quo vide lib. 1.

## NOTÆ

1 *Idæi busti*] Mendaces enim Crete illum vero tumulum irridet Jupiter fixerunt Jovem interiisse, cui superbum intuitus templum, quod condiderunt tumulum, quem vocat Domitianus in honorem suæ gentis Poëta bustum Idæum, quod sane esset extruxerat, Epig. 2. supra.  
2 *Templa poli*] Hoc est, templa altissima, Epig. 4. supra.

Atque inter mensas largo jam nectare fusus,  
 Pocula cum Marti traderet ipse suo ;  
 Respiciens Phœbum pariter Phœbique sororem, 5  
 Cum quibus Alcides, et pius Arcas erat :  
 Cnossia vos, inquit, nobis monumenta dedistis :  
 Cernite, quam plus sit, Cæsaris esse patrem.

*Augusti: atque inter mensas multo jam hausto nectare dum ipse porrigeret pocula suo Marti; intuitus Apollinem, simul et sororem Apollinis, cum quibus erat Hercules, et pius Mercurius: Vos, ait, mihi exstruxistis tumulum Cnossium; aspice, quam plus sit genuisse Domitianum.*

Epig. 71.—7 Beverlandi Ms. *uberis monumenta dedistis.*

NOTÆ

3 *Nectare fusus*] Hoc est, madidus. 8 *Cernite quam plus*] Mihi nempe a vobis conditum monumentum Vespasiani tumulo multo inferius est, atque ita videtur optare Jupiter potius esse Domitiani, quam ceterorum Deorum pater.

6 *Et pius Arcas*] Hoc est, Mercurius in urbe Cylleno vel Cyllene Arcadiæ monte natus, qui pius dicitur, quod Deorum sacra instituit. Horat. 1. Od.10.

XXXVI.

IN PHILOMUSUM.

ARTIBUS his semper cœnam, Philomuse, mereris ;  
 Plurima dum fingis, sed quasi vera refers.  
 Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberet aula,  
 Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.  
 Verba ducis Daci chartis mandata resignas ; 5  
 Victricem laurum, quam venit, ante vides.

*O Philomuse, semper mereris cœnam his artibus, dum excogitas multa, et narras tanquam vera. Tenes quid consultet Pacorus in aula Arsacia, recenset copius Germanicas et Sarmaticas. Aperis verba ducis Daci commissa Cattis: vides victricem*

2 Beverlandi Ms. *et quasi.*—5 *Daci Cattis mandata* in edd. vett. et sic legendum censet Gruterus. *Daci carthis mandata* codex Vaticanus. *Daci cartis*

NOTÆ

3 *Pacorus*] Parthorum rex: *Aula* vero *Arsacia* sic dicta est ab *Arsace* Parthorum rege. 4 *navisses.* Catti autem populi Germaniæ Visurgim, Daci vero Danubium incolebant. De his lib. II. Epig. 2.

5 *Verba ducis Daci*] Cujus arcana perinde tibi comperta esse garris, ac si illius literas Cattis scriptas resignas. 6 *Victricem laurum*] Hoc est, victoriam futuram.

Scis, quoties Phario madeat Jove fusca Syene :

Scis, quota de Libyco littore puppis eat :

Cujus Iuleæ capiti nascantur olivæ ;

Destinet æthereus cui suaserta pater.

10

Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me,

Hac lege, ut narres nil, Philomuse, novi.

*laurum priusquam veniat. Novisti quoties nigra Syene perfundatur Ægyptia pluvia: novisti quot narces solrant ex littore Libyco: cujus capiti nascantur olivæ Iuleæ; cui pater ætherius destinet suos coronas. Omittite tu artificia, hodie cœnabis apud me, ea conditione, o Philomuse, ut nihil novi referas.*

//////////

*mandata codex Thuan.—7 Scis quoties parco mandat Beverlandi Ms.*

#### NOTÆ

7 *Phario Jove*] Jupiter sumitur pro media æris regione, ex qua imbres emittuntur. *Fusca Syene*, a colore incolarum. De hac urbe lib. 1. Epig. 87. Illic perraro pluit.

9 *Iuleæ olivæ*] Hoc est, Scis nomina eorum qui in Quinquatribus victores coronandi sunt a Domitiano. *Iuleæ coronæ*; hoc est, Cæsareæ, ab

Ascanio cognomine Iulo, Æneæ filio, a quo ortum se prædicabat Julius Cæsar.

10 *Ætherius pater*] Jupiter Capitolinus, cui et ludos instituit Domitianus. Suetonius in Domitiano cap. 4.

11 *Tolle tuas artes*] Nam hodie te invito ea lege, ut sileas.

### XXXVII.

COLLOQUIUM GANYMEDIS ET JOVIS SUPER EARINO ET  
ALIIS DOMITIANI PUERIS.

VIDERAT Ausonium posito modo crine ministrum

Phryx puer, alterius gaudia nota Jovis :

*Phryx puer aspexerat famulum Ausonium modo deposita coma, delicias notas*

//////////

*De Ganymede et Jove inscriptio est in edd. vett.—4 Codex Pulmanni legit*

#### NOTÆ

1 *Ausonium ministrum*] Intellige Earinum de quo Epig. 17. et 18. supra. Ausonius dicitur, quod duci Ausonio seu Domitiano lib. VIII. Epig. 21. serviret.

2 *Phryx puer*] Ganymedes vidit Earinum tonsum, et petiit a Jove ut sibi pariter liceret deponere capillos.

*Alterius gaudia*] Per appositionem vocat Earinum delicias Domitiani, quem jam appellavit Jovem, Epig. 29. supra. Vel refert ad ipsum Ganymedem delicias alterius Jovis, cui Domitianum præferre videtur.

3 *Suo ephobo*] Hoc est puberi Earino.



Quod tuus, ecce, suo Cæsar permisit ephebo,  
 Tu permitte tuo, maxime rector, ait.  
 Jam mihi prima latet longis lanugo capillis : 5  
 Jam tua me ridet Juno, vocatque virum.  
 Cui pater æthereus, puer o dulcissime, dixit :  
 Non ego quod poscis, res negat ipsa tibi.  
 Cæsar habet noster similes tibi mille ministros,  
 Tantaque sidercos vix capit aula mares. 10  
 At tibi si dederit vultus coma tonsa viriles,  
 Quis mihi, qui nectar misceat, alter erit ?

*alterius Jovis : O supreme moderator, inquit, tu permitte tuo ephebo, quod ecce permisit tuus Cæsar suo. Jam prima mea lanugo tegitur longis comis : jam ludibrio sum tuæ Junoni, et appellat me virum. Cui reposuit pater æthereus : O suavissime minister, res ipsa recusat tibi quod petis, non ego recuso. Cæsari nostro sunt mille famuli similes tibi, et tam ampla ejus aula vix capit formosos mares. Sed si tonsis capillis indueris faciem virilem, quem habebis alterum qui ministret nectar ?*

ita : *Hoc mihi permittas conditor orbis, ait.*—8 *Non nego legit Janus Rutgersius, res velat Beverlandi Ms.*

## NOTE

8 *Res negat*] Hoc est, ipsa necessitas: Domitiano enim non desunt alii pueri, et quidem siderei seu formosissimi, et digni qui in cælum evehantur: at vero ego, inquit Jupiter, alterum pincernam non inveniam, si tonsis capillis vir factus fueris.

## XXXVIII.

IN GALLAM.

CUM sis ipsa domi, mediaque ornere Suburra,  
 Fiant absentes et tibi, Galla, comæ ;  
 Nec dentes aliter, quam Serica, nocte reponas,  
 Et jaceas centum condita pyxidibus ;

3 *Pulmanni codex : quam sera nocte.*—4 *Et lateas* in edd. vett. *Et jaceas*

## NOTE

1 *Mediaque ornere Suburra*] *Medicaminibus et fucis quæ petuntur emta* ex media Suburra, vico Rom. celebri.

2 *Absentes et tibi, &c.*] *Fictitiæ, accersitæ, caliendra.*

3 *Nec dentes aliter, &c.*] *Et ex osse vel ebore factitios dentes reponas*

noctu, ut vestes sericas reponere solent. *Quam Serica*] *Sericæ vestes matronis placere, et præcipue matronis e Veneris grege. Clare Seneca de Beneficiis cap. 9. 'Video Sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut cor-*

Nec tecum facies tua dormiat; innuis illo, 5  
 Quod tibi prolatum est mane, supercilio.  
 Et te nulla movet cani reverentia cunni,  
 Quem potes inter avos jam numerare tuos.  
 Promittis sexcenta tamen: sed mentula surda est;  
 Et, sit lusca licet, te tamen illa videt. 10

codex Pulmanni.—10 Gruterus ex codice Palat. *caca* legit pro *lusca*. Vide lib. II. Epig. 33. *surda* Beverlandi Ms. et sic legit Scriverius.

## NOTÆ

pus, aut denique pudor possit,' &c. Vestibus perlucidis nasas fuisse Veneras, illas matronas, testatur etiam Lucianus in Amoris.

4 *Et jaceas, &c.*] Et mundus tuus, fuci, medicamina, &c. recondantur innumeris pyxidibus. *Jaceas*] Antea legebatur, *lateas*.

5 *Nec tecum, &c.*] Ascititium faciei nitorem singulis noctibus reponas, crastino die novum sumtura.

6 *Quod tibi prolatum*] Prolatum,

ant ex pyxidibus depromptum aut productum. Nam supercilia fuligine sibi producebant: jacturam enim superciliarum sic arte reparabant. *Herullus*. Vide Juven. Sat. II. 93.

9 *Promittis, &c.*] Lib. VI. Epig. 23.

10 *Lusca licet, &c.*] Quid miri, si videat, quæ lusca est? Gruterus ex Palat. *caca* legit: sed et alteri scripturæ sua venustas. Lib. II. Epig. 33. Scriverius, *surda*.

## XXXIX.

## AD AGATHINUM.

SUMMA licet velox, Agathine, pericula ludas;  
 Non tamen efficies, ut tibi parma cadat.  
 Nolentem sequitur, tenuesque reversa per auras,  
 Vel pede, vel tergo, clune, vel ungue sedet.

O *Agathine, quamvis agulis contempnas summa pericula, nihilominus non efficies ut tuus clypeus deculat. Sequitur te invitum, et rediens per tenuis auras, hæret*

1 *Cælius* lib. VII. cap. 8. pro *ludas* legit *laudas*: Beverlandi Ms. *laudes*.—4 Gruterus ex Palat. legit: *crine, vel ungue sedet*.—6 *Et rapiant madidi* codex

## NOTÆ

1 *Summa licet*] De pilariis et ventilatoribus Quintilianus lib. X. cap. 7. 'Quo constant miraculo illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, ut ea que miserint ultro venire in manus

credas, et qua jubent decurrere.' Ex eorum numero erat Agathinus, qui parmam seu parvum clypeum in altum jaciebat, recipiebatque sic, ut nunquam caderet.

Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo, 5  
 Et rapiant celeres vela negata Noti;  
 Securos pueri neglecta perambulat artus,  
 Et nocet artificio ventus et unda nihil.  
 Ut peccare velis, cum feceris omnia, falli  
 Non potes: arte opus est, ut tibi parma cadat. 10

*vel pedi vel tergo, cluni vel ungui. Licet theatra sint lubrica aspersionibus croceis, et vehementes venti auferant vela inconcessa; neglectus clypeus perdidit membra tuta pueri Agathini, et ventus et aqua nihil obsunt artificio. Licet cupias errare, cum absolueris omnia, nequis falli: opus est arte ut tibi clypeus decidat.*

Pulmanni; sed in margine aliena manu adjectum erat, *celeris*, quod exhibent edd. vett. Alii legunt, *Et rapiant fortes*.—7 Alii legunt, *perambulat armos*.

NOTÆ

5 *Lubrica*] Pulpita hic significat theatra in quibus ludebant pilarii: lubrica autem fiebant aspersionibus e croco et vino dulci. Lib. Spect. Epig. 3.

6 *Et rapiant celeres*] Velis tegebatur theatrum, quæ ventis negari dicebantur, cum summa cura ligata tamen vehementioribus ventis abripiebantur: data vero ventis, quando negligenter illis mittebantur. Lib.

xi. Epig. 22. Sensus est: Ventus vehemens nec aqua in theatro sparsa impediunt Agathinum, quominus missam in altum parmam excipiat. *Celeres*] Alii, *madii*.

7 *Neglecta*] Parma scilicet, quam nec cogitans excipit.

10 *Arte opus est*] Hoc est: Alii ne errent, artem adhibent; Agathini autem tanta est industria ut arte indigeat, si errare velit.

XL.

DE NATALI CÆSONIÆ.

PRIMA Palatino lux est hæc orta Tonanti,  
 Optasset Cybele qua peperisse Jovem.  
 Hac et sancta mei genita est Cæsonia Rufi:  
 Plus debet matri nulla puella suæ.

*Hic dies primus illuxit Palatino Tonanti, quo Cybele cupiisset genuisse Jovem. Hoc et casta Cæsonia mei Rufi nata est: nulla genitrix plus merita est de sua*

3 *Hac et Santonici* in edd. vett. *sancta meo genita est Cæsonia Rufo* codex Pulmanni.—4 *Plus debet patri nulla puella suo* in eodem.

NOTÆ

1 *Prima Palatino*] Nono Kalendas Novembris natus est Domitianus, teste Suetonio in Domitiano, quem noster Poëta Palatinum tonantem

dicit, et Jovem appellavit supra.

2 *Cybele*] Deorum mater.

3 *Hac et sancta mei*] Alii, *sancta meo*. Alii, *hac et Santonici*: Sancto-

Lætatur gemina votorum sorte maritus, 5  
 Contigit hunc illi quod bis amare diem.

*puella. Maritus gaudet duplici sorte votorum : quod contigit illi bis amare hanc lucem.*

## NOTÆ

nes vero populi sunt Galliæ, hodie, 6 Bis amare diem] Quod eo die  
*Saintonge.* uxor Cæsonia et Domitians natus

4 Plus debet matri] Quod nata sit sit, quorum communem natalem ce-  
 hoc die. lebrat.

## XLI.

DE DIODORO ET VOTO PHILÆNIS UXORIS.

TARPEIAS Diodorus ad coronas  
 Romam cum peteret Pharo relicta ;  
 Vovit pro reditu viri Philænis,  
 Illam lingeret ut puella simplex,  
 Quam castæ quoque diligunt Sabinæ : 5  
 Dispersa rate tristibus procellis,  
 Mersus fluctibus, obrutusque ponto,  
 Ad votum Diodorus enatavit.  
 O tardus nimis et piger maritus !  
 Hoc a littore si puella votum 10  
 Fecisset mea, protinus redissem.

*De voto Philenis inscriptio est in Ald. Junt. Colin. &c.—10 Hoc in littore in quibusdam vett. Cetera, nulla est varietas.*

## NOTÆ

1 Tarpeias] Vide lib. iv. Epig. 54. juncta, &c. Ferrarius.  
 2 Pharo] Pharos, hodie *Furion*, co- 10 Si puella] Ostendit puellam su-  
 lonia et oppidum Ægypti, apud Alex- am immunda femora habere, et indi-  
 andriam, in insula continenti pæne gere purgante lingua. Domitius.

## XLII.

IN PONTICUM.

PONTICE, quod nunquam futuis, sed pellice læva  
 Uteris, et Veneri servit amica manus,

## NOTÆ

1 Pellice læva] Diogeniana uteris Galenus lib. vi. περι τῶν πεπονθῶτων  
 Venere, qui τὸν δ' Ἰμμέναιον ἠεῖδεν πα- τόπων. Innuitque ipse Diogenes Lu-  
 λάμη, Λαῖδος οὐ χατέων. *Agathias lib.* ciani, ἐν Βίῳ Πράσει.  
 vii. *Anthologia.* Quod idem refert



Sic Pallatia te colant, amentque : 5  
 Bis senos cito me rogante fasces  
 Det Stellæ bonus annuatque Cæsar.  
 Felix tunc ego, debitorque voti  
 Casurum tibi rusticas ad aras  
 Ducam cornibus aureis juvencum. 10  
 Nata est hostia, Phœbe, quid moraris ?

*venerentur te et diligant : me orante bonus Cæsar deferat, atque annuat Stellæ consulatum. Tunc ego beatus et debitor voti ducam juvencum cornibus aureis immolandum tibi ad aras rusticus. O Phœbe, victimu nata est, quid cunctaris ?*

## NOTÆ

5 *Sic Pallatia*] Hoc est, Cæsars te venerentur.

6 *Me rogante*] Alii, *te rogante*.

7 *Det Stellæ*] De quo dictum lib. 1. Epig. 8. duodecim fasces erant consulatus insignia, et sumuntur a Poëta pro ipso consulatu.

9 *Rusticas ad aras*] Hoc est, in meo prædio suburbano.

10 *Cornibus aureis*] Ad majorem pompam victimarum cornua inaurabantur. Juvenalis Sat. vi. 'Auratam Junoni eade juvencam.' Et Virgil. Æn. ix. 'Et statuum ante aras aurata fronte juvencum.'

11 *Quid moraris*] A Domitiano impetrare consulatum meo Stellæ.

## XLIV.

## DE STATUA HERCULIS.\*

Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone  
 Mitigat exiguo magnus in ære Deus,  
 Quæque tulit, spectat resupino sidera vultu,  
 Cujus læva calet robore, dextra mero ;

*Hic magnus Deus in ære parvo, qui sedens mitigat duritiem saxorum substrata pelle leonis, et resupino vultu aspicit astra quæ portavit, cujus sinistra gestat cla-*

De statua Herculis inscriptio est in edd. vett. De Herculis sigillo apud Vindicem legit Scriverius. De Lysippo sculptore codex Bodleianus.—5 Non est

## NOTE

\* *De statua Herculis*] Inscrībunt alii, *De Herculis sigillo apud Vindicem*.

1 *Hic, qui dura*] Solebant antiqui Deorum simulacra mensæ adhibere. Papinius lib. iv. Sylvarum, in Sylva quæ inscribitur VINDICIS HERCULES EPITRAPEZIOS.

2 *Exiguo magnus*] Ærea quidem illa statua erat pedalis. Papinius

loco citato : 'Parvusque videri, Sentiri que ingens ; et cum mirabilis intra Stet mensura pedem.'

3 *Quæque tulit*] Hoc est : Cælum suspicit, quod olim cum Atlante humeris sustinuit.

4 *Calet robore*] Hoc est, clava facta ex robore, quod est quercus species durissima.

Non est fama recens, nec nostri gloria cœli : 5  
 Nobile Lysippi munus opusque vides.  
 Hoc habuit numen Pellæi mensa tyranni,  
 Qui cito perdomito victor in orbe jacet.  
 Hunc puer ad Libycas juraverat Hannibal aras :  
 Jusserat hic Syllam ponere regna trucem. 10  
 Offensus variæ tumidis terroribus aulæ,  
 Privatos gaudet nunc habitare Lares.  
 Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi,  
 Sic voluit docti Vindicis esse Deus.

*ram, dextra poculum; non est fama recens, nec decus nostri cœli: cernis eximium domum, atque opus Lysippi. Pellæus tyrannus adhibuit hunc Deum suæ mensæ, qui victor jacet in orbe celeriter subacta. Puer Hannibal juraverat per hunc ad altaria Africæ: ab hoc jussus est atrox Sylla deponere dictaturam: offensus fastosis timoribus multorum principum, nunc latatur coli in privatis ædibus. Atque ut olim Deus convivatus est apud mitem Molorchum, sic optavit convivari apud eruditum Vindicem.*

*forma recens in quibusdam vett. non nostri gloria sæcli legit Heraldus.—9 Lybicas juratam codex Farnabii.*

## NOTÆ

5 *Non est fama*] Jam diu celebris est hæc statua. Legunt alii, *Non est forma recens*, hoc est, opus est antiquum.

*Nec nostri gloria*] Cælum cælatorum et statuariorum instrumentum est. Sensus est: Nostris temporibus non fuit formata illa statua.

6 *Nobile Lysippi*] Alexandri Magni temporibus vixit Lysippus statuarius nobilissimus, qui hanc Herculis statuam effinxit, qua donavit Alexandrum.

7 *Pellæi mensa*] Hoc est, Alexandri regis, qui natus erat Pellæ in urbe Macedonia. Vox 'tyrannus' olim sumebatur in bonam partem.

8 *Qui cito perdomito*] Nempe intra duodecim annos Asiam fere totam subegit, et Babylone juvenis aduocato veneno sublatus est. Vide Q. Curtium.

9 *Hunc puer*] Aliter sentit Silius

lib. I. 'Juro nostri per Numina Martis, Per manes, regina, tuos,' &c. Sed noster Poëta, ut opinor, vult tantum significare hanc Herculis statuam fuisse in potestate Hannibalis, ut canit Papinius loco citato.

10 *Jusserat hic Syllam*] Quem truncem vocat ob crudelitatem, quam in victos cives exercuit. Vide Sallustium, Appianum, et Velleium. Sylla ergo hunc etiam Herculem possedit, a quo, ut fingit Poëta, dictaturæ imperium deponere jussus est.

11 *Offensus variæ*] Cæpit nempe fastum et tyrannidem aversari, atque in privata Vindicis mensa coli maluit. Sic et Papinius loco citato: 'Hic igitur tibi læta quies, fortissime Divum Alcide; nec bella vides pugnasque feroces.'

13 *Conviva Molorchi*] Pastoris, de quo lib. IV. Epig. 64.



## XLV.

DE EADEM STATUA.

ALCIDEN modo Vindicis rogabam,  
 Esset cujus opus laborque felix.  
 Risit, (nam solet hoc,) levique nutu,  
 Græce numquid, ait, Poëta, nescis ?  
 Inscripta est basis, indicatque nomen. 5  
 Ἀνσίππου lego, Phidiæ putavi.

*Paulo ante quærebam ab Hercule Vindicis, a quo effictus et feliciter formatus fuisset. Risit: nam solet hoc: et levi nutu respondit, O Poëta, an ignoras linguam Græcam? basis inscripta est; atque ostendit nomen. Lysippi lego, credidi opus Phidiæ.*

1 'Alcides mavult Lips. Nescio an legend. sit, Alciden (vel Alcides) m. Vindicem r. et sane lect. meam confirmat codex Petavii, ubi pro Vindicem, legitur male Indicem.' Herald.

## NOTÆ

1 Alciden modo Vindicis] Alii, Alcides, modo Vindicem rogabam. Vindicem enim rogare videtur Poëta, cujus sit opus Hercules, quem domi colebat. Sed priorem lectionem probat Raderus his verbis: 'Interrogabam ego Alciden, a quo esset artifice factus. Risit, inquit, Deus, et, ut id de Deo credibile videretur, ait Herculemi hoc solere, nam facies statuæ non erat torva, sed hilaris, et epulis

apta.' Papinius lib. iv. Sylvarum: 'Non torva effigies, epulisque aliena remissis.' Et paulo infra: 'Sic mitis vultu, veluti de pectore gaudens Hortetur mentes.'

6 Ἀνσίππου] Lysippi egregii statuarii opus intellige.

Phidiæ] Qui statnarius ipso Lysippo nobilior fuit, et Jovem effinxit inter orbis miracula numeratum.

## XLVI.

AD MARCELLINUM.

MILES Hyperboreos modo, Marcelline, Triones,  
 Et Getici tuleris sidera pigra poli:

O Marcelline, brevi tolerabis Triones Hyperboreos, atque astra lenta cæli Getici.

2 'Tulerus Palat. unde quis facile fecerit toleras: nisi modo signet dummodo: sed nihil muto.' Grut.—6 Alii ipse.

## NOTÆ

1 Hyperboreos Trions] Describit ta toleraturus erat incommoda. De Septemtrionem, ubi Marcellinus mul- Trionibus Stellis nempe dictum, lib.

Ecce Prometheæ rupes, et fabula montis,  
 Quam prope sunt oculis nunc adeunda tuis.  
 Videris immensis cum conclamata querelis 5  
 Saxa senis, dices, Durior ille fuit.  
 Et licet hoc addas : Potuit qui talia ferre,  
 Humanum merito finxerat ille genus.

*En fabulosus mons, et saxa Promethei, quam prope sunt lustranda nunc tuis oculis. Cum aspexeris saxu conclamata immensis lamentationibus senis, inquires, Ille fuit durior. Et poteris adungere illud, Qui fuit par tolerandis his malis, ille jure formaverat genus humanum.*

## NOTÆ

vi. Epig. 58. et lib. vii. 80. De Marcellino lib. iiii. Epig. 6. et lib. vi. Epig. 25.

2 *Sidera pigra*] Hoc est, Ursas et Booten lente se moventes. Vide lib. vi. Epig. 58. De Getis egimus lib. vii. Epig. 1.

3 *Ecce Prometheæ rupes*] Caucasum montem interpretare, cujus vertici affixum fuisse Prometheus fabulantur Ovidius, Hesiodus, Æschylus.

5 *Conclamata*] Hoc est, contusa clamoribus Promethei, inquit Domitius. Malim interpretari saxa quæ summis clamoribus vocabat Prometheus, et quæ testabatur se nempe indigna pati a Jove.

6 *Durior ille fuit*] Qui tot et tantos cruciatus ferre potuerit.

8 *Humanum*] Nempe ab auctore tam duro hominum genus durum est.

## XLVII.

## IN GELLIUM.

GELLIUS ædificat semper: modo limina ponit,  
 Nunc foribus claves aptat, emitque seras:  
 Nunc has, nunc illas mutat, reficitque fenestras.  
 Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit.  
 Oranti nummos ut dicere possit amico, 5  
 Unum illud verbum Gellius, Ædifico.

*Gellius semper ædificat, nunc ponit limina, nunc accomodat claves foribus, et mercatur seras: nunc mutat has fenestras, nunc illas, et resarcit. Dummodo ædificet, facit ille quidlibet: ut Gellius possit reponere amico roganti nummos unicum illud verbum, Ædifico.*

1 *Selius Beverlandi Ms.*—3 *Alii reficit, mutatve.*—4 *Pro tamen alii tantum: quod in textum recepit Barbou Par. 1754.*

## NOTÆ

4 *Quidlibet*] Sibi quidlibet facere nihil amicis donat, quippe qui sua pecunia egeat ad ædificandum.

6 *Ædifico*] Atque hoc prætextu

## XLVIII.

## IN PANNICUM.

DEMOCRITOS, Zenonas, inexplicitosque Platonas,  
 Quicquid et hirsutis squallet imaginibus,  
 Sic quasi Pythagoræ loqueris successor, et hæres;  
 Præpendet mento nec tibi barba minor.  
 Sed, quod et hircosis serum est, et turpe pilosis, 5  
 In molli rigidum cluæ libenter habes.  
 Tu, qui sectarum causas et pondera nosti,  
 Dic mihi, percidi, Pannice, dogma facit?

*Sic quasi successor et hæres Pythagoræ prædicas Democritos, Zenonas, atque intricatos Platonas, et quicquid squallet hispidis imaginibus; nec barba minus promissa pendet ex tuo mento. \* \**

4 In Mss. est: *Præpendet tamen*: vel *Propendetque minor*: unde Heinsius ad Claudiani Consulatum Manlii: *Propendet Samia*. Vide nostram ed. Claud. p. 1432. At Vossius ad Melæ i. 9. *Præpendet meta*. Sane Thuan. *Tamen* Vat. *Dependet sane* cod. Vat. vetustissimus.—5 *Quod pro quid* Beverlandi Ms.—6 *Pro molli, mobili rigidam* Id.—8 *Pro præcidi, percidi* Id. *Quid et præcidi* exhibent edd. Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ. *Præcidi* etiam Barb. Maittarii.

## NOTÆ

1 *Democritos*] Sensus est: O Pannice, semper prædicas graviores philosophos, atque ut illorum barba, sic et tua promissa est, at molliter vivis, lib. i. Epig. 25. et Juvenalis Sat. II.

## XLIX.

## IN GALLICUM.

HÆREDEM cum me partis tibi, Gallice, quartæ  
 Per tua jurares sacra, caputque tuum;  
 Credidimus, (quis enim damnet sua vota libenter?)  
 Et spem muneribus fovimus usque datis:

*O Gallice, cum per tua sacra et caput tuum jurares me tibi fore hæredem ex quadrante, adhibuimus fidem; (quis enim libenti animo improbet sua vota?) et*

*Ad Garricum* Beverlandi Ms.—1 *Garrice* id.—6 *Palat. Ætolum*.—7 *Alii*

## NOTÆ

1 *Partis quartæ*] Hoc est, quadrantis: tota vero hæreditas in duodecim uncias ut plurimum dividitur.  
 2 *Per tua sacra*] Hoc est, per Deos Penates quos domi colis.  
 3 *Damnet sua vota*] Libenti quippe animo credimus quod optamus.

Inter quæ rari Laurentem ponderis aprum 5  
 Misimus; Ætola de Calydone putes.  
 At tu continuo populumque, patresque vocasti:  
 Ructat adhuc aprum callida Roma meum.  
 Ipse ego (quis credat?) conviva nec ultimus hæsi:  
 Sed nec costa data est, caudave missa mihi. 10  
 De quadrante tuo quid sperem, Gallice? nulla  
 De nostro nobis uncia venit apro.

*hactenus alvimus spem donis collatis: inter quæ misimus Laurentem aprum ponderis ingentis, credas de Calydone Ætola. At tu subito invitasti populum et patres, versuta Roma exhalat adhuc meum aprum. Ego ipse (quis credat?) nec infimus conviva accubui: sed nec costa mihi data est, aut cauda missa. O Gallice, quid expectem ex tuo quadrante? Nulla uncia nobis allata est de nostro apro.*

*fringuillarum.—8 Ruptat Beverlandi Ms. Candida Pulman. alii pallida.—11 Alii qui sperem?*

## NOTÆ

5 *Laurentem aprum*] Captum in Laurente saltu.

6 *Ætola de Calydone*] Calydon urbs Ætoliæ, ubi erat ingens aper quem interfecit Meleager lib. VII. Epig. 27. et lib. Spect. Epig. 17.

8 *Callida Roma*] Hoc est, callidi Romani, qui lautiores cœnas sectabantur.

9 *Nec ultimus hæsi*] Hoc est, nec fui vocatus, ut saltem sederem ultimo loco.

11 *Quid sperem*] Legunt alii, *qui sperem?* hoc est, quomodo.

12 *De nostro*] Sensus est: Si mihi nihil dedisti de meo, nihil daturus es de tuo.

## L.

DE TOGA A PARTHENIO SIBI DONATA.

HÆC est illa meis multum cantata libellis,  
 Quam meus edidicit lector amatque togam.  
 Partheniana fuit, quondam memorabile vatis  
 Munus: in hac ibam conspiciendus eques;

*Hæc est illa toga multum celebrata meis scriptis, quam novit meus lector et diligit. Partheniana fuit, olim nobile donum poetæ Parthenii: hac indutus ambua-*

*De Partheniana toga* inscribitur in Ald. Junt. Colin. et aliis.—2 *Quamque*

## NOTÆ

1 *Multum cantata*] Vide lib. VIII. Epig. 28.

3 *Vatis*] Parthenii, de quo lib. V. Epig. 6. 'Musæ Parthenium rogate vestrum,' &c. et lib. XII. Epig. 11. 'Parthenio dic Musa tuo nostroque

salutem; Nam quis ab Aonio largius amne bibit?'

4 *Conspiciendus eques*] Non quidem censu, sed munere principis. Lib. V. Epig. 13. lib. XII. Epig. 26.

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

2 U

Dum nova, dum nitida fulgebat splendida lana, 5  
 Dumque erat auctoris nomine digna sui:  
 Nunc anus, et tremulo vix accipienda tribuli,  
 Quam possis niveam dicere jure tuo.  
 Quid non longa dies, quid non consumitis anni?  
 Hæc toga jam non est Partheniana: mea est. 10

*bam eques spectabilis: dum recens, dum micans splendebat lana fulgenti, et dum erat digna nomine sui auctoris: nunc vetus, et vix accipienda trementi tribuli, quam possis merito appellare niveam. O longa dies, o anni, quid non conteritis? Hæc toga jam non est Partheniana: mea est.*

*meus Palat.—5 Splendebat fulgida Pulman.—8 Ducere id.*

## NOTÆ

- 6 *Auctoris*] Parthenii. appaerant.  
 7 *Tribuli*] Ex tribu civem Romanum significat tribulis, qui sumitur hic pro paupere plebeio, qui totus frigore horreat. 10 *Non Partheniana*] Hoc est, non amplius Parthenio auctore, sed me paupere digna est. Tacite novam togam a Parthenio petere videtur.  
 8 *Niveam*] Adeo tritam, ut fila alba

## LI.

## IN GAURUM.

INGENIUM mihi, Gaure, probas sic esse pusillum,  
 Carmina quod faciam, quæ brevitare placent.  
 Confiteor: sed tu bis denis grandia libris  
 Qui scribis Priami prælia, magnus homo es.  
 Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona vivum: 5  
 Tu magnus luteum, Gaure, Giganta facis.

*O Gaure, hoc modo probas me habere parum ingenii, quod condam versus, qui placent brevitare: fateor: at tu qui viginti libris narras magna certamina Priami, magnus es homo. Nos exprimimus rivum puerum Bruti, et Lagona: tu, o Gaure, magnus exprimis luteum giganta.*

3 *Bissenis Beverlandi Ms.* 5 *Alii Langona.*—6 *Pro luteum alii legunt puerum.*

## NOTÆ

- 4 *Magnus homo*] Nempe tibi vide- amator erat.  
 ris: lib. II. Epig. 32. et lib. VII. Epig. 100. *Nos Lagona*] Puerum formosum de quo sic Plinius lib. XXXIV. ‘Lycisens Lagonem puerum subdolæ ac fucatæ vernilitatis fecit.’ Sensus est: Ego facio carmina brevia quidem, at simi-

## NOTE.

lia formosis his pueris: tu vero, o Gaure, magnos libros componis similes gigantibus luteis, qui cito pereunt: magnus enim liber magnum malum. Vide Epigramma ultimum lib. i. Horatii lib. i. Sat. 10. 'Dumque Diffingit Rheni luteum caput,' &c. Ex quo loco Epigramma hoc desumtum existimat Heinsius in Horatium.

## LII.

DE LUCANO ET TULLO.

QUOD semper Superos invito fratre rogasti,  
 Hoc, Lucane, tibi contigit, ante mori.  
 Invidet ille tibi: Stygias nam Tullus ad undas  
 Optabat, quamvis sit minor, ire prior.  
 Tu colis Elysios, nemorisque habitator amoeni  
 Esse tuo primum nunc sine fratre cupis.  
 Et si jam nitidis alternus venit ab astris;  
 Pro Polluce mones Castora, ne redeat.

5

O Lucane, quod semper a Diis petiisti, nolente fratre, hoc impetrasti, interire prius. Ille invidet tibi: Tullus enim, licet sit junior, cupiebat prior petere undas Stygias. Tu habitas Elysios, et nunc primum gaudes esse incola voluptarii nemoris sine tuo fratre. Et si jam vice sua venit ab astris splendidis, mones Castora ne revertatur pro Polluce.

3 *Modo raptus, pro nam Tullus Pulman.* Cetera, nec membranæ, nec libri typis impressi, minimam varietatem produnt.

## NOTE.

2 *Lucane]* De his duobus fratribus dictum est lib. i. Epig. 37. ubi Poëta jam illos Castori et Polluci alternatim viventibus comparavit.

8 *Mones Castora]* Ut scilicet inter

vivos maneat: jam enim Pollux exemplo tuo motus ad superos reverti non vult, sicut et tu optas, ut Tullus perpetua luce fruatur.

## LIII.

AD QUINTUM OVIDIUM.

SI credis mihi, Quinte, (quod mereris)  
 Natales, Ovidi, tuos Apriles,

O Quinte Ovidi, si mihi adhibes fidem, diligo natalitias tuas Kalendas Apriles

Hoc epigramma in nonnullis inscribitur *Ad Quintum*: ut in Ald. Junt. Colin. Delph. &c.—1 *Ne moreris Pulman.*

## NOTE.

2 *Tuos Apriles]* De Quinto actum, lib. vii. Epig. 93.

Ut nostras amo Martias Kalendas.  
 Felix utraque lux, diesque nobis  
 Signandi melioribus lapillis !  
 Hic vitam tribuit, sed hic amicum.  
 Plus dant, Quinte, mihi tuæ Kalendæ.

5

(quod mereris) tanquam meus Martias. Utraque lux beata, et dies nobis notandi melioribus lapillis. Hic impertit vitam, sed hic amicum: O Quinte, tuæ Kalendæ plus largiuntur mihi.

## NOTÆ

5 Signandi] De hac formula diximus, lib. viii. Epig. 45.

7 Plus dant] Etenim amicitia vitæ antepouenda est.

## LIV.

## AD EUNDEM.

NATALI tibi, Quinte, tuo dare parva volebam  
 Munera: tu prohibes: imperiosus homo es.  
 Parendum est monitis: fiat quod uterque jubemus;  
 Et quod utrumque juvat, tu mihi, Quinte, dato.

O Quinte, tuo natali volebam tibi donare exigua dona: tu vetas: es homo imperiosus. Obtemperandum est jussis tuis: fiat quod jubemus uterque: et tu, o Quinte, dona mihi quod placet utrique.

//////////

3 Pro jubemus, Thuan. volenti. Vat. et alii volumus.

## NOTÆ

1 Natali] Quo nempe moris erat munera mittere. Vide lib. viii. Epig. 64.

3 Uterque jubemus] Alii volumus.

4 Et quod utrumque] Nimirum in amicos libenter confers munera, quæ et ego libenter accipio. Sic festive mendicat Poëta.

## LV.

## AD COGNATUM.

Si mihi Picena turdus palleret oliva,  
 Tenderet aut nostras sylva Sabina plagas;

Si haberem turdum saginatum oliva Picena, aut nostra retia tenderentur in

//////////

Scriver. Ad eundem.—3 Levis traheretur: ita Gruterus, rejecta lectione

## NOTÆ

1 Picena oliva] Vide lib. i. Epig. 44.

2 Tenderet] Hoc est, aut si liceret venari in sylvis Sabinorum.



Aut crescente levis traheretur arundine præda,  
 Pinguis et implicitas virga teneret aves ;  
 Cara daret solenne tibi cognatio munus, 5  
 Nec frater nobis, nec prior esset avus.  
 Nunc sturnos inopes, fringillarumque querelas  
 Audit, et arguto passere vernat ager.  
 Inde salutatus picæ respondet arator :  
 Hinc prope summa rapax milvus in astra volat. 10  
 Mittimus ergo tibi parvæ munuscula cortis,  
 Qualia si recipis, sæpe propinquus eris.

*sylvæ Sabina, aut præda educeretur arundine crescente in aquis, et viscata virga teneret volucres irretitas ; cura cognatio daret tibi celebre donum, nec frater, nec avus mihi potior esset. Nunc, querimoniam inopum sturnorum, et fringillarum audiuntur in agro, et canorus passer renovat ver. Inde agricola salutatus respondit picæ: hinc milvus rapax volat fere ad summa usque sidera. Igitur mittimus ad te munuscula parvæ cortis, qualia si recipis, sæpe eris propinquus.*

vulg. vadis.—5 Pro *Cara* alii *Clara*: sed *Cara* rectius esse censet Pulman. *Solemnati* pro *solenne tibi* Beverlandi Ms. *Mihi* Pulman.—6 *Vobis* id.—10 *Hunc* id. *Ad astra* Thuan. Vat.

## NOTÆ

3 *Aut crescente*] Alii interpretantur virgam recens abscissam, et flexibilem, qualia sunt arbuscula, at vero mihi videtur intelligenda esse virga, quæ crescat in locis palustribus. Legunt alii *aut crescente levis*.

5 *Cara daret*] ‘Convivium etiam solenne majores instituerunt, idque charistia appellarunt, cui præter cognatos et affines nemo interponebatur: ut si quæ inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ, et inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiam adhibitis tolleretur.’ Valerius Maximus. De ejusmodi convivio loquitur Poëta. Alii legunt *clara*: sed melior prior lectio; illa enim festa dicebantur ‘cara cog-

natorum.’

7 *Sturnos inopes*] Gallice *étourneaux*: inopes vocat, quod pauperibus conveniant. *Fringillarum*: avium scilicet. Legunt alii, *fringillarum*, et *fringillarum*, quæ sic appellantur quod frigore cantent, ut ait Festus.

8 *Vernat ager*] Poëta notat tempus quo celebrabantur hæc charistia, vere nempe.

9 *Picæ respondet*] Picam salutatricem dixit, lib. vii. Epig. 87.

11 *Munuscula cortis*] Hoc est, aves domesticas. Lib. vii. Epig. 31. ‘*raucæ cortis aves*.’

12 *Sæpe propinquus eris*] Hoc est, tibi tanquam propinquo ejusmodi munera mittam.

## LVI.

AD FLACCUM.

LUCE propinquorum, qua plurima mittitur ales,  
 Dum Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro,  
 Succurrit nobis ingens onerosaque turba ;  
 In qua se primum quisque meumque putat.  
 Demeruisse duos, votum est : offendere plures, 5  
 Vix tutum : multis mittere dona, grave est.  
 Qua possum sola veniam ratione merebor :  
 Nec Stellæ turdos, nec tibi, Flacce, dabo.

O Flacce, dum tibi, dum Stellæ præparo turdos die propinquorum, quo mittuntur multæ ares, turba ingens, et molesta se offert nobis, in qua quisque existimat se primum, et meum cognatum. Opto bene mereri de duobus: vix tutum est lædere multos: molestum vero mittere munera pluribus. Merebor veniam sola ratione qua possum: o Flacce, nec tibi, nec Stelle donabo turdos.

Omnes membranæ et libb. sive typis impressi, sive excusi, in hoc epigrammate omnino consentiunt.

## NOTE

1 *Luce propinquorum*] Vide præcedens Epigramma. De charistiis Ovidius lib. i. Fastorum: 'Proxima cognati dixere charistia cari, Et venit ad socios turba propinqua Deos.'

2 *Dum Stellæ*] Poëtæ de quo lib. i. Epig. 8. Flaccus vero poëtâ scripsit Argonautica, lib. i. Epig. 77.

8 *Nec Stellæ*] Ut nullus conquærat: sic festive se excusat Poëta.

## LVII.

DE SPENDOPHORO.

SPENDOPHORUS Libycas domini petit armiger urbes :  
 Quæ puero dones, tela, Cupido, para :  
 Illa quibus juvenes figis, mollesque puellas :  
 Sit tamen in tenera levis et hasta manu.  
 Loricam clypeumque tibi galeamque remitto : 5  
 Tutus ut invadat prælia, nudus eat.

*Splendorus armiger domini proficiscitur in urbes Africa: o Cupido, adorna tela quæ des puero: illa quibus lædis juvenes, et virgines teneras. Nihilominus habeat etiam teneram hastam in blanda manu. Ad te remitto thoraca, scutum, et*

1 *Domini*] Domitiani, ut interpretantur omnes interpretes.

6 *Nudus eat*] Forma eximia a vulneribus illum tuebitur.

Non jaculo, non ense fuit, læsusve sagitta,

Casside dum liber Parthenopæus erat

Quisquis ab hoc fuerit fixus, morietur amore.

O felix, si quem tam bona fata manent! 10

Dum puer es, redeas, dum vultus lubricus; et te

Non Libye faciat, sed tua Roma, virum.

*cassidem: nudus eat, ut securus irruat in certaminu. Parthenopæus non fuit vulneratus jaculo, nec gludio, aut sagitta, dum non erat munitus galea. Quisquis fuerit fixus ab hoc, peribit amore. O felix, si cui destinatur sors tum bona! revertaris, dum puer es, dum facies lubrica, nec Africa faciat te virum, sed tua Roma.*

1 Alii *Splendophorus*.—7 Pro ense Beverlandi Ms. *hasta*.—8 Cum l. id.—11 Alii *dum vultu*: quod etiam in textum suum recepit Barbou Par. 1754.

## NOTÆ

8 *Parthenopæus*] Formosissimus Meleagri atque Atalantæ filius fuit, quem ad bellum Thebanum profectum a vulnere defendit pulchritudo. Vide lib. vi. Epig. 77. Papinium lib. iv. Sylvarum. Euripides sic ait in Phœnissis: "Ὅδ' ἐστὶ Παρθενοπαιῖος, Ἀταλάντης γόνος.

11 *Vultus lubricus*] Horat. lib. i. Ode 19. 'Et vultus nimium lubricus aspici.' Lubricus vero dicitur metaphora ducta a via lubrica, in qua difficile est sine prolapsione insistere. Sic difficile est formosum vultum aspicere, quin amore labefactetur animus.

## LVIII.

## IN HEDYLUM.

NIL est tritius Hedyli lacernis,

Non ansæ veterum Corinthiorum,

Nec crus compede lubricum decenni,

Non ruptæ recutita colla mulæ,

Nec quæ Flaminiam secant salebræ,

5

Nec qui littoribus nitent lapilli,

*Nihil est tritius lacernis Hedyli, non ansæ antiquorum Corinthiorum, nec crus attritum vinculis decem annorum, et recutita colla ruptæ mulæ, nec salebræ quæ secant Flaminiam, nec lapilli qui splendent in littoribus, nec ligo nitens vite Tusca,*

*In Edilum Ald. Junt. Colin.*—9 Ant. de Rooy conjicit *Nec pigri rota lasa*

## NOTÆ

1 *Nil est tritius*] Cinædi nempe 23. supra.  
quem acute carpit.

2 *Veterum Corinthiorum*] Vasa intellige facta ex veteri ære Corinthio.

3 *Nec crus*] Servorum nempe, Epig.

4 *Recutita colla*] Cute nempe, quæ labore et verberibus detracta fuerat, renovata.

5 *Salebræ*] Sunt loca inæqualia, et

Nec Tusca ligo vinea politus,  
 Nec pallens toga mortui tribulis,  
 Nec pigri rota quassa mulionis,  
 Nec rasum cavea latus bisontis, 10  
 Nec dens jam senior ferocis apri:  
 Res una est tamen, ipse non negabit,  
 Culus tritior Hedyli lacernis.

*nec pallida toga tribulis defuncti, nec fracta toga incertis mulionis, nec latus bisontis rasum cavea, nec dens jam senior sævi apri. Nihilominus una res est, ipse non inficiabitur \* \**

*mulionis. Lassa sc. circumactu quotidiano, atque adeo trita.*

#### NOTÆ

aspera, saxis tritis, et levigatis, quæ quasi sine saltu præteriri non possunt. De via Flaminia lib. iv. Epig. 64.

7 *Nec Tusca*] Ligonem interpretare levigatum in fodiendis Etruriæ vineis, Epig. 23. supra.

8 *Nec pallens toga*] Qua amicti efferebantur mortui. Juvenalis Sat. 111.

‘Pars magna Italiæ est (si verum admittimus) in qua Nemo togam sumit nisi mortuus.’ De tribuli dictum Epig. 50. supra.

10 *Nec rasum*] Nec latus bovis sylvestris attritum cavea ubi includitur, lib. i. Epig. 105.

### LIX.

#### AD NYMPHAM SABINI.

NYMPHA sacri regina lacus, cui grata Sabinus,  
 Et mansura pio munere templa dedit;  
 Sic montana tuos semper colat Umbria fontes,  
 Nec tua Baianas Sarsina malit aquas;

*O Nympha regina sacri lacus, cui Sabinus pio dono extruxit ædes acceptas et durataras; sic montana Umbria semper veneretur tuos fontes, nec tua Sarsina*

*Ad Nympham inscribitur in Ald. Junt. Colin. Gryph. aliis.—8 Docet pro*

#### NOTÆ

1 *Nympha sacri*] Vide lib. vii. Epig. 97. Librum autem ad Nympham fontis Sabini idcirco mittit, ut, si displiceat ipsi Sabino, in aquas immergatur.

2 *Templa dedit*] Numina quippe fontibus inesse credebant Veteres,

atque illa colebant. De his jam dictum.

3 *Sic montana*] Lib. vii. Epig. 97.

4 *Nec tua*] Hoc est, nec Baianas aquas tuis anteponat Sarsinates. *Sarsina* Umbriæ urbs.

Excipe sollicitos placide, mea dona, libellos : 5  
 Tu fueris Musis Pegasus unda meis.  
 Nympharum templis quisquis sua carmina donat,  
 Quid fieri libris debeat, ipse monet.

*magis optet aquas Baianas; leniter accipe anxios libros mea munera: tu fueris unda Pegasus meus Musis. Quisquis dat suos versus templis Nympharum, ipse monet quid sit agendum de libris.*

monet Pulman.

## NOTE

5 *Sollicitos*] De iudicio Sabini. novi fontis nostras pervenit ad aures,  
 6 *Pegasus unda*] Hoc est: Te existimabo Hippocrenen fontem Musis Dura Medusæ quem præpetis ungula  
 sacrum, quem Pegasus ungula sua rupit.  
 aperuit: unde et Musæ dictæ sunt 8 *Quid fieri*] Nimirum in undas  
 Pegasusides. Ovidius Met. iv. 'Fama mergendos esse, si displicuerint.

## LX.

## IN MAMURRAM.

IN septis Mamurra diu multumque vagatus,  
 Hic ubi Roma suas aurea vexat opes,  
 Inspexit molles pueros, oculisque comedit:  
 Non hos, quos primæ prostituere casæ;  
 Sed quos arcanae servant tabulata catastæ, 5  
 Et quos non populus, nec mea turba videt.  
 Inde satur, mensas, et opertos exuit orbes,  
 Expositumque alte pingue poposcit ebur:

*Mamurra diu et multum vagatus in septis, hic ubi Roma aurea vexat suas opes, intuitus est teneros pueros, et pavit oculos: non ex his quos exposuere primæ tubernæ; sed quos custodiunt tabulata secretæ catastæ, et quos non spectat populus, nec mea turba. Deinde satiatus retexit mensas, atque orbes opertos, et petiit*

## NOTE

1 *In septis*] In campo nempe Martio erant septa, de quibus lib. II. Epig. 14.  
 2 *Vexat opes*] Dum nempe manibus attractantur, ostentantur, atque illis pretium defertur. Vide lib. x. Epig. 80.  
 3 *Inspexit molles*] Quasi emturus. Juvenalis Sat. VII. 132. 'Perque for-  
 rum juvenes longo premit assere Medos, Emturus pueros, argentum, Myrrhina, villas.'  
 5 *Sed quos*] Catasta machina erat lignea in qua servi exponebantur venales. Supra Epig. 30. et lib. VI. Epig. 29.  
 6 *Nec mea turba*] Hoc est, nec turba pauperum mihi similitum.

- Et testudineum mensus quater hexaclinon,  
 Ingemuit citro non satis esse suo. 10  
 Consuluit nares, an olerent æra Corinthon:  
 Culpavit statuas et, Polyclete, tuas.  
 Et turbata brevi questus crystallina vitro,  
 Myrrhina signavit, seposuitque decem.  
 Expendit veteres calathos, et si qua fuerunt 15  
 Pocula Mentorea nobilitata manu:  
 Et virides picto gemmas numeravit in auro,  
 Quicquid et a nivea grandius aure sonat.  
 Sardonychas veros mensa quæsivit in omni,  
 Et pretium magnis fecit iaspidibus. 20  
 Undecima lassus cum jam discederet hora,  
 Asse duos calices emit, et ipse tulit.

*densum ebur sublime expositum, et quater emensus testudineum hexaclinon, ingemuit non sufficere mensæ suæ citreæ. Consuluit nares, an æra olerent Corinthum: atque improbat tuas statuas, o Polyclete: conquestus crystallina vitiatu modico vitro, signavit decem myrrhina, et semovit. Examinavit antiquos calices, et si qua pocula fuerunt ornata manu Mentoris. Et numeravit virides gemmas in picto auro, et quicquid sonat in aure candida. Quæsivit in omni mensa veros sardonychas, et detulit pretium magnis iaspidibus. Cum defatigatus abiret hora undecima, asse mercatus est duos calices, atque ipse portavit.*

10 *Satur Pulman.*—13 *Pro brevi id. siti. Nitro Vat. ita Salm. p. 204.*—19 *Pro veros Beverlandi Ms. que viro. Alii mensas quæsivit in omnes: ut in Junt. Colin. &c.*

## NOTÆ

8 *Poposcit*] Dentes nempe eburneos, quibus mensæ fulcirentur, lib. 11. *Epig.* 43.

9 *Et testudineum hexaclinon*] Hoc est, lectum discubitorium sex hominibus capiendis aptum, et testudinis putaminibus ornatum. *Juvenalis Sat.* 11. 95. 'Nemo inter curas et seria duxit habendum, Qualis in Oceani fluctu testudo nataret, Clarum Trojgenis factura ac nobile fulcrum.'

10 *Non satis esse*] Hoc est, non satis amplum esse, ut par esset citreæ suæ mensæ.

11 *An olerent*] An statuæ essent ex ære Corinthio: Polycleti meminit lib. VIII. *Epig.* 51.

14 *Myrrhina*] Vasa scilicet lib. III.

*Epig.* 26.

15 *Calathos*] Vasa vinaria hoc loco intelligere videtur Poëta, lib. XIV. *Epig.* 107. *Virgilius Eclog. v.* 'Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.'

17 *Et virides gemmas*] *Smaragdus* interpretare, lib. XIV. *Epig.* 109.

18 *Aure sonat*] *Margaritæ* nempe atque uniones pendebant ex auribus mulierum.

19 *Sardonychas veros*] Sunt enim et adulterini, lib. IV. *Epig.* 61.

21 *Undecima*] Hoc est, una hora ante noctem, lib. IV. *Epig.* 8.

22 *Et ipse tulit*] Quia tam pauper erat, ut nec servum haberet.

## LXI.

SABINO MITTIT CORONAM ROSEAM.

SEU tu Pæstanis genita es, seu Tiburis arvis,  
 Seu rubuit tellus Tuscula flore tuo,  
 Seu Prænestino te villica legit in horto,  
 Seu modo Campani gloria ruris eras ;  
 Pulchrior ut nostro videre corona Sabino, 5  
 De Nomentano te putet esse meo.

*Seu tu nata es in agris Pæstanis, seu Tiburis, seu terra Tuscula rubuit tuo flore, seu villica te carpsit in horto Prænestino, seu paulo antea eras decus ruris Campani ; ut formosior corona compareas nostro Sabino, existimet te natam esse in meo Nomentano.*

*De corona rosea in edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. Delph. nulla alia varietas in libris invenitur.*

## NOTE

1 *Seu tu*] Recenset varia loca quæ derit factam fuisse ex rosis natis in  
 rosis abundant, de quibus sæpius agro suo Nomentano, de quo lib. II.  
 dictum. Sabino autem gratiorem Epig. 38.  
 fore missam coronam sperat, si credi-

## LXII.

DE PLATANO CÆSARIS.

IN Tartessiacis domus est notissima terris,  
 Qua dives placidum Corduba Bætin amat ;  
 Vellera nativo pallent ubi flava metallo,  
 Et linit Hesperium bractea viva pecus :  
 Ædibus in mediis totas amplexa Penates 5  
 Stat platanus densis Cæsariana comis ;

*Domus est in terra Bætica, ubi locuples Corduba amat tranquillum Bætin ; ubi flava vellera pallent naturali metallo, et viva lamina inaurat Hispanas oves : in mediis ædibus stat platanus Cæsariana, densis ramis complexa totam domum ; quam*

Hoc epigramma in nonnullis inscribitur *De platano Cordubensi*.—2 *Placitum*

## NOTE

1 *In Tartessiacis*] Idem est Tartessus ac Bætis Hispaniæ fluvius, lib. VIII. Epig. 28.  
 2 *Corduba*] Urbs Hispaniæ nota ad Bætin.  
 3 *Vellera*] Ubi nempe aureum velus habent oves : lib. XII. Epig. 99. 'Bætis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis,' et Juvenalis Sat. XII. 42. 'Atque alias, quarum generosi graminis ipsum Infecit natura pecus, sed et egregius fons Viribus occulitis, et Bæticus adjuvat aër.'



Hospitis invicti posuit quam dextera felix,  
 Cœpit et ex illa crescere virga manu.  
 Auctorem, dominumque nemus sentire videtur:  
 Sic viret, et ramis sidera celsa petit. 10  
 Sæpe sub hac madidi luserunt arbore Fauni,  
 Terruit et tacitam fistula sera domum:  
 Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros,  
 Sæpe sub hac latuit rustica fronde Dryas.  
 Atque oluere lares commissatore Lyæo, 15  
 Crevit et effuso lætior umbra mero:  
 Hesternisque rubens dejecta est herba coronis,  
 Atque suas potuit dicere nemo rosas.  
 O dilecta Deis, o magni Cæsaris arbor,  
 Ne metuas ferrum, sacrilegosque focos. 20  
 Perpetuos sperare licet tibi frondis honores:  
 Non Pompeianæ te posuere manus.

*sevit victrix dextra invicti hospitis, et virga cœpit crescere ex illa manu. Nemus videtur sentire auctorem, et dominum: sic viret, et ramis fertur in alta astra. Sæpe Fauni ebrii luserunt sub hac arbore, et fistula sera incussit terrorem quietis ædibus; et dum agrestis Dryas fugit nocturnum Pana per arva deserta, sæpe delituit sub hac fronde. Atque ædes oluerunt commissatore Baccho, atque amœnior umbra crevit vino effuso: et herba rubra decerpta est ad hesternus coronas, nec ullus potuit appellare suas rosas. O cara Numinibus, o arbor magni Cæsaris, ne timeas ferrum, et sacrilegos focos: fas est tibi sperare perpetuum decus rumorum: manus Pompeii non secerunt te.*

Pulman.—9 Pro *nemus id. suum*.—12 ‘Vulgo sequenti versui hoc pentameton, et quod illic legitur, huic subicitur. Id contra mentem Martialis factum ex Ms. Palat. docuit Gruterus. Cui adversatur Scriverius invitis Musis et Gratiis: ut ostendit Gronovius et auctoritate codicis Arondelliani, et certa ratione lib. 1. Observationum.’ *Scriver.*—16 *Effuso latior* Scriverius, Barbov. Vulg. *lætior*. *Delecta* etiam vulg. *Detecta* Grut.

## NOTÆ

9 *Dominumque nemus*] Alii *dominumque suum*. Placet prior lectio; nam platanum nemus appellat propter ejus magnitudinem.

11 *Fauni*] Numina agrestia.

12 *Fistula sera*] Syrinx Pana fugiens in arundinem conversa fuit, ex qua facta est fistula qua utebatur Pan.

*Terruit, &c.*] Hoc pentameton mutatum et sequentis pentametri loco positum invenitur: sed minus bene,

ut Grutero videtur.

14 *Dryas*] Sylvarum nympha.

15 *Commissator*] Is est qui intempestivis conviviis indulget. Vide lib. iv. Epig. 5.

16 *Crevit et effuso*] Platanos vino irrigare solebant veteres, ut melius crescerent. Macrobius Saturn. l. iiii. c. 13. Vide et lib. 1. Anthol. *εις οἶνον*.

18 *Atque suas*] Quia sponte natæ erant.

20 *Ne metuas*] Cum sis dictatori

Cæsari sacra.

22 *Non Pompeianæ*] Victæ, scilicet,21 *Perpetuos frondis*] Hoc est, per- atque infausti ominis manus.  
petuam viriditatem.

## LXIII.

DE PHILÆNI.\*

TINCTIS murice vestibus quod omni  
Et nocte utitur, et die Philænis,  
Non est ambitiosa, nec superba :  
Delectatur odore, non colore.

*Quod Philænis omni die ac nocte utitur vestibus tinctis murice, non est ambitiosa, nec arrogans : capitur odore, non colore.*

Alii *De Philænide*. *De Phileni* Junct. Colin. Cetera, haud inuenio ullam varietatem.

## NOTÆ

\* *De Philæni*] Alii *De Philænide*, de menti odore impuri sui oris fetorem qua lib. vii. Epig. 67. Hæc mulier obrueret.  
purpureis utebatur vestibus, ut vehe-

## LXIV.

IN PHÆBUM.

AD cœnam invitant omnes te, Phæbe, cinædi :  
Mentula quem pascit, non puto purus homo est.

In hoc etiam epigrammate omnes libri et codices consentiunt.

## NOTÆ

1 *Phæbe*] Ludit forte in nomine ; cat, nomine purus, re impurus.  
*φοῖβος* enim ' purum ' sonat, quasi di-

## LXV.

DE STATUA CÆSARIS DOMITIANI.

HERCULIS in magni vultus descendere Cæsar  
Dignatus Latiae dat nova templa viae,

*Cæsar dignatus referre imaginem magni Herculis exstruit nova templa in via*

## NOTÆ

2 *Dignatus*] Quasi Hercules Domitiano inferior esset. coravit Domitianus, in quo sub Herculis imagine coli volebat. Vide Epig.

*Latiae viae*] Videtur Poëta intelligere viam Appiam, quam templo de-

102. infra.

Qua Triviæ nemorosa petit dum regna viator,

Octavum domina marmor ab urbe legit.

Ante colebatur votis, et sanguine largo :

5

Majorem Alciden nunc minor ipse colit.

Hunc magnas rogat alter opes, rogat alter honores :

Illi securus vota minora facit.

*Latio, qua viator legit octavum lapidem ab urbe domina, dum adit nemorosa regna Dianæ. Precibus, et largo sanguine antea venerabamini majorem Herculem Domitianum, nunc minor ipse veneratur illum. Alter petit ab hoc majori divitias, alter petit dignitates; tuto nuncupat vota minora illi minori.*

*De statua Domitiani in edd. vett.—4 Decimum pro dominam Vat.—5 Hos quatuor vss. alii a superioribus segregant et inscribunt De eadem statua. Colebatis in Ald. Junt. Colin. Par. 1617. Delph.—6 Alii iste.*

#### NOTÆ

3 *Qua Triviæ*] Hoc est, Dianæ, lib. Spect. Epig. 1.

*Nemorosa regna*] Templum intellige, cui lucus Dianæ Aricinæ sacer adiacebat. Ovidius III. Fastorum describit locum, et lucum.

*Viator*] Pedes scil. equiti enim nemus illud adire non licebat. Ovidius loco citato: 'Unde nemus nullis illud aditur equis.'

4 *Octavum marmor*] Hoc est, octavum ab urbe milliarium. Sic domi-

nam Romam dixit, lib. I. Epig. 4.

6 *Majorem Alciden*] Alii hos quatuor versus conjungunt cum superiori Epigrammate. Domitianum intellige, quem precibus et victimis colebant Romani: eum rursus anteponebat Herculi, Epig. 102. infra.

7 *Hunc*] Domitianum nempe.

8 *Illi securus*] Quia Hercules non ægre feret a se minori Deo peti minora, quam a Domitiano Deo majori.

### LXVI.

#### AD HERCULEM, DE EADEM STATUA.

ALCIDE, Latio nunc agnoscende Tonanti,

Postquam pulchra Dei Cæsaris ora geris,

Si tibi tunc isti vultus habitusque fuissent,

Cesserunt manibus cum fera monstra tuis ;

*O Hercules nunc agnoscende a Jove Capitolino, postquam induisti formosum vultum Domitiani Dei, si tunc habuisses hoc ornamentum, et hanc speciem, cum*

*De eadem, ad Herculem Barbon Par. 1754.—7 Censet Gronovius Martialem*

#### NOTÆ

1 *Agnoscende*] Hoc est, digne qui agnoscaris a Jove tuo patre.

Argolico famulum non te servire tyranno 5  
 Vidissent gentes, sævaque regna pati :  
 Sed tu jussisses Eurysthea ; nec tibi fallax  
 Portasset Nessi perfida dona Lichas.  
 Cætæi sine lege rogi securus adisses  
 Astra patris summi, quæ tibi pœna dedit : 10  
 Lydia nec dominæ traxisses pensa superbæ :  
 Nec Styga vidisses, Tartareumque canem.  
 Nunc tibi Juno favet, nunc te tua diligit Hebe :  
 Nunc te si videat nympha, remittet Hylan.

*sæva monstru domita sunt tuis manibus, nationes non spectassent te servum obtemperare tyranno Argolico, et ferre acerbum imperium. At tu imperasses Eurystheo, nec fraudulentus Lichas tulisset ad te perfidiosa munera Nessi. Immunis lege Cætæi rogi tutus petiisses sidera summi genitoris, quæ consecutus es supplicio. Nec deduxisses Lydia pensa dominæ arrogantis, nec spectasses Styga, nec canem inferorum. Nunc Juno tibi propitia est, nunc amaris a tua Hebe : si Nympha nunc aspiciat te, remittet Hylan.*

potius scripsisse: *Sed tu jussisses Eurystheo*: contractis duabus syllabis, ut solent poëtæ. Ant. de Rooy conjicit evenisse a manu Martialis *Sed tu risisses Eurysthea*; h. e. 'Sprevisisses,' 'non curasses.' *Eurystei* exhibent Ald. Junt. Colin.

## NOTE

5 *Argolico tyranno*] Eurystheo, regi Argolico, qui ope Junonis prior Hercule natus erat: quamobrem jus habuit in Herculem, ipsique imperavit, ut atrocissima subiret pericula. Hæc historia satis nota.

8 *Fallax Lichas*] Servus nempe Dejaniræ nomine vestem Nessi centauri Herculi portavit, quam vocat perfidum munus, quia veneno imbutam muneris loco illam Dejaniræ reliquerat Centaurus, qua indutus Hercules furore correptus in flammâ se immisit. Vide Ovidium in Dejanira, et Senecam in Hercule Furente.

9 *Cætæi sine lege*] Hoc est, non combustus in rogo exstructo in Cætæ monte cælum adiisses, sed a morte

immunis inter Deos relatus fuisses.

11 *Lydia nec dominæ*] Omphalen reginam Lydiæ intellige, quæ Herculem amore perditum ad fila deducenda compulit.

12 *Nec Styga vidisses*] Hoc est, nec ab Omphale jussus, ut videtur Martialis intelligere, aut potius ab Eurystheo, ut aliis placet, descendisses ad Inferos.

13 *Hebe*] Junonis filia sine patre, Dea juventutis, quæ uxor data est Herculi in cælum relato.

14 *Nunc te*] Referentem Domitiani effigiem videat Nympha, quæ tibi Hylan rapuit, illum reddet, lib. v. Epig. 48.

## LXVII.

AD FABULLUM.

UXOR cum tibi sit formosa, pudica, puella,  
 Quo tibi natorum jura, Fabulle, trium?  
 Quod petis a nostro supplex Dominoque Deoque,  
 Tu dabis ipse tibi, si potes arrigere.

O Fabulle, cum habeas pulchram conjugem, castam, juvenem, quid tibi proderunt jura trium liberorum? quod supplex rogas nostrum dominum, et Deum, tu ipse a te ipso impetrabis. \* \*

2 Alii Quid tibi, ut in Ald. Colin. Gryph. Delph. &c.

## NOTÆ

2 Quo] Hoc est, quorsum tibi opus est jure trium liberorum? de quo lib. 11. Epig. 91. et lib. VIII. Epig. 31. cujus argumentum fere idem est. 3 A nostro] Sic Domitianum appellavit dominum, lib. v. Epig. 8.

## LXVIII.

IN ÆSCHYLUM.

LASCIVAM tota possedi nocte puellam,  
 Cujus nequitas vincere nemo potest.  
 Fessus mille modis, illud puerile poposci:  
 Ante preces totas, primaque verba dedit.  
 Improbius quiddam ridensque rubensque rogavi: 5  
 Pollicita est nulla luxuriosa mora.  
 Sed mihi pura fuit; tibi non erit, Æschyle: si vis,  
 Accipe et hoc munus conditione mala.

Hujus Epigrammatis lectionem non variant membranæ aut libri typographici.

## NOTÆ

3 Illud puerile poposci] Δύσφημον ἐκείνο, ὅτι πᾶσ' ἔχουσιν οἱ παῖδες. Sic sæpe hoc pronomen ponitur relato subintellecto. Catullus: 'Et quærendum unde unde foret nervosius illud.' Sic 'res illas' dixit Arnobius τὰ ἀνδρείων. Dicebant aliquando 'Multa illa,' id est, lascivas illas et obscenas voluptates. Catullus: 'Ubi

illa multa tam jocosa fiebant.' Græci ταῦτα vel ἐκείνα eodem modo. Heraldus.

5 Improbius, &c.] Ore morigerari.

7 Sed mihi, &c.] Nec tamen feci, pretio deterritus, seu rei turpitudine.

8 Conditione mala] Magno pretio, caro emtum.

## LXIX.

## IN MAGISTRUM LUDI.

Quid tibi nobiscum est, ludi scelerate magister,  
 Invisum pueris virginibusque caput?  
 Nondum cristati rupere silentia galli:  
 Murmure jam sævo verberibusque tonas.  
 Tam grave percussis incudibus æra resultant, 5  
 Causidicum medio cum faber aptat equo.  
 Mitior in magno clamor furit amphitheatro,  
 Vincenti parmæ cum sua turba favet.  
 Vicini somnum non tota nocte rogamus:  
 Nam vigilare leve est, pervigilare grave. 10  
 Discipulos dimitte tuos: vis, garrule, quantum  
 Accipis ut clames, accipere ut taceas?

*O ludimagister improbe, caput odiosum pueris et virginibus, quid tibi rei est nobiscum? nondum galli cristati rupere silentia: jam tonas uerbo clamore et verberibus. Tam graviter percipant æra percussis incudibus, cum faber collocat causidicum in medio equo. Clamor lenior sævit in magno amphitheatro, cum sua turba applaudit parmæ superanti. Nos vicini non petimus somnum integra nocte: nam facile est vigilare, molestum vero pervigilare. Dimitte tuos discipulos, o loquax, placetne accipere tantum ut sileas, quantum accipis ut vocifereris.*

In hoc etiam Epigrammate nulla est varietas si modo excipias quod Beverlandi Ms. pro *Vicini* habet *Vicino*, et pro *quantum, tantum*.

## NOTÆ

2 *Virginibusque*] Verbera timentibus. Vide lib. x. Epig. 62.

3 *Nondum cristati*] Hoc est, nondum galli cecinere.

6 *Causidicum medio*] Hoc est, cum causidico statua equestris fabricatur. Juvenalis Sat. vii. ‘Æmilio dabitur quantum petit,’ &c. Quod nempe suis in vestibulis statuam equestrem haberet, quæ tunc temporis multos

clientes conciliabat causidico.

8 *Vincenti parmæ*] Nomen proprium putat Domitius; alii sic interpretantur, cum nempe turba gladiatorum parma pugnanti, et victori ex sua factione gladiatori applaudit. Videat lector.

10 *Pervigilare*] Hoc est, tota nocte vigilare gravissimum est.

## LXX.

## IN POLYCARMUM.

CUM futuis, Polycarme, soles in fine cacare.  
 Cum pædicaris, quid, Polycarme, facis?



Omnes libri typographici et excusi similem lectionem hujus epigrammatis produunt.

## LXXI.

## IN CÆCILIANUM.

DIXERAT, O MORES! O TEMPORA! Tullius olim,  
 Sacrilegum strueret cum Catilina nefas:  
 Cum gener atque socer diris concurreret armis,  
 Mœstaque civili cæde maderet humus.  
 Cur nunc, O MORES! cur nunc, O TEMPORA! dicis? 5  
 Quod tibi non placeat, Cæciliane, quid est?  
 Nulla ducum feritas, nulla est insania ferri:  
 Pace frui certa, lætitiæque licet.  
 Non nostri faciunt, tua quod tibi tempora sordent:  
 Sed faciunt mores, Cæciliane, tui. 10

*Olim Cicero dixerat, O mores, o tempora, cum Catilina moliretur scelus sacrilegum, cum gener et socer confingerent armis infestis, et sordidata terra maderet sanguine circum. O Cæciliane, quare dicis nunc, O mores! o tempora? Quid est quod non arideat tibi? Nulla sævitia est ducum, nullus furor armorum: fas est frui pace certa, et lætitia. O Cæciliane, non mores nostri, sed tui sunt in causa, cur fastidias tua tempora.*



In Mæcilianum Palat. quod recepit Barbou Par. 1754.

## NOTÆ

1 *Dixerat, O mores*] Cum in patriam arma civilia moverentur. Nota est Catilinæ conjuratio ex Sallustio et aliis.

3 *Cum gener atque socer*] Cæsar nempe et Pompeius qui Juliam Cæ-

saris filiam uxorem duxerat: quorum historia passim obvia.

10 *Tui mores*] Perditi scilicet: sic astute blanditur Domitiano, cujus tempora laudat vituperata ab improbo Cæciliano.



## LXXII.

DE LEONE ET ARIETE.

MASSYLI leo fama jugi, pecorisque maritus  
 Lanigeri, mirum, qua coiere fide.  
 Ipse licet videas, cavea stabulantur in una,  
 Et pariter socias carpit uterque dapes.  
 Nec fœtu nemorum gaudent, nec mitibus herbis : 5  
 Concordem satiat sed rudis agna famem.  
 Quid meruit terror Nemees, quid proditor Helles,  
 Ut niteant celsi lucida signa poli ?  
 Sidera si possent pecudesque feræque mereri,  
 Hic aries astris, hic leo dignus erat. 10

*Leo decus montium Massyliaë, et vir pecoris lanigeri, mirum, qua fide consenserunt. Ipse potes spectare, stabulantur in una cavea, et simul uterque vescitur communi cibo. Nec latantur fœtu sylvarum, nec mitibus herbis : ut rudis agna saturat feram concordem. Quid meruit terror Nemees, quid portitor Helles, ut lucida signa alti cæli splendeant ? Si pecudes et feræ possent mereri astra, hic aries atque hic leo digni erant sideribus.*

2 *Posuere* in edd. vett.—6 *Sociat* Pulmannns. *Feram* Ald. Junt. Colin. Gryph. Langii, Par. 1617. Delph. *Famem* Scriverius, Barbou Par. 1754.—7 *Alii portitor Helles.*

## NOTE

1 *Massyli*] Libyæ pars est Massylia, in qua sunt leones ingentis magnitudinis : lib. viii. Epig. 55.

*Pecorisque maritus*] Aries nempe. Sic Virgilius Eclog. vii. 'Vir gregis ipse caper,' &c.

2 *Coiere* [*Posuere*] Sine addito significat 'sedati sunt,' hoc est, consenserunt. Virgilius Æneid. vii. 'Cum venti posuere,' &c. nempe iram.

Alii legunt *coiere*.

5 *Nec fœtu*] Hoc est, nec leo desiderat feras, nec aries herbas quibus vesci solet.

6 *Sed rudis agna*] Quod mirum videtur, arietem scilicet agna vesci.

7 *Terror Nemees*] Leo ab Hercule interfectus, de quo lib. v. Epig. 65.

*Quid proditor* [*portitor*] Phryxi aries, de quo lib. viii. Epig. 51.

## LXXIII.

AD LIBERUM.

LIBER, Amyclæa frontem vittate corona,  
 Qui quatis Ausonia verbera Graia manu,

O Liber, redimite caput corona Amyclæa, qui manu Itala infigis verbera instar

Clausa mihi texto cum prandia vimine mittas,  
 Cur comitata dapes nulla lagena venit?  
 Atqui digna tuo si nomine munera ferres,  
 Scis, puto, debuerint quæ mihi dona dari.

5

*Græcorum, cum ad me mittas prandia clausa canistro vimineo, quare nulla amphora comitata est cibos? Atqui si mitteres dona digna tuo nomine, novisti, opinor, quæ munera mihi donanda fuerint.*

//////////

*Ad Liberum amicum in aliis.—1 Pro vittate alii redimite, Gruterus ex Palat. Angl. legendum censet, vittate. Nec aliter codex Pircheimeri.*

## NOTE

1 *Liber*] Ad quem scripsit, lib. viii. Epig. 77. Amyclæ civitas est Laconia, in qua maxime exercebatur pugilatus, unde corona Amyclæa dicitur ea qua donantur pugiles victores. *Frontem vittate [redimite]* Hellenismus est, de quo sæpius dictum.  
 2 *Qui quatis*] Hoc est, qui Italus

exerces Græcorum certamen, scilicet pugilatum.

3 *Clausa*] Hoc est, cur simul cum sportula non misisti lagenam?

5 *Digna tuo*] Liber enim Bacchus dicitur, atque ita Bacchi munera mittere debuit.

## LXXIV.

## IN SUTOREM.

DENTIBUS antiquas solitus producere pelles,  
 Et mordere luto putre vetusque solum,  
 Prænestina tenes decepti regna patroni,  
 In quibus indignor si tibi cella fuit.  
 Rumpis et ardenti madidus crystallæ Falerno,  
 Et pruris domini cum Ganymede tui.

5

*Solitus dentibus extendere antiquas pelles, et mordere soleam veterem et putridam luto, possides rura Prænestina patroni mortui, in quibus ægre fero si habuisti cellam. Atque ebrius ardenti Falerno frangis crystallæ. \* \* Sed parentes dementes*

//////////

3 *Alii defuncti rura.—10 Quæ sutor Pulmannus.*

## NOTE

1 *Antiquas pelles*] Hoc est, vetera coria.

2 *Solum*] Sumitur hic pro solea calcei rupti, quem reficit sutor.

3 *Prænestina*] Legata tibi a patrono, quem sane malis artibus captave-

rat sutor. De Prænestino rure lib. iv. Epig. 64.

4 *Si tibi cella fuit*] Hoc est, nec cella, nec minima domus parte dignus eras.

At me literulas stulti docuere parentes.

Quid cum grammaticis rhetoribusque mihi?

Frangere leves calamos, et scinde, Thalia, libellos;

Si dare sutori calceus ista potest.

10

*me docuerunt literulas: quid mihi rei est cum grammaticis et rhetoribus? O Thalia, frange leves calamos, et scinde libros, si calceus potest donare ista sutori.*

## NOTE

7 *At me literulas*] Per contentum utitur hoc verbo, atque insanos vocat parentes, quod illum artes nobiliores neglectis pecuniosis docuerint, quæ nullum ipsi fructum afferrent.

9 *Frangere leves*] Sic etiam Juvenalis Sat. VII. 28. 'Frangere miser calamos, vigilataque prælia dele?' hoc est, O Musa, abjice studia, siquidem plus prodest ars sutoria.

## LXXV.

## DE EFFIGIE CAMONI.

EFFIGIEM tantum pueri pictura Camoni

Servat, et infantis prima figura manet.

Florentes nulla signavit imagine vultus,

Dum timet ora pius muta videre pater.

*Pictura servat tantum effigiem pueri Camoni, et manet forma primæ ætatis. Pius genitor nulla tabella expressit florentem faciem, dum metuit spectare muta ora.*

*De Gamonio puero Thuan. Pulmannus De Gamonio puero.—1 Gamoni Beverlandi Ms.—2 'In Ms. Gronovius invenit: parva figura, et placet, est enim hypallage pro parvi. Alterum satis est haberi Epigramm. LXXVII. primæque forma fuit.'* Schrev. *Manus Beverlandi Ms.*

## NOTE

1 *Pueri Camoni*] Qui natus viginti annos Epig. 77. infra mortuus erat, cujus effigiem more veterum, non quidem adulti, sed infantis exprimi

curavit pater; ne, si adultus pingetur, majore dolore conficeretur, dum illum videret mutum.

3 *Florentes*] Ætate scilicet.

## LXXVI.

## DE BALNEO TUCCÆ.

NON silice duro, structilive cæmento,

Nec latere cocto, quo Semiramis longam

*Tucca non exstruxit balneum silice duro, aut structili cæmento, non latere cocto,*

Babylona cinxit, Tucca balneum fecit :  
 Sed strage nemorum, pineaque compage,  
 Ut navigare Tucca balneo possit. 5  
 Idem beatas lautus extruit thermas  
 De marmore omni, quod Carystos invenit,  
 Quod Phrygia Synnas, Afra quod Nomas mittit,  
 Et quod virenti fonte lavit Eurotas.  
 Sed ligna desunt : subice balneum thermis. 10

quo *Semiramis cinxit longam Babylona* ; sed magna strue lignorum, et pineis tabulis conjunctis, ut *Tucca queat navigare balneo*. Idem splendidus ædificat thermas sumtuosas ex omni marmore, quod reperit *Carystos*, quod *Phrygia Synnas*, quod *Afra Nomas fert*, et quod lavit *Eurotas fonte virenti* : sed ligna desunt ; admove balneum thermis.

\*\*\*\*\*

De balneo et thermis *Tuccæ* Barbon Par. 1754.—8 *Alii Phrygia, sive Afra. Synnas* Beverlandi Ms. *Synnas* Barbon Par. 1754. Pro *Nomas* Vat. novias.—9 *Fronte* Beverlandi Ms.—10 *Si ligna Pulmannus*.

#### NOTE

3 *Babylona*] Lib. Spect. Epig. 1.

*Tucca*] De quo sæpius supra, quem irridet Poëta, quod balneum ex ligno, thermas vero ex marmore extruxisset. Balneum autem sumitur hic pro cella frigidaria, quæ potius ex marmore extruenda erat, utpote quod aquæ frigidæ melius conveniat: thermæ autem in quibus aqua calida lavabantur, ex ligno erant ædificandæ, quod aquæ calefaciendæ non nihil contulisset.

7 *De marmore omni*] Varia quippe præstantissimi marmoris genera enumerat. Vide lib. vi. Epig. 42.

*Carystos*] Oppidum Eubææ insulæ, hodie *Nigroponte*. Strabo lib. x. *Κάρυστος δ' ἔστιν ὑπὸ τῷ ὕρει τῆ Ὀχῆ. πλησίον δὲ τὰ Στύρα, καὶ τὸ Μαρμάριον, ἐν ᾧ τὸ λατόμιον τῶν Κερρυστίων κίωνων, ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρίνου, &c.*

'Carystus sub monte Ocha sita est, in propinquo Styra, et Marmarium, ubi Carystiaæ excinduntur columnæ, et templum ibi marmorei Apollinis.'

8 *Quod Phrygia Synnas*] Hæc ultima vox deest in multis codicibus, in quibus claudicat versus. Strabo lib. xii. *Σύνναδα δ' ἔστιν οὐ μεγάλη πόλις, ἔστιν ἡ πόλις, καὶ τὸ λατόμιον τοῦ Συναδικοῦ λίθου* : 'Ab altera parte est Docimia pagus, et lapidicinæ Synnadicæ lapidis.' Hoc loco Phrygiam describit Strabo.

*Afra Nomas*] Numidia Africae provincia, lib. viii. Epig. 55.

9 *Eurotas*] Fluvius Laconiae ad quem est marmor viride, quod Lacedæmonium et Laconicum dicitur.

10 *Subice balneum*] Ut nempe calescant thermæ.

## LXXVII.

## DE EFFIGIE CAMONI.

HÆC sunt illa mei, quæ cernitis, ora Camoni :

Hæc pueri facies primaque forma fuit.

Creverat hic vultus bis denis fortior annis ;

Gaudebatque suas pingere barba genas :

Et libata semel summos modo purpura cultros

5

Sparserat : invidit de tribus una soror.

Et festinatis incidit stamina pensis ;

Absentemque patri retulit urna rogam.

Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur,

Hæc erit in chartis major imago meis.

10

*Hæc sunt illa ora mei Camoni, quæ videtis: hic vultus infantis, et prima species fuit. Hæc facies fortior creverat viginti annis, et barba gaudebat pingere suas genas, et modo lanugo semel resecta sparserat summum decus: una trium sororum invidit, et resecuit stamina festinatis pensis, atque urna reportavit genitori absentem rogam. Sed nihilominus, ne sola pictura celebret puerum, hæc erit major imago in meis libris.*

4 In margine ed. Scriverii hæc verba manu scripta extant, ‘cingere in quibusdam, male:’ voce pingere in textu ejusdem ed. subscripta.—5 Alii cultus, vel vultus.—9 Pro sola tamen in Beverlandi Ms. sublaturum.

## NOTÆ

1 *Hæc sunt*] Vide Epig. 76. supra.

54. ‘Et semper de tribus una necat.’

3 *Bis denis annis*] Hoc est, viginti annos natus interiit.

8 *Absentemque*] Longe enim a patre mortuus et crematus fuerat Camonus.

5 *Et libata*] Sensus est, inquit Raderus, et semel illi barba resecta erat. *Purpura* barba forte subrufa, aut prima lanugo, quæ flavescit potius. Videtur tamen rufam insinuare.

10 *Hæc erit in chartis*] Non perituris scilicet. Sic lib. vii. Epig. 84. ‘Certior in nostro carmine vultus erit.’

6 *De tribus una*] Sic lib. iv. Epig.

## LXXVIII.

## DE CONVIVIO PRISCI.

QUOD optimum sit disputat convivium

Facunda Prisci pagina :

Et multa dulci, multa sublimi refert,

Sed cuncta docto pectore.

*Disertus liber Prisci disputat, quod convivium optimum sit: et narrat multa*

Quod optimum sit quæritis convivium ?

5

In quod choraules non venit.

*suaviter, multa excellenter, sed omnia perite. An rogatis quod convivium sit optimum? Cui non adest choraules.*

6 *In quo . . . erit Pulmannus.* Cetera, non variant membranæ aut libri typographici.

## NOTÆ

5 *Quod optimum sit]* Sensus est: abest musicorum strepitus, et in quo Quid opus est multo sermone? Uno quieta est mensa.  
scilicet verbo definiiri potest optimum 6 *Choraules]* Is est qui tibia canit, nempe convivium illud esse a quo lib. vi. Epig. 57.

## LXXIX.

## AD PICENTINUM.

FUNERA post septem nupsit tibi Galla virorum,  
Picentine: sequi vult puto Galla viros.

*O Picentine, Galla tibi nupsit post mortem septem maritorum: Gallæ, opinor, placet sequi maritos.*

In hoc etiam Epigrammate nulla est varietas librorum.

## NOTÆ

1 *Funera post septem]* Maritos forte Vide lib. viii. Epig. 43.  
septem veneno sustulerat ista Galla, 2 *Sequi vult]* Hoc est, a te venefico  
ut Chloë, de qua Epig. 16. supra. necari.

## LXXX.

## AD DOMITIANUM.

ODERAT ante ducum famulos turbamque priorem,  
Et Pallatinum Roma supercilium:

*Antea Roma oderat servos Imperatorum, et minorem turbam, atque arrogan-*

1 Legunt alii *turbamque minorem*; alii *priorum*: nostram tamen lect. pro-

## NOTÆ

1 *Turbamque pr. [minorem]* Legunt alii, *turbamque priorem*, recte, inquit Gruterus: nam 'turba prior' sunt liberti, qui præ servis odiosissimi, tanquam qui procuratores provinciarum, exactores tributorum, vectigalium, &c. Legunt alii *turbamque pri-*  
*orum*, Imperatorum nempe, aut Aulicorum qui comitarentur Imperatorem. Videat lector.  
2 *Pallatinum supercilium]* Vel ipsorum Imperatorum, vel Aulicorum fastum intellige.

At nunc tantus amor cunctis, Auguste, tuorum  
 Ut sit cuique suæ cura secunda domus.  
 Tam placidæ mentes, tanta est reverentia vestri, 5  
 Tam pacata quies, tantus in ore pudor.  
 Nemo suos (hæc est aulae natura potentis)  
 Sed domini mores Cæsarianus habet.

*tiam Palatii: sed, o Auguste, nunc omnes adeo amant tuam familiam, ut quilibet minus amet suam domum. Tam benigne, tam reverenter, tam quiete, tum verecunde se gerunt erga nos. Nullus Cæsarianus (hæc est natura aulae potentis) habet suos mores, sed domini.*

bat Grut.—3 *Tuorum est Beverlandi Ms.*—5 *Mentis Pulmannus. Nostri idem.*

NOTE

8 *Cæsarianus*] Hoc est Aulici et mores illius.  
 servi Cæsaris constituti sunt juxta

LXXXI.

DE GELLIO.

DUXERAT esuriens locupletem pauper anumque  
 Uxorem: pascit Gellius, et futuit.

Hujus Epigrammatis lectio eadem est in omnibus membranis et libris.

NOTE

1 *Pascit Gellius, &c.*] Παθητικόν, ut *Futuit*] Uxoremne an alias? vide  
 'lavare,' 'tondere,' &c. Ausonium Epig. 134.

LXXXII.

AD AUCTUM.

LECTOR et auditor nostros probat, Aucte, libellos:  
 Sed quidam exactos esse poëta negat.

O Aule, nostri libri placent lectori atque auiditori: sed quidam poëta negat esse

In Ald. Junt. Colin. et aliis inscriptio legitur *Ad Aulum.*

NOTE

2 *Exactos*] Alii, *excoctos*: videat ab arte coci.  
 lector: quasi petita esset metaphora



Non nimium curo: nam cœnæ fercula nostræ  
Malim convivis, quam placuisse cocis.

*limatos. Hoc parum movet me; nam malim cibos nostræ cœnæ gratos esse convivis, quam cocis.*

## NOTÆ

3 *Fercula*] Hoc est, cibos. Alias lim mea carmina placere lectoribus sunt vasa, et Deorum simulacra, atque atque auditoribus, quam pœtis æmulis. Sic cibi non cocis, sed convivis id genus alia quæ in pompa vel triumpho ferebant Romani. parantur.

4 *Malim convivis*] Sensus est: Ma-

## LXXXIII.

IN MUNNAM.\*

DIXERAT astrologus periturum te cito, Munna:

Nec, puto, mentitus dixerat ille tibi:

Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquis,

Hausisti patrias luxuriosus opes.

Bisque tuum decies non toto tabuit anno:

5

Dic mihi, non hoc est, Muuna, perire cito?

*O Cinna, Astrologus dixerat te periturum brevi, nec, opinor, mentitus ille dixerat tibi; tu enim dum times, ne quid relinquis post mortem, asotus decoxisti paternas divitias. Et tuum vicies consumtum est anno non integro: dic mihi, o Cinna, numquid hoc est perire brevi!*

//////////

*In Cinnam* alii, qui etiam in 1. 5. *Cinna* ponunt. Numa Vat.—2 *Illa tibi Pulmannus. Ille mihi* Ald. Junt. Colin. Par. 1617. &c.—5 *bis quartum decies* alii.

## NOTÆ

\* *In Mun. [Cinnam]* Alii, in *Munnam*, lib. x. Epig. 36.

1 *Dixerat astrologus*] Ludit in ambigua voce 'perire,' quam astrologus ad vitam referebat, Poëta vero ad opes.

4 *Luxuriosus*] Hoc est, intemperans, et luxui deditus.

5 *Bisque tuum decies*] Scil. patrimonium constans vicies centenis millibus sestertium.

## LXXXIV.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

INTER tanta tuæ miracula, Cæsar, arenæ,

Quæ vincit veterum munera clara ducum,

*O Cæsar, inter tanta miracula tuæ arenæ, quæ superavit magnifica spectacula*

//////////

In hoc Epigrammate exhibendo nil variant, quod sciam, aut scripti libri aut impressi.

Multum oculi, sed plus aures debere fatentur  
Se tibi, quod spectant, qui recitare solent.

*antiquorum Imperatorum, multum quidem oculi, sed aures fatentur plus se debere tibi, quod spectant, qui solent recitare.*

## NOTE

- 3 *Sed plus aures*] Propter edictum obscœnis carminibus obtundent histriones.  
quo histrionibus interdixerat scenam, intra domum quidem exercendi artem 4 *Quod spectant*] Histriones nimirum. jure concessio. Suet. in Domit. cap. 7. Nec enim jam spectatorum aures

## LXXXV.

## AD NORBANUM.

CUM tua sacrilegos contra, Norbane, furores  
Staret pro domino Cæsare sancta fides,  
Hæc ego Pieria ludebam tutus in umbra,  
Ille tuæ cultor notus amicitiaë.  
Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris, 5  
Nescia nec nostri nominis Arctos erat.

*O Norbane, cum sancta tua fides esset a partibus domini Cæsaris adversus impios furores, ego notus ille cultor tuæ amicitiaë securus ludebam hæc in umbra Pieria. Fama in regionibus Vindelicis narrabat me tibi abreptum, nec nostrum nomen ig-*

5 'Ego pro illo raptum nulla fere licentia legam *Rætus*, nisi quis, nam in Ms. legitur *mæstus*, malit *Mæsus*.' Schrev. *Miles Beverlandi* Ms. *Mæsus* idem. *Rhætus* in textum suum recepit Barbon Par. 1754.

## NOTE

- 1 *Sacrilegos*] Hoc est, contra Antonium Saturninum Germaniæ superioris præsidem, qui bellum civile moverat, lib. 1v. Epig. 11.  
3 *Hæc ego Pieria*] Umbra enim, et quiete delectantur poëtaë, lib. 1. Epig. 77.  
5 *Me tibi Vindelicis raptum*] Hoc est, Fama narrabat me fato functum: febrî enim laboraverat. Martialis lib. vi. Epig. 47. Cluverius lib. 111. cap. 4. suæ introductionis, 'Rheti Alpes tantum incoluere, et earum valles, a Septemtrione ad lacum usque Brigantium, sub Alpibus ad Danubium usque fuere inter dictum lacum et Ænum flumen Vindelici.' Legunt alii, *Me tibi Vindelicis Rhætus narrabat in oris*. Addictum nempe: nam carminum suorum famam, non mortis eo pervenisse dicit Poëta, ut aiunt. Jndicet lector.  
6 *Arctos*] Hoc est, populi Septemtrionis noverunt me.

O quoties veterem non inficiatus amicum  
 Dixisti, Meus est iste pœta, meus!  
 Omne tibi nostrum, quod bis trieteride juncta  
 Ante dabat lector, nunc dabit auctor opus.

10

*notum erat in Septentrione. O quoties dixisti fassus me veterem amicum, Meus est iste pœta, meus! Nunc auctor donabit tibi omne nostrum opus, quod donabat lector sexennio ante.*

## NOTÆ

9 *Bis trieteride]* Trieteris triennium est.

## LXXXVI.

DE PAULO.

LANGUIDIOR noster si quando est Paullus, Atili,  
 Non se, convivas abstinet ille suos.  
 Tu languore quidem subito, fictoque laboras,  
 Sed mea porrexit sportula, Paulle, pedes.

*O Atili, si aliquando Paullus noster est infirmior, ille non se defraudat, sed convivas suos. Tu sane laboras infirmitate repentina, et ficta: at, o Paulle, mea sportula extendit pedes.*

*De Paulo ad Atilium Lipsius I. Ep. 5. Languidior nostri si q. est Paullus Atili alii. Nostra lect. est ex emendatione Lipsii, quam etiam probat Gronovius.—2 Convivis suis in Ald. Junt. Coliu. Gryph. Par. 1617. &c.*

## NOTÆ

2 *Non se]* Ipse non se abstinet a conviviis, sed convivas non vocat. Legunt alii, *Non se convivis abstinet ille suis.* Male: Paullum enim ipsum dissimulationis accusare videtur.

4 *Sed mea porrexit]* Hoc est, morbus tuus non tibi, sed mihi, seu sportulæ lethalis est. Metaphora ducta

a modo componendi mortuos, qui depositi ad januam versus viam extendebant pedes. Persius Sat. III. 'Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque litatus amomis, In portam rigidos calces extendit,' &c.

## LXXXVII.

IN OBITUM SEVERI SILII.

FESTINATA sui gemeret cum fata Severi  
 Silius, Ausonio non semel ore potens;

*Cum Silius, non semel vehemens eloquentia Romana, lugeret immaturam mortem*

Cum grege Pierio mœstus Phœboque querebar :  
 Ipse meum flevi, dixit Apollo, Linon.  
 Respexitque suam, quæ stabat proxima fratri, 5  
 Calliopen, et ait : 'Tu quoque vulnus habes.  
 Aspice Tarpeium, Pallatinumque Tonantem :  
 Ausa nefas Lachesis læsit utrumque Jovem.  
 Numina cum videas duris obnoxia fatis,  
 Invidia possis exonerare Deos. 10

*Severi sui filii : cum choro Musarum, et Phœbo mœrens conquerebar, sed ipse, inquit Apollo, luxi meum Linum. Atque intuitus est suam Calliopen, quæ illi proxima sedebat, et dixit, tu etiam afficeris mœrore. Vide Tonantem Tarpeium, et Palatinum, Lachesis ausa nefas offendit utrumque Jovem. Cum spectes Deos subditos fatis, possis liberare illos odio.*

Inscriptio hujus Epigrammatis in edd. vet. hæc est : *De filio Siliï.—1 Sibi Pulmannus, qui etiam pro cum vult quod.*

NOTÆ

2 *Silius*] Italicus, de quo lib. vii. Epig. 63. et lib. viii. 66. quem solatur Poëta exemplo Deorum, quorum et filii acerbo fato rapti sunt.

*Ausonio non semel*] Hoc est, non eloquens uno tantum orationis genere, egregius quippe orator fuit, et poëta, lib. vii. Epig. 63.

3 *Cum grege*] Ego, inquit Martialis, querebar cum Phœbo et Musis, quæ Pierides dictæ sunt, lib. i. Epig. 77.

4 *Linon*] Apollinis et Terpsichores filium, quem ab Hercule occisum ferunt poëtæ. Pausanias in Corinthiis refert Linum Apollinis et Psamathe filium ; in Bœoticis vero Linum

alium Uraniæ et Amphimari filium poëtam egregium fuisse affirmat.

6 *Tu quoque vulnus habes*] Occiso scilicet Orpheo ejus filio, cujus historia satis nota.

7 *Aspice Tarpeium*] Cujus filius Sarpedon ad Trojam periit. Virgil. Æneid. x. 'Trojæ sub mœnibus altis, Tot nati cecidere Deum ; quin occidit una Sarpedon mea progenies.

*Pallatinumque*] Domitianum, cujus filius infans adhuc mortuus est ; de quo jam diximus lib. vi. Epig. 3.

8 *Lachesis*] Una Parcarum.

10 *Invidia possis*] Sensus est : Non debes Diis irasci, qui et ipsi natorum acerbum fatum lugent.

LXXXVIII.

AD LUPERCUM.

SEPTEM post calices Opimiani  
 Denso cum jaceam triente blæsus,

*Post septem calices Opimiani cum jaceam balbutiens crebris trientibus, affers*

NOTÆ

1 *Opimiani*] De hoc vino dictum lib. i. Epig. 27.

2 *Triente*] Qui capit quatuor cyathos.

Affers nescio quas mihi tabellas,  
 Et dicis, Modo liberum esse jussi  
 Nastam ; (servulus est mihi paternus;) 5  
 Signa : cras melius, Luperce, fiet.  
 Nuncsignat meus annulus lagenam.

*mihî nescio quas tabellas, et dicis, Modo dedi libertatem : habeo Zenam paternum servulum ; signa : o Luperce, cras fiet melius, nunc meus annulus signat lagenam.*

//////////

5 Legunt alii *liberum esse jussi Zenam : servus is est mihi paternus. Pulmanus etiam Zonas. In Ald. Junt. Colin. est : jussi, Zenas servulus.*

#### NOTÆ

3 *Nescio quas*] Supposititias nempe, quas manumissionis esse dicebat Luperceus, cum tamen essent testamentariæ falsæ nempe, aut aliunde astringentes.

6 *Signa*] Inquit Luperceus, ut constet de manumissione.

*Cras melius fiet*] Cum sobrii eri-

mus ; tunc enim distinguere poterimus, an revera de libertate tantum agatur.

7 *Nunc signat*] Ne servi vinum hauriant. Horat. lib. II. Epist. 2. ' Posset qui ignoscere servis, Et signo læso non insanire lagenæ.'

### LXXXIX.

AD RUFUM.

DUM me captares, mittebas munera nobis :  
 Postquam cepisti, das mihi, Rufe, nihil.  
 Ut captum teneas, capto quoque munera mitte,  
 De cavea fugiat ne male pastus aper.

*Dum me illiceres, ad me mittebas dona ; postquam captasti, o Rufe, nihil donas mihi. Ut teneas illectum, mitte etiam dona illecto, ne aper male pastus fugiat ex cavea.*

//////////

In hoc Epigrammate nihil variant, quod sciam, libri aut membranæ.

#### NOTÆ

4 *De cavea*] Hoc a simili dicit Poëta, ut enim fera esuriens fugit, sic ego renuntiabo tuæ amicitia. Est autem

cavea septum in quo feræ includuntur : est etiam locus ubi populus sedens ludos spectabat.

## XC.

AD STELLAM.

LEGE nimis dura convivam scribere versus  
Cogis, Stella: licet scribere nempe malos.

*O Stella, nimis dura conditione imperas carmina condi a conviva: licet condere nimirum mala.*

//////////

1 *Convivas* Pulmannus. Cetera, nulla variatio in libris apparet.

## NOTE

1 *Lege nimis*] Nempe ipse Martialis, bere, composuit hoc distichum.  
a Stella jussus ex tempore versus scri-

## XCI.

AD FLACCUM.

Sic in gramine floreo reclinis,  
Qua gemmantibus hinc et inde rivis  
Curva calculus excitatur unda,  
Exclusis procul omnibus molestis,  
Perfundas glaciem triente nigro, 5  
Frontem sutilibus ruber coronis:  
Sic uni tibi sit puer cinædus,  
Et castissima pruriat puella:  
Infamem nimio calore Cypron  
Observes, moneo precorque, Flacce, 10

*Sic recumbens in florida herba, qua rivis hinc et inde gemmeis lapilli commoventur curva aqua, longe remotis omnibus curis, temperes glacie nigrum trientem habens tempora rubra sutilibus coronis: \* \* O Flacce, moneo et rogo, caveas Cypron noxiam nimio calore, cum messes crepantes terentur in area, et juba fulvi leonis*

//////////

1 *Florido* Pulmannus.—5 *Alii Pertundas*, id est, frangas: recte, censente

## NOTE

5 *Perfundas glaciem*] Vide lib. v. Epig. citato, 'Lassenturque rosis tempora sutilibus.'  
Epig. 64. 'Tu super æstivas, Alcime, funde nives.'

*Triente nigro*] Continens poculum sumit pro vino contento.

9 *Cypron*] Lib. viii. Epig. 45. 'Cum te, Flacce, mihi reddet Cythereia Cypros.'

6 *Frontem ruber*] Hellenismus est:

Messes arca cum teret crepantes,  
 Et fulvi juba sæviet leonis.  
 At tu, diva Paphi, remitte, nostris  
 Illæsum juvenem remitte votis.  
 Sic Martis tibi serviant Kalendæ,  
 Et cum thure, meroque, victimaque  
 Libetur tibi candidas ad aras  
 Secta plurima quadra de placenta.

15

*sæviet. Sed tu, o regina Paphi, nostris votis remitte juvenem salvum. Sic Kalendæ Martiæ celebrentur in tuum honorem, atque ad altaria candida multæ quadrae placentæ divisæ tibi consecrentur, cum thure, et mero, et victima.*

Grut. quod etiam recepit Barbou 1754. *Perfundis Pulman.*—12 *Fulco leoni* idem. *Et fervens juba* Ms. Pircheimeri.

## NOTÆ

11 *Messes crepantes*] Qui aridæ et siccæ.

12 *Et fulvi juba*] Mense scilicet Augusto, quo Sol in Leone summos excitat calores, lib. iv. Epig. 57.

13 *Divâ Paphi*] Venus nempe: Paphus vero urbs est Cypri, ubi colebatur Venus.

15 *Sic Martis tibi*] Kalendæ Martiæ a fæminis celebrabantur in honorem Veneris, lib. v. Epig. ultimo.

17 *Candidas ad aras*] Diis manibus nigras, Superis vero candidas aras erigebant antiqui.

18 *Secta*] Vide lib. iii. Epig. 76. et lib. vi. Epig. 75.

## XCII.

## ADULATUR DOMITIANO.

AD cœnam si me diversa vocaret in astra  
 Hinc invitator Cæsaris, inde Jovis;  
 Astra licet propius, Pallatia longius essent,  
 Responsa ad superos hæc referenda darem:

*Si hinc invitator Cæsaris, illinc Jovis, ad cœnam me invitaret in diversum cœlum; quamvis sidera essent propius, Palatia vero longius, redderem hæc responsa referenda.*

Haud ullam invenio variationem hujus Epigrammatis, aut in libris typographicis aut membranis.

## NOTÆ

1 *Diversa in astra*] Hoc est, si me Jupiter vocaret ad sua astra, et Domitianus ad sua, seu ad suum Pala-

tium, (cum enim Deus sit lib. v. Epig. 8. Palatium ejus cœlum vocat,) tamen adirem Domitianum.

Quærite, qui malit fieri conviva Tonantis ; 5  
 Me meus in terris Jupiter, ecce, tenet.

*renda ad Superos: Quærite alium qui malit convivari cum Tonante, en meus Jupiter in terris possidet me.*

## XCIII.

## AD CONDYLUM.

QUÆ mala sint domini, quæ servi commoda nescis,  
 Condyle, qui servum te gemis esse diu.  
 Dat tibi securos vilis tegeticula somnos:  
 Pervigil in pluma Caius, ecce, jacet.  
 Caius a prima tremebundus luce salutatur 5  
 Tot dominos: at tu, Condyle, nec dominum.  
 Quod debes, Cai, redde, inquit Phœbus, et illinc  
 Cinnamus: hoc dicit, Condyle, nemo tibi.  
 Tortorem metuis? podagra, cheragraque secatur  
 Caius; et mallet verbera mille pati. 10

*O Condyle, ignoras quæ sunt mala heri, et quæ commoda servi, qui doles te diu esse in servitute. Vilis lecticula commodat tibi tutos sonnos: en Caius pervigil jacet in pluma. Summo mane Caius tremebundus salutatur tot dominos: sed tu, o Condyle, nec dominum salutas. O Cai, solve debitum, ait Phœbus, atque illinc Cinnamus: o Condyle, nullus tibi dicit hoc. An timēs tortorem? Caius ardet podagra et cheragra, et mallet pati mille flagella. \* \**

1 Pro nescis Pulman. cod. legit *quæris*, et pro *qui, cum*.—3 Alii *lecticula*.—7 Quod tentas, pro *inquit* legendo *hinc ait*, unice admittendum arbitror: considera vero varietatem cod. Thuan. in eodem vs. qui pro *Caii, Caio* substituit: discrimine satis ingenti, sed vereor ut id recte sensui convenerit. Anonymus quidam in Ep. Crit. ad Ant. de Rooy. 'Nil quidquam hic temere mutaverim. Sed hoc scio, non semel Veterum loca imperitis dicam, an imprudentibus? non observata Synizesi, fuisse depravata: vid. quæ notat Ampliss. Vonkius, Lect. Lat. II. 6. Sed ad Nostrum. Vellem equidem alius Poëtæ (Comicis enim non inusitatum: vid. Wasii Senar. c. 9.) exemplum succurreret *ait monosyllabi; quovis pignore contenderem, scripsisse Poëtam Quod debes, Cai, redde, hinc ait Phœbus, et illinc Cinnamus*. Et cuivis paulo accuratius insipienti apparebit, *hinc ait* facile a sciolo Librario in *inquit* mutari potuisse. Quanquam nescio, an non sub τῶ Phœbus aliud nomen proprium dis-

## NOTÆ

|                                                            |                                                                                                                    |
|------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <i>Teg.</i> [ <i>Lecticula</i> ] Significat parvum lectum. | tores.                                                                                                             |
| 4 <i>Caius</i> ] Dominus tuus.                             | 9 <i>Tortorem</i> ] A quo aliquando vapulas.                                                                       |
| 6 <i>Tot dominos</i> ] Quot nempe habet patronos.          | <i>Podagra cheragraque</i> ] Quæ sunt vehementes in pedum et manuum articulis dolores, Gallice <i>les goutes</i> . |
| <i>Nec dominum</i> ] Caium scilicet.                       |                                                                                                                    |
| 7 <i>Phœbus et Cinnamus</i> ] Fœnera Delph. et Var. Clas.  | <i>Martial.</i>                                                                                                    |



Quod nec mane vomis, nec cunnum, Condyle, lingis,  
Non mavis, quam ter Caius esse tuus?

labum, a vocali incipiens, lateat.' *Ant. de Rooy*.—II Nonnulli legunt, *Quod nec villa vomis*, id est, vina vilia.

## XCIV.

## AD CALOCISSUM.

ADDERE quid cessas, puer, immortale Falernum?

Quadrantem duplica de seniore cado.

Nunc mihi dic, quis erit, cui te, Calocisse, Deorum

Sex jubeo cyathos fundere? Cæsar erit.

Sutiles aptetur decies rosa crinibus, ut sit

5

Qui posuit sacræ nobile gentis opus.

Nunc bis quina mihi da basia, fiat ut illud

Nomen, ab Odryσιο quod Deus orbe tulit.

O puer, quid moraris fundere immortale Falernum? Gemina quadrantem de amphora seniore. Nunc dic mihi in gratiam cujus Deorum rolo te porrigere sex cyathos? Cæsar erit. Cupilli decies coronentur sutili rosa, ut efficiatur ejus nomen, qui condidit nobile templum gentis sacræ. Nunc decies osculare me, ut fiat illud nomen quod Deus consecutus est ab Othryσιο orbe.

Inscriptio hujus Epigrammatis in nonnullis extat *Ad Calatissum*; in aliis *Ad Calocisum*. Cetera, haud invenio ullam varietatem, præterquam quod *Calatisse* et *Calocise* in linea tertia leguntur ab iis, qui ut supra memoravi, inscribunt, *Ad Calatissum* vel *Ad Calocisum*.

## NOTÆ

1 *Immortale Falernum*] Vel quod difficile corrumpatur, vel quod dignum sit, ut a Diis ipsis bibatur.

2 *Quadrantem duplica*] Hoc est, infunde sex cyathos vini vetusti.

4 *Cæsar erit*] Habet enim sex literas, soluta nimirum diphthongo: tot vero cyathos haurire solebant veteres, quot essent literæ in nomine illius in cujus gratiam bibebant, *Epig.* 72. lib. 1.

5 *Sutiles aptetur*] *Epig.* 64. lib. v. *Decies*, quia in suo nomine decem literas habet 'Domitianus,' qui Flavix genti templum dicavit, *Epig.* 2. supra.

7 *Fiat ut illud*] 'Germanicus' vel 'Sarmaticus': quod nomen a Germania et Sarmatia subacta sumpsit Domitianus. De Othryσιο vel Odryσιο orbe, seu Septemtrione, dictum *Epig.* 7. lib. VIII.

## XCV.

DE HIPPOCRATE.

SANTONICA medicata dedit mihi pocula virga :

Os hominis! mulsum me rogat Hippocrates.

Tam stupidus nunquam nec tu, puto, Glauce, fuisti,

Chalcea donanti Chrysea qui dederas.

Dulce aliquis munus pro munere poscit amaro ?

5

Accipiat, sed si potat in helleboro.

*Hippocrates mihi donavit pocula imbuta virga Sanctonica. O impudentiam hominis, a me petit mulsum. O Glauce, nunquam tam bardus nec tu, opinor, fuisti, qui dederas aurea arma donanti ærea. An aliquis petit donum dulce pro amaro? accipiat, sed si haurit in helleboro.*

1 *Sardonica* Thuan. Vat. Alii legunt *Sardoa*.—6 Ant. de Rooy malit *Accipiat*; sed sic: *potet in helleboro.* ‘*Sic,*’ id est ‘hoc pacto, hac conditione.’

## NOTE

*Santonica*] Hoc est, imbuta absinthio, de quo sic Plinius lib. xvii. cap. 7. ‘Absinthii genera sunt plura. Sanctonicum appellatur a Galliæ civitate, Ponticum a Ponto ubi pecora pinguescunt illo.’ Legunt alii, *Sardoa*: in Sardinia nempe multæ sunt herbæ venenatæ.

2 *Mulsum*] Potio est ex vino et

melle confecta.

3 *Glauce*] Qui aurea sua arma ferreis permutavit cum Diomede, Homer. Iliad. v.

6 *Sed si potat*] Hoc est, ea lege mulsum dabo, ut illud potet simul cum helleboro, quod insaniam purgat, hoc est, si fateatur se insanire.

## XCVI.

DE ATHENAGORA.

ALPHICUS ante fuit; cœpit nunc Olficus esse,

Uxorem postquam duxit Athenagoras.

Nomen Athenagoræ credis, Callistrate, verum

Si scio, dispeream, quis sit Athenagoras.

In hoc epigrammate exhibendo nihil variant, quod sciam, libri aut membranæ.

## NOTE

1 *Alphicus*] De Athenagora jam dictum Epig. 41. lib. viii. ‘Alphicus,’ id est, medicus curans vitiliginem, quæ Græcis ἄλφος dicitur. Porro

ducta uxore cœpit lingere cunnum, inquit Domitius; unde factus est ‘olficus,’ hoc est, olfacit cunnum.

Sed puto me verum, Callistrate, dicere nomen:

5

Non ego, sed vester peccat Athenagoras.

NOTÆ

6 *Non ego*] Pecco, quia aperte eum Athenagoras, qui argumentum sup-  
nomino, quem alpicum et olficum peditavit.  
novis nominibus dixi: sed ipse peccat

XCVII.

DE HERODE.

CLINICUS Herodes trullam subduxerat ægro:

Deprensus dixit, Stulte, quid ergo bibis?

*Herodes clinicus surripuerat trullam ægroto: deprehensus dixit, o demens, quid igitur potas?*

Omnes libri typographici et excusi, in hoc quoque epigrammate, similem inscriptionem et lectionem exhibent.

NOTÆ

1 *Clinicus*] De medico clinico eg- tum excusat Herodes, quasi trullam  
mus, lib. I. Epig. 31. removisset, ne æger biberet, quod  
*Trullam*] Vas nempe ad bibendum. illi lethale esset.  
2 *Deprensus dixit*] Sic nimirum fur-

XCVIII.

AD JULIUM.

RUMPITUR invidia quidam, carissime Juli,

Quod me Roma legit, rumpitur invidia.

Rumpitur invidia, quod turba semper in omni

Monstramur digito, rumpitur invidia.

Rumpitur invidia, tribuit quod Cæsar uterque

5

Jus mihi natorum, rumpitur invidia.

*O dilectissime Juli, quidam laceratur invidia, quod Roma legit meos libros, laceratur invidia. Laceratur invidia, quod in omni turba monstramur digito, laceratur invidia. Laceratur invidia, quod uterque Cæsar mihi concessit jus trium*

Ut in duobus prioribus, in hoc quoque nulla est varietas.

NOTÆ

*Ad Julium*] Martialem, de quo 5 *Cæsar uterque*] Titus et Domitia-  
Epig. 16. lib. I. et Epig. 17. lib. VII. nus. Vide Epig. 94. lib. III.  
1 *Rumpitur invidia*] Vide Epig. 61. 7 *Quod rus mihi*] De quo dictum  
lib. VI. Epig. 61. lib. VIII.

Rumpitur invidia, quod rus mihi dulce sub urbe est,  
 Parvaque in urbe domus, rumpitur invidia.  
 Rumpitur invidia, quod sum jucundus amicis,  
 Quod conviva frequens, rumpitur invidia. 10  
 Rumpitur invidia, quod amamur, quodque probamur :  
 Rumpatur, quisquis rumpitur invidia.

*liberorum, laceratur invidia. Laceratur invidia, quod habeo amœnam villam subur-  
 banam, et parvas ædes in urbe, laceratur invidia. Laceratur invidia, quod placeo  
 amicis, quod sæpe invidor ad cœnam, laceratur invidia. Laceratur invidia, quod  
 diligimur, et laudamur: laceretur, quisquis laceratur invidia.*

## NOTÆ

12 *Rumpatur*] Sic Virgilius *Eclog. vii.* ‘*Invidia rumpantur ut ilia Codro.*’

## XCIX.

AD Q. OVIDIUM.

VINDEMIARUM non ubique proventus  
 Cessavit, Ovidi: pluvia profuit grandis.  
 Centum Coranus amphoras aquæ fecit.

*O Ovidi, fructus vindemiarum non defecerunt ubique. Ingens pluvia profecit.  
 Coranus fecit centum amphoras aquæ.*

Edd. vett. inscriptionem habent, *Ad Ovidium*, et in linea secunda pro *pro-  
 fuit* dant *profluit*.

## NOTÆ

2 *Pluvia profuit*] Alii, *profluit.* perfidus caupo, qui in summa vini ca-  
 Prior lectio mihi videtur melior. ritate aquam multam infundebat vi-  
 3 *Centum Coranus*] Quidam sane no, quod promero vendebat.

## C.

AD ATTICUM DE M. ANTONIO.

MARCUS amat nostras Antonius, Attice, Musas,  
 Charta salutatrix si modo vera refert :

*O Attice, Marcus Antonius probat nostros versus, si modo epistola salutatrix*

## NOTE

1 *Marcus*] De quo lib. x. *Epig. 23.* sus est, cui Tolosæ nato cognomen in  
 et 32. Suetonius in *Vitellio cap. ul-* pueritia Becco fuerat, id valet galli-  
 timo : ‘*Siquidem ab Antonio Primo* nacei rostrum.’  
*adversariarum partium duce oppres-*

Marcus Palladiæ non inficianda Tolosæ

Gloria, quem genuit pacis alumna quies.

Tu qui longa potes dispendia ferre viarum,

5

I liber absentis pignus amicitiae.

Vilis eras, fateor, si te nunc mitteret emtor.

Grande tui pretium muneris auctor erit.

Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur

Quæ fluit, an pigro quæ stupet unda lacu.

10

*renuntiat mihi veritatem: Marcus decus non denegandum Palladiæ Tolosæ, quem peperit quies amica pacis. O libelle, rade pignus amicitiae absentis, tu qui potes pati longos labores itinerum. Vilis esses, fateor, si emtor nunc mitteret te, at auctor constituet magnum pretium tuo dono. Multum interest, crede mihi, an aqua bibatur fluens a fonte, an quæ desidet in pigro lacu.*

4 Petr. Scriver. et Grut. legît, *quem genuit pacis alumna quies*: quam lectionem astruit et Ms. Bodleianus.—5 ‘Hoc vulgo novum Epigramma faciunt: sed est pars præcedentis ad eundem Antonium; nec aliter exhibetur in optimo Palatino, ut monet Gruterus: cujus auctoritatem Scriverinus in sua editione secutus est. Palatino accedere Pirhcimerianum testis est Gronovius.’ Schrev. Novum faciunt Ald. Junt. Colin. &c. atque *Ad librum* inscribunt.—7 *Mitteret emtor* in vetusto codice Lutetiæ se intelligere esse dicit Pulmannus.—9 *An fonte* in veteri recte legi sentit idem.

#### NOTÆ

3 *Palladiæ Tolosæ*] Quæ urbs est minis scilicet seditiosi.

Galliæ satis nota, in qua nempe florebant literæ.

7 *Si te nunc*] Longe enim carior atque emendatior est liber ab ipso auctore missus. Legunt alii, *si te*

4 *Pacis alumna quies*] Hoc forte subicit Poëta, ut ostendat illum non esse ex familia Antonii triumviri, ho-

*nunc mittere tento*. Quæ lectio vitiosa videtur.

#### CI.

##### IN BASSUM.

DENARIIS tribus invitas, et mane togatum

Observare jubes atria, Basse, tua:

Deinde hæreere tuo lateri, præcedere sellam,

Ad viduas tecum plus minus ire decem.

O Basse, me invitas tribus denariis, atque imperas tua atria mane coli a me togato: deinde astare tibi, anteire lecticam, tecum adire anus plus minus decem.

4 Sic P. Scriv. et Gruterus leg. ex Palat. et hoc habent edd. recentiores. Ceteræ dant *vetulus*.

#### NOTÆ

1 *Denariis tribus*] De moneta dictum sæpius.

3 *Præcedere sellam*] Anteambulonis vice.

Trita quidem nobis togula est, vilisque, putrisque : 5  
Denariis tamen hanc non emo, Basse, tribus.

*Habeo togulam laceram quidem, et vilem, et putridam : nihilominus, o Basse, hæc non emitur tribus denariis.*

## NOTE

4 *Ad viduas*] Divites nimirum atque orbas, quas captare volebat Bassus.

5 *Trita quidem*] Sensus est: Mihi forte parvam das sportulam, quod

trita sit vestis mea : at, licet sit lace-  
ra et vilis, tua tamen sportula trium  
denariorum non sufficit ad emendam  
similem.

## CII.

## ADULATUR DOMITIANO.

APPIA, quam simili venerandus in Hercule Cæsar  
Consecrat, Ausoniæ maxima fama viæ,  
Si cupis Alcidæ cognoscere facta prioris,  
Disce : Libyn domuit : aurea poma tulit :  
Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo : 5  
Addidit Arcadio terga leonis apro.  
Æripedem sylvis cervam, Stymphalidas astris  
Abstulit : a Stygia cum cane venit aqua.

*O Appia, maximum decus viarum Italiæ, quam consecrat Cæsar colendus sub imagine Herculis, si vis cognoscere gesta prioris Alcidæ, accipe : subegit Libyn, abstulit poma aurea : detraxit Amazoni peltatæ cingulum Scythicum : adjunxit terga leonis apro Arcadio. Abripuit cervum æripedem sylvis, et Stymphalidas aquis : ab*

4 ' Gruter. ex Palat. leg. censet raraque : Scriver. leg. caraque, versu hoc

## NOTE

1 *Appia*] In qua nempe, Latinarum viarum celeberrima, templum Herculi consecraverat Domitiansus, in quo ipse sub illius imagine colebatur, Epig. 65. supra.

3 *Si cupis Alcidæ*] Hoc est, veri Herculis labores discere.

4 *Libyn domuit*] Hoc est : In Africa Antæum vicit, cujus nota historia : atque aurea mala ex Hesperidum horto decerpit, custode interfecto dracone.

5 *Peltatam*] Pelta scutum est brevius, quo utebantur Amazones, quarum reginam Hippolytam vicit Hercules : ' Abstulit Hippolytæ, sexto, sua vincula victæ.'

*Scythico nodo*] Periphrasis est baltei : in Scythia vero ad Tanaim et Thermodontem fluvium habitaverunt Amazones.

6 *Addidit Arcadio*] De leone et apro ab Hercule interfectis sæpius dictum.

Fœcundam vetuit reparari mortibus Hydram :

Hesperias Tusco lavit in amne boves.

10

Hæc minor Alcides : major quæ gesserit, audi,

Sextus ab Albana quem colit arce lapis.

Asseruit possessa malis Pallatia regnis :

Prima suo gessit pro Jove bella puer.

Solus Iuleas cum jam retineret habenas,

15

Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.

Cornua Sarmatici ter perfida contudit Istri :

Sudantem Getica ter nive lavit equum.

*Inferis rediit cum cane Cerbero. Non passus est hydram renovari crescentem necibus : lavit boves Hispanus in amne Tusco. Minor Alcides fecit hæc. Disce, quæ fecerit major, qui colitur ad sextum milliarium ab arce Albana. Liberavit palatia occupata a malo principe ; puer gessit prima bella pro suo Jove. Cum jam solus retineret habenas Imperatorias, tradidit illas, et tertius administravit suum imperium. Ter fregit perfida cornua Danubii Sarmatici : ter nive Getica lavit equum*

exigente.' Schrevel. Hoc edidit Barbonius.—7 'Ante legebatur S. undis, quod falsissimum, ex mente Poëtæ. Deprehensæ enim in aëre Harpuniæ, non in lacu.' Gruter. Astris cod. Beverland. et sic expressum dant Maitt.

#### NOTE

7 *Æripedem cervam* [cervum] 'Cornibus auratis cervum necat ordine quarto.' Legunt alii *cervam*. Aurea habebat cornua ; Dianæ sacra erat ; in monte Mænalo vagabatur ; quam Hercules cepit, et Dianæ Taygetæ consecravit. Sic Raderus.

*Stymphalidas undis*] Stymphalides lacus in Arcadia, ubi aves Stymphalides inusitatæ magnitudinis, quæ humanis carnibus vescebantur, quas occidit Hercules. Vide Natalem Comitem lib. vii. Myth. cap. 1.

9 *Fœcundam vetuit*] Igne scilicet admoto, impediit ne hydræ capita renascerentur.

10 *Hesperias Tusco*] Geryonis scilicet boves. Vide Epig. 49. et 65. lib. v. Ex Hispania in Italiam adduxit, et Tiberi eas lavit.

11 *Major*] Nempè Domitianus. Vide Epig. 65. supra.

12 *Sextus ab Albana*] Hoc est, ad sextum milliarium ab arce Albana,

ad octavum vero ab urbe, Epig. citato.

13 *Asseruit possessa*] Hoc est : Vitellianis ejectis, imperium sibi vindicavit, et Capitolium defendit. Suetonius in Domitiano.

15 *Solus Iuleas*] Hoc est, Imperatorias a Julio Cæsare primo Imperatore sic dictas : hoc est, occupatum imperium patri suo Vespasiano tradidit. Suetonius in Domitiano cap. 13.

16 *In suo orbe*] Hoc est, in imperio, quod ipse adeptus erat ; post Vespasianum enim et Titum regnavit.

17 *Cornua Sarmatici*] Hoc est : Perfidas gentes, quæ Danubium incolunt, ter domuit. Vide Epig. 15. lib. viii. Cornua fluviis tribuunt poëtæ propter riparum curvitatem, aut potius propter geminos pluresve alveos, in quos dividuntur. Sic Virgilius ix. *Æneid.* dixit Rhenum bicornem.

18 *Sudantem Getica*] Hoc est :



Sæpe recusatos parcus duxisse triumphos,  
 Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit. 20  
 Tempa Deo, mores populis dedit, otia ferro,  
 Astra suis, cœlo sidera,serta Jovi.  
 Herculeum tantis numen non sufficit actis :  
 Tarpeio Deus hic commodet ora patri.

*sudantem. Sæpe, non concessa facultate agendi triumphos Parthicos, victor consecutus est nomen ab orbe septentrionali. Donavit Deos templis, populos moribus, arma quiete, suos astra, cælum sideribus, Jovem coronis. Herculeum numen non sufficit tantis factis : hic Deus Domitianus suo vultu referat Tarpeium patrem.*



et Barbouius.—19 ‘*Partos* Gevartius : nam Domitiano cum Parthis nulla bella, sed arcta amicitia. Scriverius mavult *recusatos parcus*. Lege *parcus*.’ Beverland. ‘Scriver. e membranis profert *recusatos parcus*: quod victis Sarmatis triumphum recusavit.’ Farnab. Schrevel. ‘*Recusato* phrasis rara, nec tamen adeo aliena. *Portos*, non *Parthos*, leg. esse contenderim.’ Flosculus. Nostram lect. dat Barbouius.

NOTÆ

Ter vicit quoque Getas : de quibus supra.

19 *Sæpe rec.* [*recusato*] Hic modus loquendi familiaris est Aurelio Victori : ablativus est absolutus neutrius generis ; hoc ipsi recusato, seu hac re recusata, nempe ut auxiliaretur Vologeso Parthorum regi. Suetonius cap. 2. in Domitiano : ‘Nec tamen eo secius, cum Vologesus Parthorum rex auxilia adversus Alanos ducemque alterum ex Vespasiani liberis depoposcisset, omni ope contendit, ut ipse potissimum mitteretur ; et, quia discussa res est, alios Orientis reges, ut idem postularent, donis ac pollicitationibus sollicitare tentavit.’

*Parcus* [*Parthos*] Hoc est, Parthicos. Virgilius Ecloga x. ‘Libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula,’ &c.

20 *Hyperboreo*] Hoc est, septentrionali : nam a devictis Germanis

Germanicus, atque a subactis Sarmatis Sarmaticus dictus est Domitianus. Scriverius legit : ‘Sæpe recusatos parcus duxisse triumphos,’ quod victa Sarmatia triumphum recusavit.

21 *Tempa Deo*] Vide Epig. 4. supra.

*Mores*] Epig. 4. et 7. lib. vi.

*Otia ferro*] Hoc est : Bello confecto, pacem hostibus concessit ; Epig. 15. lib. viii.

22 *Astra suis*] Hoc est : Patrem, fratrem, uxorem in Deorum numerum retulit, et Flaviæ genti templum erexit, de quo Epig. 2. supra.

*Serta Jovi*] Quia lauream Jovi Capitolino intulit ex victoria Sarmatica. Suetonius in Domitiano.

24 *Tarpeio*] Sensus est : Pro tot et tantis rebus gestis non sufficit, ut sub imagine Herculis colatur Domitianus, sed sub imagine ipsius Jovis esset colendus.



## CIII.

## AD PHŒBUM.

QUADRINGENTORUM reddis mihi, Phœbe, tabellas :

Centum da potius mutua, Phœbe, mihi.

Quære alium, cui te tam vano munere jactes :

Quod tibi non possum solvere, Phœbe, meum est.

*O Phœbe, reddis mihi tabellas quadringentorum : o Phœbe, potius crede mihi centum. Quære alium, apud quem te ostentes tam vano dono : o Phœbe, quod nequeo solvere, pertinet ad me.*

## NOTÆ

1 *Quadringentorum*] Ejusdem argumenti est Epig. 37. lib. VIII.

*Tabellas*] Syngrapham intellige, qua constabat, Martialem Phœbo debere quadringenta.

2 *Da potius*] Ut liberalis habearis.

4 *Quod tibi non*] Epig. 3. lib. 11.

'Sexte, nihil debes; nil debes, Sexte, fatemur : Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest.'

## CIV.

## DE GEMINIS FRATRIBUS.

QUÆ nova tam similes genuit tibi, Leda, ministros ?

Quæ capta est alio nuda Lacæna cycno ?

Dat faciem Pollux Hiero, dat Castor Asillo :

Atque in utroque nitet Tyndaris ore soror.

Ista Therapnæis si forma fuisset Amyclis,

5

Cum vicere duas dona minora Deas ;

*Quæ nova Leda peperit tibi servos tam similes? Quæ Lacæna arsit alium cycnum? Pollux commodat vultum Hiero, Castor commodat Asillo: et soror Tyndaris nitet in ore utriusque. Si talis pulchritudo fuisset Therapnæis Amyclis, cum dona*

//////////

1 Hunc vs. sic citat Heius. ad Ovid. Ep. xx. 62. Q. n. t. s. g. sibi L. Laconas: ubi, ait, s. tibi perperam legitur, et Lucones. Somniavit procul dubio Vir doctus: nam in omn. edd. legitur *ministros*.—2 *Nuda* codd. Pulmanni et Beverl. Sic legit Sriver. et dant Maitt. et Schrevel. *Nupta* exhibent aliæ edd. *Alio*., *cygno* præstat codex Beverl. et legit Schrevel. Ab aliis transponuntur.—3 *Puero* cod. Pulmanni, et *Asilo* cod. Beverl.—7 *Urbem*

## NOTÆ

1 *Genuit tibi*] Nescio quem alloquatur Poëta. Ledæ Lacedæmoniaë historia satis nota est, quæ nempe, compressa a Jove cyeni forma induto, peperit Pollucem et Castorem.

4 *Tyndaris soror*] Hoc est, Helena Castoris et Pollucis soror, Jovis filia ex Leda uxore Tyndari, regis Laconiaë.

5 *Ista Therapnæis*] Castor et Pollux

Mansisses, Helene, Phrygiamque redisset in Idam  
Dardanius gemino cum Ganymede Paris.

*inferiora superarunt duas Deas: o Helene, mansisses, et Dardanius Paris reversus  
esset in urbem Phrygiam cum gemino Ganymede.*

legunt edd. Farnab. et antiquissimæ. *Idam* est in cod. Pulmanni.

NOTÆ

nati sunt Amyclis, quæ urbs est Laconicæ prope Therapnas; ubi si affuissent Hierus et Asillus, (cum Juno ac Pallas contendentes de pomo aureo a Venere victæ sunt, promittente

Paridi judici Helenam, quæ nempe donum erat inferius quam imperium promissum a Junone, et sapientia promissa a Pallade,) contemta Helena, a Paride rapti fuissent.

M. VAL. MARTIALIS  
EPIGRAMMATUM

LIBER X.

I.

LIBER AD LECTOREM.

Si nimius videor, seraque coronide longus  
Esse liber: legito pauca, libellus ero.  
Terque quaterque mihi finitur carmine parvo  
Pagina: fac tibi me quam cupis esse brevem.

*Si videor esse liber nimius, et longus tarde imposita coronide: evolve pauca, ero libellus. Brevis versu ter et quater absolvo scriptam tibi paginam, quam optus esse brevem.*

~~~~~  
Liber ad lectorem inscribunt edd. recentiores.—1 ‘Pocis hoc tetrasticho finire librum nonum potius, quam inchoare decimum, nisi Poëta dicat ‘legito,’ quod sequentem laborem, non præteritum spectat.’ *Raderus. Videar Ms. Pulmann.*—4 Sic exhibent edd. recentiores. Aliter legunt *Pagina facta, tibi quam se. vel Pagina facta tibi, quam se.*

NOTÆ

1 *Si nimius*] Liber alloquitur lectores. Alii putant hoc Epigramma esse finem libri noni, alii vero initium decimi. Videat lector. Lemma autem deest in antiquis codicibus. *Scriverius* inscribit, *Liber ad lectorem.*

Coronide] Quam sic explicat *Cælius Rhodiginus* lib. xv. cap. 20. *Coronis* significat ultimam rei manum adnotam, nec effectum opus, sed prorsus completum, finitumque: siquidem *coronis* est quandoque montis vertex, aut structuræ summum, quandoque

vero quod in fine libri ponitur. *Coronis* significat et navis puppim, quod sit in ejus apice curvatum rostrum; unde deductum hunc loquendi modum putant nonnulli.

3 *Terque quaterque*] Cum singulis in paginis tria aut quatuor Epigrammata contineantur, quibus lectis, alia omittere potest lector. Legunt alii, *Pagina: fac tibi me quam cupis esse brevem*: hoc est: O lector, inquit liber, potes me contrahere, quantum cupis.

II.

AD EUNDEM.

FESTINATA prior decimi mihi cura libelli
 Elapsum manibus nunc revocavit opus.
 Nota leges quædam, sed lima rasa recenti:
 Pars nova major erit: lector, utrique fave.
 Lector, opes nostræ, quem cum mihi Roma dedisset, 5
 Nil tibi quod demus majus habemus, ait.
 Pigra per hunc fugies ingratae flumina Lethes,
 Et meliore tui parte superstes eris.
 Marmora Messalæ findit caprificus, et audax
 Dimidios Crispi mulio ridet equos. 10
 At chartis nec furta nocent, nec sæcula prosunt;
 Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Prior cura decimi libri a me properata nunc revocavit opus elapsum manibus. Evolves quædam tibi comperta, sed polita recenti lima. Major erit pars addita; o lector, fave utrique. O lector divitiæ nostræ, quem cum mihi donasset Roma, dixit, Nihil habemus majus, quod tibi donemus. Hujus operu vitabis pigra flumina Lethes, et eris superstes meliore parte tui. Caprificus aperit marmora Messalæ, et mulio audax irridet equos dimidios Crispi. Sed nec furta efficiunt scriptis, nec sæcula præsentis, et hæc sola monumenta nesciunt perire.

6 In marg. Junt. penes Editorem detur.—7 In marg. ejusd. Nigræ. Alios legere Nigra monent multi. Sed Pigra est in omni. edd. quibus utimur.—11 Sic cod. Pulmann. et sic aliter legi notaverat Farnab. At s. pros. Thuan. cod. Ac s. pros. edidit Barbonius; et s. pros. Maitt. Nec s. præ. dant edd. antiquissimæ cum Farnab. Prosunt breviter scriptum est in marg. Junt.

NOTÆ

1 *Festinata prior*] Hunc nempe librum nimia festinatione editum revocavit, atque emendavit.

3 *Nota*] Scilicet in priori editione.

4 *Utrique fave*] Hoc est: Prioribus et novis additis versibus fave.

5 *Lector, opes nostræ*] Per appositionem hoc addit, hoc est: Quo benigno atque benevolo lectore nihil majus mihi dare Roma poterat.

7 *Flumina Lethes*] Hoc est: Te ab hominum oblivione vindicabis. Lethæ inferorum fluvius est, qui præteritarum omnium rerum memoriam delet:

λήθη enim Latine oblivio est.

8 *Superstes eris*] Quia semper legeris, et celebraberis. 'Meliore parte,' fama scilicet ingenii.

9 *Marmora Messalæ*] Ædes marmoreas, vel potius sepulcra marmorea intellige, quæ Corvinus Messala Augusti ævo orator clarissimus et ditissimus extruxit. Vide Epig. 3. lib. VIII.

Caprificus] Ficus est sylvestris, quæ vel durissimos lapides findit.

10 *Dimidios equos*] De Crispo dictum Epig. 54. lib. IV. ejus statuae

penes nos. 'Immo,' ait Gronov. 'et s. pros. ut in margine Ms. reperit Gruterus, in Editione principe Scriverius. Et sic de conjectura restituerat Passeratius ad Propert. III. 2.' Raderus præfert *presunt*. Vide eum in Notis Variorum. Forte legend. *nec futa n. nec s. desunt* observat Burmannus Secundus ad Propert. III. 1. 63.

NOTÆ

equestres vetusta te corruptæ et 11 *Nec furta*] Legunt alii, et forte
fractæ irridentur a mulionibus atque melius, *futa* : bona enim carmina non
aurigis. Juven. Sat. VIII. 'Et Cu- pereunt. Vide Horat. Ode 8. lib. IV.
rios jam dimidios,' &c.

III.

AD PRISCUM.

VERNACULORUM dicta, sordidum dentem,
Et fœda linguæ probra circulatricis,
Quæ sulfurato nolit emta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum,
Poëta quidam clancularius spargit; 5
Et vult videri nostra. Credis hoc, Prisce,
Voce ut loquatur psittacus coturnicis,
Et concupiscat esse Canus ascaules?

Quidam poëta occultus spargit dicta vernaculorum, fœdam mordacitatem, et turpia conrícia linguæ circulatricis, quæ proxeneta nolit emere sulfurato ramento vatiniorum fractorum, et cupit censi nostra. O Prisce, an putas hoc, ut psittacus loquatur voce coturnicis, et Canus peroptet esse ascaules? Nigra fama longe removeatur a

//////////

3 *Noli tentare mento* cod. Beverl.—4 *Flagrorum* cod. Pulmann.—5 *Clangu-*

NOTÆ

1 *Vernaculorum dicta*] Hoc est, vernarum et scurrarum dicta : Epig. 42. lib. 1.

2 *Linguæ circulatricis*] Circulator est circumforaneus homo, vulgaris, vagus, sordidus; quem citato Epig. Transiberinum ambulatorem vocavit.

3 *Quæ sulfurato*] Vide Epig. citatum. Sensus est : Illa dicta ramentis sulfuratis, Gallice *allumettes*, nolit emere negotiator vasorum vitreorum fractorum, quæ sic dicta sunt a Vatino Beneventano artifice, lib. XIV. Epig. 96. 'Vilia sutoris calicem mo-

numenta Vatini Accipe,' &c. Sunt autem proxenetæ conciliatores, et interventores, quasique conglutinatores hominum inter se stipulantium, aut quemvis contractum ineuntium.

7 *Psittacus*] Docilis nempe, atque humanæ vocis imitator, cui se Martialis, maledicm vero illum poëtam coturnici comparat, cujus vox injucundissima est.

8 *Canus*] Nobilissimus tibicen, de quo lib. IV. Epig. 5. Ascaules autem dicitur utricularius, seu qui utrem inflat, quem imitari nolit Canus.

Procul a libellis nigra sit meis fama,
 Quos rumor alba gemmeus vehit penna. 10
 Cur ego laborem notus esse tam prave,
 Constare gratis cum silentium possit?

meis libris, quos vehit rumor felix candida penna. Cur ego studeam cognosci tam improbe, cum possim tacendo notus esse gratis?

larius Ald. Junt. Colin. Calcularius cod. Pulmann.—12 Sic præstat idem cod. et recentiores edd. Antiquissimæ Cum stare ...possim. Tum est in marg. nostræ Juntinæ.

NOTE

9 *Nigra fama*] Comparata nempe ex aliorum infamia; Epig. 12. lib. vii. 'Et mihi de nullo fama rubore placet.'

10 *Quos rumor gemmeus*] Hoc est, candidus et felix. 'Alba penna;' his verbis bonam famam significat.

11 *Tam prave*] Hoc est: Cur ex aliorum dedecore mihi nomen comparem, cum laudans alios et ipse laudari possim?

12 *Constare* [*Cum stare*] *gratis*] Meo

judicio sensus est: Cum possim innotescere sine detrimento famæ alienæ, et cum mea fama sic stare possit. Legunt alii, *Constare gratis cum silentio possim?* Constare significat patere, perspicuum esse, hoc est: Cum possim notus esse gratis, seu sine alieno rubore. Alii legunt, *Constare gratis cum silentium possit?* hoc est: Cum meum silentium possit innotescere hominibus gratis erga me, quod parcam eorum moribus, quos carpere possem.

IV.

AD MAMURRAM.

QUI legis Œdipodem, caligantemque Thyesten,
 Colchidas, et Scyllas; quid nisi monstra legis?
 Quid tibi raptus Hylas, quid Parthenopæus, et Atys?
 Quid tibi dormitor proderit Endymion?

Quod evolvis fabulas de Œdipode, de Thyeste caliginoso, de Medea, de Scylla, quid evolvis nisi portenta? quid proficiet tibi raptus Hylas, quid Parthenopæus,

Ad lectorem inscribunt edd. antiquissimæ cum Delph.—3 'Attis Salmas. ad Solin. 51. [Vide Notas Variorum.] In Inscript. Goltz. p. 177. *Atthis.*'

NOTE

1 *Qui legis Œdipodem*] Œdipus, qui matrem Jocasten duxit uxorem, notus ex Euripide in Phœnissis; et Thyestes, qui caligans dicitur, propterea quod, ne manducantem filium sibi ab Atreo fratre appositum videret Sol, refugit; et Medea, notus sunt ex Euripide, et Seneca poëta, et mul-

tis aliis. De Scylla vide Ovidium lib. iv. Met.

3 *Raptus Hylas*] Epig. 48. lib. v. *Parthenopæus*] Epig. 77. lib. vi. et Epig. 57. lib. ix. *Atys*] Epig. 86. lib. ii.

4 *Dormitor Endymion*] Qui primus Lunæ cursum observavit; unde fa-

Exutusve puer pennis labentibus? aut qui 5
 Odit amatrices Hermaphroditus aquas?
 Quid te vana juvant miseræ ludibria chartæ?
 Hoc lege, quod possit dicere vita, Meum est.
 Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyiasque
 Invenies: hominem pagina nostra sapit. 10
 Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores,
 Nec te scire: legas αἴτια Callimachi.

et Atys, quid dormitor Endymion? et puer spoliatus pennis labentibus, aut Hermaphroditus qui odit amatrices undas? quid tibi prosunt vana ludibria infelicis chartæ? hoc evolve, quod possis jure dicere, Meum est. Non hic reperies Centauros, nec Gorgonas, nec Harpyias: nostri libri agunt de homine. Sed non vis, o Mamurra, habere compertos tuos mores, nec te noscere: evolvas causas Callimachi.

Beverl. Athys dat Barbou.—8 'Recte sane Pal. q. possit d. vita. Sic et Percheimerianus.' Gronov. Hoc rectum putat et Schrevel. et dat cum Maitt. et Barbonio. Alii legunt q. possit d. quisque cum cod. Pulmann. Q. possis d. jure edd. antiquiss. et Farnabii.—9 Harpyiasque Barbon. Arpyiasque Ald. Junt. Colin.—12 Necte sacrilege Sextia cod. Beverl. Sextia Ferrar. an. 1471. Atria legunt edd. Paris. 1617. et recentiores. Sic monet Calderinus: 'Legas Ethia] Sed nec illud leges, quia illud etiam est in Moribus: ita codex antiquus habet. Sunt qui legant juvat Ethea. Sed intelligendum de opere Callimachi in Ibin.' Prius annotaverat ἦθος morem significare: quam vocat impressa annotatio in marg. ejusd. ed. Paris. 'vitosam interpretationem depravatæ lect.' Ethia legunt Ald. Junt. Colin. Heraldus videtur legisse Aetia.

NOTÆ

bulantur poëtae illum a Luna fuisse adamatum, atque ab ea in Latmo Cariæ monte sopitum fuisse, ut eum posset commode osculari.

5 *Exutusve puer*] Icarum intellige, notum ex Ovidio lib. viii. Met. apud quem et Hermaphroditum fabulam leges, lib. iv. Metam.

7 *Miseræ ludibria*] H. e. fabularum ludos.

8 *Hoc lege*] Quod spectat ad tuos mores. De Centauris Ovid. lib. xii. Met. Gorgones vero Phorci filia, Medusa, Sthenyo, alii Sthino, et Euryale. Alia quoque Gorgones fuere, quas recenset Natalis Comes lib. vii. Mythol. cap. 12.

9 *Harpyiasque*] Neptuni et Terræ filia; a poëtis finguntur rapaces, volatiles, virgineo vultu, et manibus unci. Tres enumerantur a Virgilio,

Helle, Ocypete, et Celæno. Vide Natalem Comitem lib. vii. cap. 6.

10 *Hominem pagina*] Mores enim hominum corrigunt atque instituunt libri mei.

12 *Legas αἴτια*] Intellige causas; hoc est: Legas librum, quem scripsit Callimachus de Causis et Originibus Rerum. De Callimacho dictum lib. iv. Epig. 23. Sensus est: Cum nolis cognoscere te ipsum, lege opus Callimachi de Causis; quod somnia Callimachi vocat Propertius. Legunt alii, *Nec te scire juvat ethea Callimachi*: hoc est: Nec juvat te legere librum, quem de Moribus scripsit Callimachus, vel poëta, vel alius grammaticus sic dictus. Quæ lectio non placet interpretibus. Vide Turnebum lib. xxx. cap. 30.

V.

IN MALEDICUM POETAM.

QUISQUIS stolæve purpuræve contemtor,
 Quos colere debet, læsit impio versu;
 Erret per urbem pontis exul et clivi,
 Interque raucos ultimus rogatores
 Oret caninas panis improbi buccas. 5
 Illi December longus, et madens bruma,
 Claususque fornix triste frigus extendat.
 Vocet beatos clamitetque felices,
 Orciniana qui feruntur in sponda: 10
 Et, cum supremæ fila venerint horæ,
 Diesque tardus, sentiat canum litem,
 Abigatque moto noxias aves panno;

Quisquis contemtor aut stolæ aut purpuræ offendit impio carmine, quos observare debet; profugus vagetur per pontes urbis, et clivos, atque inter raucos mendicos ultimus petat canina frustra panis improbi: December longus, atque hyems madida, et fornix clausus producat illi triste frigus; appellet felices, et clamitet fortunatos, qui efferuntur in sandapila. Et, cum fila ultimæ horæ, et dies tardus venerint, experiatur litem canum, et moto panno expellat malas volucres: nec mors

3 'Sic Pal. mente satis acri et acuta. In vulgg. legebatur *Pontes per urbis erret e. et clivos.*' Farnab. Schrevel. 'Raderus legend. censet orbis: quomodo enim exul, si in urbe? Sic Ovid. in Ibin inimico suo imprecatur: 'Exul inops erres, alienaque limina lustres, Exiguumque petas ore tremente cibum.' Schrevel. 'Per urbem; al. per orbem. Rader.' VV. LL. Barbouii. Nostram lect. dant recentiores.—5 *Bacas* Ms. Beverl.—7 *Clususque* Ms. Pulmann. et ed. Barbouii.—10 *Neverit* Ferrar. *Neverint Horæ* Ms. Beverl.

NOTE

1 *Quisquis stolæ*] Aspere invehitur in eundem sane poëtam, de quo Epig. 3. supra. Stola propria erat matronarum; Epig. 36. lib. i. Attamen Bayfius de Re Vestiaria cap. 1. existimat stolam vocem esse communem ad omne genus vestimenti. Purpura vero olim solius Magistratus erat insigne: at labente disciplina lacernis purpureis usi sunt fere omnes; lib. v. Epig. 8.

3 *Erret, &c.* [*Pontes per urbis*] Ubi mendici rogant stipem. Suo inimico idem imprecatur Ovidius in Ibin. Juvenalis Sat. iv. 'Dirusque a ponte

satelles Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.' *Pontes per orbis:* recte enim conjungitur cum sequente voce 'exul:' quomodo enim exul, inquit Raderus, si in urbe? At *exul* sumitur hic meo iudicio pro errone et vago homine. Alii, *Erret per urbem pontis exul, et clivi.*

7 *Claususque fornix*] In quo nempe sine igne mendici latebant hyeme.

9 *Orciniana sponda*] Sandapila sic dicta est ab orco, quod mortui ad orcum eant.

11 *Diesque tardus*] Mortis nempe, quam jandiu expetebat.

Nec finiantur morte simplices pœnæ:
 Sed modo severi sectus Æaci loris,
 Nunc inquieti monte Sisyphi pressus,
 Nunc inter undas garruli senis siccus,
 Delasset omnes fabulas poëtarum:
 Et, cum fateri Furia jusserit verum,
 Prodente clamet conscientia, Scripsi.

15

afferat finem pœnis illius rogatoris. At modo casus loris acerbi Æaci, nunc obrutus saxo Sisyphi non quiescentis, nunc siccus inter aquas senis loquacis, defutiget omnes fabulas poëtarum: et, cum Furia jusserit confiteri veritatem, prodente conscientia vociferetur, Composui.

~~~~~  
 Neverint marg. nostræ Junt.—13 Antiquiss. edd. *supplicis*.

## NOTE

*Sentiat canum litem*] Hoc est: Jam moriturus sentiat canes litigantes de cadavere ejus laniando.

12 *Noxias aves*] Corvos, vultures, &c.

13 *Simp. [Supplicis] pœnæ*] Id est, mendici et rogatoris. Alii legunt *simplices pœnæ*, habita scilicet ratione aliorum suppliciorum, quæ in Inferis subiturnus est.

14 *Æaci*] Quem tantopere justitiæ amantem fuisse ferunt, ut apud Inferos a Plutone delectus fuerit ani-

marum judex cum Minoë et Rhadamantho.

15 *Monte Sisyphi*] Quem fabulantur poëtae eo supplicii genere plecti apud inferos, ut saxum ingens perpetuo volvat.

16 *Garruli senis*] Hoc est, Tantalus, qui invitatus ad cœnam Deorum secreta vulgaverat. Illius historia satis nota: mediis in aquis perpetua siti laborat, ut canunt poëtae.

19 *Scripsi*] Hoc est: Famosa carmina vulgavi nomine Martialis.

## VI.

## DE ADVENTU CÆSARIS TRAJANI.

FELICES, quibus urna dedit spectare coruscum  
 Solibus Arctois sideribusque ducem.

*Bcati, quibus sorte contigit videre Imperatorem micantem solibus atque astris*

~~~~~  
Trajani omittunt edd. vetustæ. Nec id ex antiquitate profluxisse censere videtur editor Delph. *De Cæs. Tr. adv.* habet ed. Barbonii.—1 *Una Ms. Beverl.*

NOTE

1 *Quibus urna dedit*] In qua sunt omnium hominum nomina, qui moriuntur, prout serius aut ocysus sors exierit. Alii intelligunt urnam electionis, seu sortem qua lecti mitteban-

tur ad Principem Legati. Alii, sortem simpliciter et quidem bonam: hoc sensu: Felices, quibus bona quædam sorte contigit ut Trajanum viderent. Eligat lector. De Arctois

Quando erit ille dies, quo campus, et arbor, et omnis

Lucebit Latia culta fenestra nuru ?

Quando moræ dulces, longusque a Cæsare pulvis, 5

Totaque Flaminia Roma videnda via ?

Quando eques, et picti tunica Nilotide Mauri

Ibitis ? et populi vox erit una, Venit ?

Septentrionis. Quando adveniet ille dies, quo campus, et arbor, atque omnis fenestra fulgebit ornata mulieribus Latii? Quando grata impedimenta, et longus pulvis excitatus a Cæsare, et tota Roma conspicienda in via Flaminia? O eques et Mauri picti tunica Nilotide, quando præibitis, atque una vox erit populi, venit?

NOTE

sideribus sæpins dictum. Germania autem est ad Septentrionem, ex qua rediturus erat Trajanus. Vide Epig. sequens.

1 *Lucebit Latia*] Hoc est, quo die omnes Latii mulieres ex fenestris Trajanum redeuntem spectabunt.

6 *Flaminia*] Qua iter est in Germaniam.

7 *Quando eques, et picti*] Hoc est, equites Mauri induti veste Ægyptia variis coloribus picta. Vide Epig. 13. infra: 'Et Libys in longo pulvere sudet eques.'

VII.

AD RHENUM, DE EODEM.

NYPHARUM pater amniumque, Rhene,

Quicumque Odrysius bibunt pruinas,

Sic semper liquidis fruaris undis,

Nec te barbara contumeliosi

Calcatum rota conterat bubulci; 5

Sic et cornibus aureus receptis,

O Rhene, pater Nympharum atque fluxiorum, quicumque excipiunt pruinas Othrysius, sic semper habcas aquas fluentes, nec barbara rota injuriosi bubulci conterat te

De eodem nesciunt edd. antiquæ. *De eod. ad R.* exhibet ed. Barbonii.—2 *Othrysis*. edd. vett. et Barbonii. *Od. rell.* et sic Ms. Pulmann.—3 *Frueris* edd. vett. *Fruar.* rell. et sic id. Ms.—6 *Aureis* id. cod. et sic legend.

NOTE

2 *Quicumque Odr.* [*Othrysius*] De hac voce dictum Epig. 8. lib. VII. Alii *Odrysius*. *Odryse* Thracia est: quæ vox latius sumitur a Poëta pro Septentrione; Rhenus enim Thraciam non alluit. 'Pruinas' glaciem et nives liquefactas intellige.

4 *Nec te barbara*] Hoc est: Nec te

gelu constrictum premant plaustra bubulcorum.

6 *Sic et cornibus*] In duas præcipue partes, quæ cornua vocantur, dividitur Rhenus; quorum alterum cornu, inquit Domitius, habebant Transrhenani; alterum vero erat in imperio Romanorum. 'Aureus' dicitur, nt

Et Romanus eas utraque ripa :
Trajanum populis suis, et urbi,
Tibris te dominus rogat, remittas.

calcatum: sic et cornibus receptis aureus et Romanus fluas utraque ripa: dominus Tibris orat te, remittas Trajanum populis suis et urbi.

//////////

notat Beverlandus.—8 *Troj.* Ms. Pulmann.

NOTÆ

opinatur Raderus, vel propter auri-
fodinas Germaniæ, vel propter auream
et flavam Germanorum comam, vel
quod in triumphis flumina auro de-
picta gestarentur.

7 *Romanus eas*] Hoc est: Germa-
nia cis transque Rhenum serviat Ro-
manis.

9 *Tibris dominus*] Nempe quod Ro-
mam orbis dominam alluat.

VIII.

DE PAULLA.

NUBERE Paulla cupit nobis; ego ducere Paullam
Nolo: anus est: vellem, si magis esset anus.

Paulla optat nubere mihi; ego nolo ducere Paullam; vetula est: optarem, si magis esset vetula.

//////////

Paula et Paulam edd. Ald. Junt. Colin. *Paulum* quoque et *Paule* eæd. in *Epig.* 10.

NOTÆ

2 *Si magis esset anus*] Cito enim moreretur, et me hæredem relinqueret.

IX.

DE SE.

UNDENIS pedibusque, syllabisque,
Et multo sale, nec tamen protervo,
Notus gentibus ille Martialis,

Ego ille Martialis populis notus hendecasyllabis, et multis facetiis, nec tamen

NOTÆ

1 *Undenis pedibus*] Versus intellige
constantes undecim syllabis, ita ut
singulæ unum pedem efficiant: et

dicitur etiam Carmen Phaleucium.

3 *Notus gentibus*] Vide lib. 1. *Epig.*

2.

Et notus populis; quid invidetis?
Non sum Andræmone notior Caballo.

5

procacibus; quid invidetis? Non sum notior Andremonē caballo.

~~~~~

5 *Andrem.* edd. vett. et Farnabii, et Maitt. Dant *caballo* edd. Paris. 1617. et Barbouii.

NOTÆ

5 *Andræmone Caballo*] Lib. i. Epig. telligit scurram. Alii volunt esse 42. quendam scurram vocavit Sextium Caballum. Hic etiam forte in-

sis.

X.

IN PAULLUM.

CUM tu, laurigeris annum qui fascibus intras,

Mane saluator limina mille teras;

Hic ego quid faciam? quid nobis, Paulle, relinquis,

Qui de plebe Numæ, densaque turba sumus?

Qui me respiciet, dominum, regemque vocabo?

5

Hoc tu (sed quanto blandius!) ipse facis.

Lecticam, sellamve sequar? nec ferre recusas:

Per medium pognas et prior ire lutum.

Sæpius assurgam recitanti carmina? tu stas,

Et pariter geminas tendis in ora manus.

10

*Cum tu, qui aperis annum fascibus laurigeris, mane saluator obeas mille limina; hic ego quid agam? O Paulle, quid nobis relinquis, qui sumus vilis turba, et de plebe Numæ? An vocabo dominum, et regem, qui me respiciet? Tu ipse (sed quanto suavius!) agis hoc. An sequar lecticam et sellam? Nec recuso portare: at tu contendis, ut prior eas per medium lutum. An sæpius assurgam recitanti versus? Tu stas, et simul tendis ambas manus in faciem. Quid aget inops, qui nequit esse*

~~~~~

1 *Fastibus intrat* cod. Beverl. et vs. 4. *Quid ephæbe.*—5 *Respiciet* edd. vett. *Respicies* cod. Pulmann.—7 *Sellamque . . . recuso* edd. vett. et Farnabii. *Sellamve* cod. Pulmann.—9 *Testis pro tu stus* id. cod.—11 *Clientem* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Cum tu, laurigeris*] Anno ineunte fasces laureati gestabantur ante novos Consules. De saluatoribus dictum lib. ii. Epig. 18.

4 *De plebe Numæ*] Qui nempe pauper fuit inter reges. Sensus est:

Quid facient pauperes, cum viri clari et nobiles eorum officia obeant?

9 *Assurgam recitanti*] Ut applaudam.

10 *Et pariter geminas*] Signum est applaudentis et adulantis.

Quid faciet pauper, cui non licet esse clienti?

Dimisit nostras purpura vestra togas.

cliens? Vestra purpura removit nostras togas.

//////////

Vid. Heins. ad Ov. Ep. xiv. 64.—12 *Divisit* edd. antiquæ, et cod. Pulmann. ‘*Dimisit*. Nequaquam damno hanc lect. Memini tamen, cum primum in hunc l. inciderem, statim succurrisse mihi *Derisit*.’ De Rooy. Vide Turnebum xxx. 30. et Gruteri interpretationem in Notis Variorum.

NOTÆ

12 *Dim.* [*Divisit*] *nostras*] Hoc est: præstandis. Alii *Dimisit*, eodem sensu, purpurati clientes, removistis su. Videat lector.
nos pauperes, et exclusistis ab officiis

XI.

IN CALLIODORUM.

NIL aliud loqueris, quam Thesea, Perithoumque,

Teque putas Pyladi, Calliodore, parem.

Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam

Dignus es, aut porcos pascere Perithoi.

Donavi tamen, inquis, amico millia quinque,

5

Et lotam (ut multum) terque quaterque togam.

O Calliodore, nihil aliud loqueris quam Thesea, Perithoumque, et credis te æqualem Pyladi. Dispeream, si mereris porrigere matellam Pyladi, aut pascere porcos Perithoi. Nihilominus dedi, ais, amico quinque millia, et togam latam ter et quater

//////////

1 *Pyrith.* Paris. 1617. *Pir.* ed. Maitt.—6 *Lotam multum* cod. Pulmann. Pro parenthesi minima puncta exhibent Ald. Junt. Colin. et unum idque minimum punctum post ‘*lotam*’ Paris. 1617. et Delph. Nec parenthesin nec punctum habet ed. Barbonii. ‘Suspectum Scriverio *ut m.* Frustra: est enim compendio dictum pro eo, quod est integrum. Sic Juv. vii. ‘*Ut minimum, duo sufficient.*’ Gronov. Salmasius legit *Et lotam, ut minimum.* Vide Variorum Notas. ‘*Ut multum* parenthesi includendum, ut sint verba Martialis, irridentis exiguitatem muneris. Male hunc l. accipit Salmas. in Not. ad Hist. Ang. quod et in pejus retractat ad Solin. p. 391.’

NOTÆ

1 *Thesea, Perithoumque*] Alii scribunt *Pirithoum*. De his jam lib. vii. cere.

Epig. 24. Eorum historia omnibus obvia.

5 *Millia quinque*] Sestertiorum.

6 *Et lotam, &c.*] Hoc est, fere novam.

4 *Dignus es*] Hoc est: Si dignus es vel vilissimum obire munus, ut

Quid, quod nil unquam Pyladi donavit Orestes?

Qui donat, quamvis plurima, plura negat.

ad summum. Quid quod Orestes nihilne unquam dedit Pyladi? Qui dat, licet plurima, recusat plura.

Bererl.—7 ‘*Pylades d. Orestæ sensus jubet esse legend. neque aliter vestigia codicis Puteani: in quo Pila donabitur esse.*’ Heins. ad Ov. Ep. VIII. 9.

NOTÆ

7 *Quid, quod*] Vehementius instandi gratia, ‘*Quid*’ asciscit ‘*quod*.’

8 *Plura negat*] Quia, qui donat, omnia sua bona cum amico non com-

municat; alioquin nihil haberet, quo careret alter, atque ita nihil donare posset.

XII.

AD DOMITIUM.

ÆMILIÆ gentes, et Apollineas Vercellas,

Et Phaëthontei qui petis arva Padi;

Ne vivam, nisi te, Domiti, permitto libenter,

Grata licet sine te sit mihi nulla dies.

Sed desiderium tanti est, ut messe vel una

5

Urbano relevés colla perusta jugo.

O Domiti, qui adis gentes Æmilicæ, atque Apollineas Vercellas, atque agros Padi Phaëthontei: dispeream, nisi libenter te incito, licet, te absente, nulla lux mihi sit jucunda. Sed tanti facio desiderium tuum, ut vel una æstate reficias

3 Sic omnes edd. nostræ. At Barbouins notat in VV. LL. ‘*Permitto. Dimitto vulgè. Præmitto Seriver.*’ Admitto cod. Pulmanni, qui, Quid si, ait, legatur *permuto*? ‘*Elegans illud permitto e Mss. a Grutero restitutum, nec mutand. Est autem idem, quod, incito, laxo habenas, ut equos permittere in cunem hostium.*’ Sed et videtur legend. *quæ petis.*’ Gronov. ‘*Nisi te secedere permittam. Al. dimitto. Pet. Scriv. emendat, præmitto: quod de vita functis dicebant, tanquam eos ipsos secuturi. Sed dispiciat lector.*’ Farnab. Schrevel. ‘*Recte permitto, non, quod in context. recipere ausus est Seriverius, præm. Vid. præter Gruterum ad h. l. quos laudat Ernest. ad*

NOTÆ

1 *Æmilicæ gentes*] Æmilia, hodie regio Italiæ, partem Longobardiæ Cispadanæ et Romandiolum complectitur. Vercellas, hodie *Vercelli*. Apollineas dicit, vel quod illic Apollo coleretur, vel a liberalibus disciplinis, vel ab auro Apollini sacro, quod ibi effoderetur, ut conjiciunt interpretes.

2 *Phaëthontei*] Quia in Padum curru Solis excussus Phaëthon cecidit. *Qui petis*; alii *quæ petis*.

3 *Permitto*] Alii *præmitto, permuto, dimitto*: sed retine *permuto* hoc sensu, quo Livius dixit, ‘*Concitant equos, permittuntque in hostem.*’

5 *Sed desiderium tanti*] Sed tanti facio desiderium, quo flagras rus

I, precor, et totos avida cute combibe soles.

Quam formosus eris, dum peregrinus eris!

Et venies albis non cognoscendus amicis,

Livebitque tuis pallida turba genis!

10

Sed, via quem dederit, rapiet cito Roma colorem,

Niliaco redeas tu licet ore niger.

colla perusta serratute urbana. Proficiscere, precor, et combibe totos soles avida cute. Quam pulcher eris, dum peregrinaberis, et redibis non agnoscendus atbis amicis, et pallida turba osculabitur tuas genas. At Roma celeriter auferet colorem, quem dederit iter, etiamsi revertaris niger ore Ægyptio.

Tac. A. XI. 10. *De Rooy*.—8 *Cum pro dum* cod. Pulmann. et id videtur legisse Calderinus.—9 *Agnosce* id. cod. et Ald. Junt. Colin.—10 Sic id. cod. *Libabitque tuas . . . genas* edd. vett. et Delph. et Farnab. quod exponit Heraldus. ‘Gruterus ex Ms. Anglic. legit *Livebitque tuis . . . genis*: h. e. invidebit. Recte.’ Schrevel.—11 *Te duce q. dederis* cod. Pulmann. *Dederet* edd. Schrevel. Maitt. Farnab.

NOTE

enndi, ut libenter sinam te abire, ut nempe negotiis atque officiis urbanis defatigatum te recrees. ‘Colla perusta,’ id est, attrita urbanis officiis.

7 *Combibe soles*] Hoc est: Apricationi vaca, quam cuti colorandæ optimam esse credebant Veteres.

9 *Albis amicis*] Hoc est, sole non coloratis, utpote qui in urbe manserint; vel refer ad togas candidas.

Vide lib. 1. Epig. 56. Vel potius, ut refert Heraldus, δὴ σκιατροφίαν, hoc est, propter vitam quam in umbra ducebant Veteres.

10 *Pallida turba*] Ob vigiliis, et officia urbana, atque vitam umbratilem.

12 *Niliaco redeas*] Ægyptii enim sunt fuscii.

XIII.

AD TUCCAM.

CUM cathedralicios portet tibi rheda ministros,

Et Libys in longo pulvere sudet eques;

Cum rheda ferverat tibi molles pueros, et Afri equites sudent in longo pulvere, et

Ad Cottam Thuan. et Cotta vs. 10.—1 Cotathredratos cod. Beverl. *Cathe-*

NOTÆ

1 *Cathedralicios*] Hoc est, pueros molles atque effæminatos; quasi fæminas, non viros; cathedra enim fæminarum erat propria, lib. IV. Epig. 79. Juvenalis Sat. VI. 92. ‘Famam

contemserat olim, Cujus apud molles minima est jactura cathedras.’

2 *Et Libys in longo*] Epig. 6. supra. Turnebus lib. III. cap. 3.

Strataque non unas cingant triclinia Baias,
 Et Thetis unguento palleat uncta tuo ;
 Candida Setini rumpant crystallæ trientes, 5
 Dormiat in pluma nec meliore Venus ;
 Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ,
 Et madet (heu) lacrymis janua surda tuis ;
 Urere nec miserum cessant suspiria pectus.
 Vis dicam, male sit cur tibi, Tuca? bene est. 10

triclinia instructa cingant non unas Baias, et Thetis palleat uncta tuo unguento, et trientes Setini frangant crystallæ candida, nec Venus dormiat in pluma meliore; noctu jaces ad limina adulteræ arrogantis, et janua surda heu perfunditur tuis lacrymis; nec suspiria desinunt incendere miserum pectus. O Tuca, vis dicam, cur male te habeas? Bene te habes.

dratos Vat. Præda pro rheda cod. Beverl.—2 Sedet id. Ms.—3 Nolanas pingat id. Tungant cod. Pulmann.—5 Sed vini Vat.—10 Bene pro male id.

NOTE

3 *Strataque*] De Baiis dictum lib. 1. Epig. 60. ubi erant nobilissimæ thermæ, unde et hic Baiæ sumuntur pro thermis, juxta quas extruebantur triclinia. *Non unas*] Id est, multas. *Cingant*, alii *tangant*.

4 *Et Thetis*] Sumitur hic pro balneis maris instar amplis, quæ redolebant unguentum undique sparsum. Vide lib. III. Epig. 12. *Θέτις* Dea et nympha maris, filia Nerei, &c. *Τηθύς*, Tethys, uxor Oceani, et pro mari sæpius accipitur, Epig. 3. lib. Spect.

5 *Candida Setini*] Hoc est cum

trientes vini Setini, de quo sæpius dictum, calore suo rumpant pocula crystallina, vel splendore suo crystallum quodammodo findere videantur.

6 *In pluma nec meliore*] In pluma autem olorina dormit Venus.

7 *Ad nocturna*] Persius Sat. v. 164. 'An rem patriam rumore sinistro Limen ad obscœnum frangam, dum Chrysidis udas Ebrinus ante fores extincta cum face canto?'

10 *Bene est*] Atque ita cruciaris nimia divitiarum abundantia.

XIV.

AD CRISPUM.

CEDERE de nostris nulli te dicis amicis.

Sed, sit ut hoc verum, quid, rogo, Crispe, facis?

Mutua cum peterem sestertia quinque, negasti:

Non caperet nummos cum gravis arca tuos.

Dicis te nulli cedere ex nostris amicis; at, quæso, Crispe, quid agis ut hoc sit verum? Cum rogarem quinque sestertia mutua, recusasti; cum gravis arca non

- Quando fabæ nobis modium farrisque dedisti, 5
 Cum tua Niliacus rura colonus aret?
 Quando brevis gelidæ missa est toga tempore brumæ?
 Argentî venit quando selibra mihi?
 Nil aliud video, quo te credamus amicum,
 Quam quod me coram pedere, Crispe, soles. 10

posset continere tuos nummos. Quando misisti togam brevem tempore frigidæ hyemis? Quando misisti mihi scibrum argenti? Nihil aliud superest, quo existimemus te amicum, o Crispe, quam quod tui moris est pedere me præsentem.

In Cr. edd. vett.—8 Argentî quando missa s. m. est? eæd.—9 Quod Coliu. et sic Ferrar. et Beverlandi Ms.

NOTÆ

- 6 Niliacus] Hoc est, cum habeas quidem, sed honeste parum. Sic Crispum multos fundos in Ægypto. avarum acute carpit Poëta.
 10 Coram pedere] Hoc familiare

XV.

DE APRO.

DOTATÆ uxori cor arundine fixit acuta:
 Sed dum ludit Aper, ludere novit Aper.

Aper acuta arundine trajecit pectus uxoris locupletis: ut dum aper ludit, aper novit ludere.

2 Lædere ed. Barbonii, et hoc conjicit Pulmannus, sed damnat Schrevel.

NOTÆ

- 1 Cor arundine fixit] Fingens se cisa enim uxore factus est dives. Legunt alii, lædere novit Aper. Poëta ludere sagittis. ludit, ut aiunt, in his vocibus 'ludere' et 'lædere.' Minus tamen arguta videtur hæc lectio.
 2 Novit Aper] Hoc sensu; Per errorem uxorem interfecisse videtur Aper, quod forte nesciret ludere sagittis; immo novit optime ludere; oc-

XVI.

IN CAIUM.

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai:
 Vincam te donis, muneribusque meis.

O Cai, si vocas donare, polliceri, nec dare; superabo te donis, et muneribus meis;

Accipe Callaicis quicquid fodit Astur in arvis,
 Aurea quicquid habet divitis unda Tagi ;
 Quicquid Erythræa niger invenit Indus in alga, 5
 Quicquid et in nidis unica servat avis :
 Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aëno :
 Quicquid habent omnes, accipe, quomodo das.

accipe quicquid fodit Astur in agris Callaicis, et quicquid habet aurea unda divitis Tagi ; quicquid reperit niger Indus in Erythræa alga, et quicquid unica avis servat in nidis : quicquid improba Tyros congregat aëno Agenoreo : accipe, quomodo donas, quicquid possident omnes.

3 *Caldeis* cod. Beverl. Vide Notas Variorum ad Claudian. p. 1217. nostræ Ed.

NOTE

2 *Vincam te donis*] Nam, ut canit Ovidius, 'Pollicitis dives quilibet esse potest.'

3 *Callaicis*] Asturia Hispaniæ provincia, in qua erant aurifodinæ : Callaica vero arva dicuntur, a Gallæcia, quæ regio est Asturiæ proxima.

4 *Divitis unda*] In Tago Hispaniæ fluvio aureæ sunt arenæ.

5 *Quicquid Erythræa*] Lapillos Erythræos intellige, de quibus dictum

lib. v. Epig. 37.

6 *In nidis*] Phoenix avis omne aromatum genus servat in suo nido, lib. v. Epig. 7.

7 *Quicquid Agenoreo*] Agenor condidit Tyrum, in qua inventus est modus conficiendæ purpuræ, quæ superbæ et luxui inservit, unde Tyrus illius inventrix improba dicitur. Aëno vase scilicet, in quo tingitur purpura. Legunt alii *aheno*, quod idem est.

XVII.

DE MACRO AD MUSAM.

SATURNALICIO Macrum fraudare tributo,
 Frustra, Musa, cupis : non licet, ipse petit :
 Solennesque jocos, nec tristia carmina poscit ;
 Et queritur nugas obticuisse meas.

O Musa, inutiliter optas privare Macrum tributo Saturnalicio : non fas est, ipse poscit : et postulat solennes jocos, et versus festivos, et queritur siluisse meas inep-

Ad M. omittunt Ald. Junt. Colin.

NOTE

1 *Saturnalicio*] Saturnalium tempore Epigrammata Macro scribere

solebat Poëta, quæ idcirco vocat tributum. Vide lib. iv. Epig. 46.

Mensorum longis sed nunc vacat ille libellis.

5

Appia, quid facies, si leget ista Macer?

tias. At nunc ille dat operam longis libris geometrurum. O Appia, quid facies, si Macer evolvet ista?

NOTE

5 *Mensorum*] Qui de spatiis itin- cupatus erat.
rum et ratione viarum scripserunt: 6 *Appia, quid*] Quasi dicat, Negli-
libros vero geometricos legebat Ma- geris, o Appia.
cer, quia in sternenda via Appia oc-

XVIII.

DE MARIO,

NEC vocat ad cœnam Marius, nec munera mittit,

Nec spondet, nec vult credere: sed nec habet.

Turba tamen non deest, sterilem quæ curet amicum.

Eheu quam fatuæ sunt tibi, Roma, togæ!

Marius nec invitat ad cœnam, nec mittit dona, nec spondet, nec vult credere: at nec habet. Nihilominus non deest multitudo quæ colat sterilem amicum. O Roma, quam stolidos habes togatos!

2 *Reddere* cod. Beverland.—4 *Heu quam perfatuæ* edd. vett. et Delph. *Heu heri quam fat.* Thnan. *Heu mihi quam fat.* Vat. si audias Beverlandum. In marg. nostræ ed. Var. scripsit amicus in Vat. esse *Hei mihi.*

NOTE

2 *Nec vult credere*] Hoc est, dare to: togati vero sunt clientes, quos mutuam pecuniam. stolidos vocat, quod gratis serviant
4 *Togæ*] Toga sumitur hic pro toga- suis patronis.

XIX.

MITTIT LIBRUM SUUM AD PLINIUM (CÆCILIUM
SECUNDUM.)

NEC doctum satis, et parum severum,

Sed non rusticulum nimis libellum,

Facundo mea Plinio Thalia

O mea Musa, vade, perfer eloquenti Plinio librum nec satis eruditum, et parum gravem, at non nimis rusticulum: non grave est prætergredi excelsum tramitem Su-

NOTE

3 *Plinio*] Cujus epistolam ultimam ‘mandat ut domum meam in Esqui-
lib. III. lege, in qua facit mentionem liis quærat, adeat reverenter,’ &c.
hujus Epigrammatis his verbis: ‘Al- De Thalia, quæ præest convivii, dic-
loquitur Musam,’ Martialis nempe, tum lib. IV. Epig. 8.

I perfer: brevis est labor, peractæ Altum vincere tramitem Suburæ.	5
Illic Orphea protinus videbis Udi vertice lubricum theatri, Mirantesque feras, avemque regis, Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti.	
Illic parva tui domus Pedonis Cælata est aquilæ minore penna. Sed ne tempore non tuo disertam Pulses ebria januam, videto.	10
Totos dat tetricæ dies Minervæ, Dum centum studet auribus virorum,	15
Hoc, quod sæcula posterique possint Arpinis quoque comparare chartis.	

buræ superatæ. Statim illic spectabis Orpheum madidum in vertice humidi theatri, et mirantes feras, atque avem regis, quæ portavit Jovi raptum Phryga. Illic exiguæ ædes tui Pedonis signatæ sunt minore penna aquilæ. At cave, ne temulenta intempestive pulses facundas fores. Confert totos dies morosæ Minervæ, dum parat auribus centum virorum hoc, quod sæcula et posterî possint etiam conferre scriptis

4 Alii *paratæ*, ait editor Delph. quod non invenimus in nostris edd. Fort. scribend. *peracta* notat Pulmannus.—8 Videtur, ait Gronov. scripsisse Martialis *avemque, regi Raptum, &c.*—15 *Vacat* codd. Pulmann. et Beverl.—19

NOTÆ

4 *Brevis est labor*] Sensus est: Facile proclivem Suburam vices, quæ non longe distat ab ædibus Plinii. *Peractæ*] Hoc est *superatæ* Suburæ, lib. v. Epig. 22. 'Alta Suburani vincenda est semita clivi.' Raderus explicat: Labor hic ut adeas Plinium facilis est, posteaquam, o Thalia, es absoluta et perfecta, atque adeo parata ut ex eas.

6 *Illic Orphea*] Statuam Orphei intellige collocatam in cacumine theatri, perfusam nempe odoratis illis aspersioibus, de quibus Epig. 3. lib. Spect.

8 *Mirantes*] Lyra canentem Orpheum.

Avemque] Aquilam quæ rapuit Ganymedem.

10 *Pedonis*] Poëtæ, de quo lib. v. Epig. 5. Alium tamen causicum fuisse constat ex Juvenalis Sat. vii. quem forte intelligit, ut aiunt interpretes. Malim tamen ad poëtam referre, cum dicat 'tui,' hoc est domus Pedonis, qui te colit, in cuius scilicet domus fastigio cælata erat aquila minor quam illa quæ Ganymedem rapuit.

12 *Tempore non tuo*] Tempus legendis suis versibus conveniens definiit, lib. iv. Epig. 8.

14 *Tetricæ Minervæ*] Hoc est, vacat rebus forensibus, a quibus joci absunt.

15 *Centum auribus*] De centum virorum iudicii egimus lib. vii. Epig. 63.

Seras tutior ibis ad lucernas.
 Hæc hora est tua, cum furit Lyæus,
 Cum regnat rosa, cum madent capilli: 20
 Tunc me vel rigidi legant Catones.

Ciceronis; tutior ibis ad seras lucernas. Hæc hora est tua, dum Bacchus furit, cum rosa regnat, cum comæ madent unguentis: tunc me legant vel severi Catones.

Sic cod. Beverl. Dum edd. vett. et Delph.

NOTÆ

17 *Arpinis*] Cicero enim fuit Ar- 20 *Cum regnat rosa*] Rosis coronati
 pinas. genio indulgebant veteres.

XX.

AD MANIUM.

DUCIT ad auriferas quod me Salo Celtiber oras,
 Pendula quod patriæ visere tecta libet;
 Tu mihi simplicibus, Mani, dilectus ab annis,
 Et prætextata cultus amicitia,
 Tu facis; in terris, quo non est alter Iberis 5
 Dulcior, et vero dignus amore magis.
 Tecum ego vel sicci Gætula mapalia Pœni,
 Et poteram Scythicas hospes amare casas.

O Mani, tu mihi carus a teneris annis, et cultus amicitia prætextata, quo non est gratior in terris Iberis, nec dignior vero amore, tu in causa es, cur Celtiber Salo ducat me ad regiones auriferas, et cur placeat revisere domos pendentes meæ patriæ. Mapalia vel Gætula Pœni aridi, et casæ Scythicæ poterant placere mihi

3 *Causa es mansuetus* cod. Pulmanni, qui ait, se ibi libenter esse lecturum *Mani* notus, si vocativus esset Græcus: aut *Mani amatus*, eo quod clarior videatur sententia.—4 'Al. *Et pueris inita.*' notatur in marg. Ed. Paris. 1617.—8 *Hostis* cod. Pulmann.

NOTÆ

1 *Ducit ad auriferas*] Hoc est, Tu, annis colui.
 o Mani, in causa es, cur redire velim
 in Hispaniam aurifodinis celebrem,
 Epig. 16. supra; et revisere Salonem
 fluvium, et Bilbilim, cujus urbis do-
 mus erant pendulæ, quia sita erat in
 loco declivi, et præcipiti, lib. I. Epig.
 50.
 4 *Prætextata*] Prætexta vestis
 erat, qua potissimum pueri ad annum
 usque septemdecimum utebantur.
 Hoc est, O Mani, quem a teneris
 5 *Terris Iberis*] Intellige eam re-
 gionem quæ est ad Iberum Hispani-
 niæ fluvium satis notum.
 7 *Gætula mapalia*] Gætulia Africæ
 provincia est. *Pœni sicci*] Pœni dic-
 ti sunt etiam Carthaginenses: hic
 autem sumuntur pro ipsa Africa sicca
 et arida. Sensus est: Tecum, o Ma-
 ni, vel in Africa, vel in Scythia in-
 hospitali lubens habitarem.

Si tibi mens eadem, si nostri mutua cura est,
In quocumque loco Roma duobus erit. 10

*hospiti tecum. Si mecum consentis, et mutuo diligis me, ubique Roma erit am-
bobus.*

XXI.

AD SEXTUM.

SCRIBERE te, quæ vix intelligat ipse Modestus,
Et vix Claranus, quid rogo, Sexte, juvat?
Non lectore tuis opus est, sed Apolline, libris:
Judice te major Cinna Marone fuit.
Sic tua laudentur: sane mea carmina, Sexte, 5
Grammaticis placeant, et sine Grammaticis.

*O Sexte, quid tibi placet componere, quæ vix interpretetur ipse Modestus, et
vix Claranus? Tui libri non indigent lectore, sed Apolline: te arbitro, Cinna su-
perarit Virgilium. Sic tua laudentur: mea quidem carmina, o Sexte, grata sint
grammaticis, et sine grammaticis.*

2 *Calanus* cod. Pulmann.—6 ‘Non possum improbare, quod in Mss. bonæ
notæ inveni, ut *sine*. I. e. Ita placere illis velim, ut et sine illis placere et
intelligi possint.’ Gronov.

NOTE

1 *Modestus*] Grammaticus nempe,
cujus meminit Suetonius de illustri-
bus Grammaticis cap. 20. Clarani
vero mentionem facit Seneca Epist.
66.

3 *Apolline*] Cujus est explicare res
obscuras. Unde Virg. Eclog. III. ‘Dic
quibus in terris, et eris mihi magnus
Apollo, Tres pateat cæli spatium
non amplius ulnas.’

4 *Cinna*] Poëta egregius quidem,
sed cujus obsœura sane erant poëma-
ta. Virg. Eclog. IX. ‘Nam neque
adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna.’

5 *Sic tua laudentur*] Nimirum prop-
ter obsœuritatem.

6 *Et sine Grammaticis*] Hoc est,
Lector non indigeat interpretibus ad
intelligenda mea Epigrammata.

XXII.

IN PHILÆNIM.

CUR spleniato sæpe prodeam mento,
Albave pictus sana labra cerussa,
Philæni, quæris? basiare te nolo.

*O Philæni, rogas, cur sæpe exeam spleniato mento, aut labris sanis pictis tamen
alba cerussa? Nolo te osculari.*

In Philænem Paris. 1617. *In Philenem* Colin. Junt. Ald. et *Phileni*
vs. 3.

NOTÆ

1 *Spleniato*] Splenia erant emplas-
tra, de quibus vide lib. II. Epig. 29.
Unde dicitur *spleniatus*. De Philani
dictum lib. II. Epig. 33.

2 *Pictus labra*] Hellenismus est.

Cerussa] Lib. I. Epig. 73. 'Cerussa
sibi placet Lycoris.'

3 *Basiare te nolo*] Quia et calva, et
rufa, et lusca erat: lib. II. Epig. 33.

XXIII.

DE M. ANTONIO.

JAM numerat placido felix Antonius ævo

Quindecies actas Primus Olympiadas:

Præteritosque dies, et tutos respicit annos,

Nec metuit Lethes jam propioris aquas.

Nulla recordanti lux est ingrata, gravisque: 5

Nulla subit, cujus non meminisse velit.

Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus: hoc est

Vivere bis, vita posse priore frui.

*Jam Antonius Primus beatus numerat quindecim Olympiadas actas tranquilla
vita; et respicit elapsos dies, et totos annos, nec timet undas Lethes jam viciniore.
Nulla lux injucunda est, et molesta recordanti; nulla præteriit, cujus recordatio
non sit grata. Vir probus auget sibi spatium ætatis: hoc est vivere bis, posse frui
priore vita.*

2 *Actas primus* Ald. Junt. Colin. 'Primus, non primus. Est enim Primus
cognomen Antonii,' Gronov.—3 *Alii totos*, ait Schrevel. sic et Delph. *Tutus*
cod. Beverl.—5 *Gravisque* id. cod.—6 *Fuit pro subit* edd. vett. et Delph. et
Farnab. *Subit* cod. Pnlmann. 'Melius,' ait Gronov. 'quod etiam præfert
Gruterus, in Angl. *subit*.'

NOTÆ

1 *Antonius Primus*] De quo lib. I. Epig. 101.

2 *Quindecies actas*] De Olympiadi-
bus dictum lib. VII. Epig. 40. et lib.
IV. Epig. 45. quas pro quinquennio
aliquando poetæ, historici vero pro

quadriennio semper sumunt.

4 *Nec metuit Lethes*] Hoc est, nec
timet mortem imminentem, Epig. 2.
supra.

8 *Vita posse priore*] Hoc est, voluptatem
percipere ex vita probe acta.

XXIV.

AD KALEND. MARTIAS.

NATALES mihi Martiæ Kalendæ,

(Lux formosior omnibus Kalendis,

O kalendæ Martiæ mihi natales, dies pulchrior omnibus kalendis, quo virgines

Qua mittunt mihi munus et puellæ,)

Quinquagesima liba, septimamque

Vestris addimus hanc focis acerram. 5

His vos (si tamen expedit roganti)

Annos addite bis precor novenos,

Ut nondum nimia piger senecta,

Sed vitæ tribus areis peractis

Lucos Elysiaë petam puellæ. 10

Post hunc Nestora, nec diem rogabo.

etiam mittunt ad me donum: adjungimus vestris focis quinquagesima liba, et hanc septimam acerram. Vos (si tamen juvat rogantem) adjungite his, quaso, annos octodecim; ut nondum piger nimia senectute, sed peractis tribus aureis vitæ adeam lucos puellæ Elysiaë. Post hæc tempora, nec petam unum diem.

//////////

Calen. Ald. Junt. Colin. Calend. Farnab. Maitt. Kalendas Barbonii. Calendas Delph.—5 *Hos Ms. Pulmanni, qui conjicit huc.*—7 Sic id. cod. *Ter* edd. vett. ‘Alli leg. *ter*. Rectius *bis*. Anni enim 27. additi nimis et ultra votum Poëtæ extenderent senectam.’ *Farnab. Schrevel.*—9 *Aureis* edd. vett. ‘*Areis* legunt alii. Vetus codex *aureis* habet.’ *Pulmann.* *Aureis* explodit Seriverius et tnetur *Flosculus.*—11 *Post hæc tempora* edd. vett. et *Farnab. Delph. et Barbonii.* Pro *Nestora* cod. *Beverl.* habet *nec horam*. Vide *Variotum* *Notas*.

NOTÆ

3 *Qua mittunt*] Munera mittebantur ad eum qui natalem diem celebraret. Vide lib. viii. Epig. 64.

4 *Quinquagesima liba*] Hoc est: Jam quinquages septies sacrificiis celebri natales Kalendas: quæ autem hujusmodi sacrificiis adhiberentur explicuit, lib. ix. Epig. 91. ubi de placentis, seu libis, et thure diximus. ‘*Acerra*’ vas est, quo thns crematur.

5 *Vestris focis*] Id est, vestris aris.

7 *Bis precor novenos*] Octodecim annos addite quinquaginta septem, et erunt 75. Alii, *ter novenos*, sed minus bene; essent enim anni 84. et sic

senectus decrepita contra votum Poëtæ.

9 *Tribus areis* [*aureis*] Hoc est, septuaginta quinque annis peractis: aurens enim Romæ æstimabatur viginti quinque denariis; tres vero aurei efficiunt 75. denarios, numerum scilicet annorum quos optat Poëta. Ita *Raderus* et *Farnabius*. At vero *Turnebus* lib. xxx. cap. 3. legit *tribus areis*. Et tria vitæ spatia intelligit, pueritiam nempe, juventutem, et senectam. Judicet lector.

10 *Elysiaë puellæ*] *Proserpinæ*, id est, moriar.

XXV.

DE MUCIO.

IN matutina nuper spectatus arena

Mucius, imposuit qui sua membra focis,

Si patiens fortisque tibi durusque videtur,

Abderitanæ pectora plebis habes.

Nam cum dicatur tunica præsentē molesta,

Ure manum : plus est dicere, Non facio.

5

Nuper in arena mane spectatus est Mucius, qui admovit flammis suos artus: si existimas illum patientem, et fortem, et durum, habes cor plebis Abderitanæ. Nam cum dicatur præsentē tunica molesta, ure manum: fortioris est animi respondere, Nolo.

5 *Molestam* cod. Pulmann. *Tunicam* videtur legisse Calderinus.—6 *Nunc* id. cod. pro *Non*.

NOTÆ

De Mucio] Scriverius legit, *de rei supplicio sub persona Mucii Scævola*, de quo vide lib. I. Epig. 22. et lib. VIII. Epig. 30.

1 *In matutina*] Duplex uno die exhibebatur spectaculum, mane cum bestiis pugnabant gladiatores, post meridiem vero ii qui superfuert inter se dimicabant. Suetonius in Claudio cap. 34. de his fuse Lipsius lib. II. Saturn. cap. 15.

4 *Abderitanæ*] Hoc est, stolidus es.

Abdera urbs Thraciæ, cujus incolæ cæli vitio ad insaniam propensi sunt: illic autem natus Democritus, de quo Juven. Sat. VI. 'Cujus prudentia monstrat, Summos posse viros, et magna exempla daturus, Vervecum in patria crassoque sub aëre nasci.'

5 *Tunica præsentē*] Pice, resina, ceterisque flammæ alimentis imbuta tunica; quam induere coactus fuisset, si manum comburere jussus nolisset.

XXVI.

DE MORTE VARI.

VARE, Parætonias Latia modo vite per urbes

Nobilis, et centum dux memorande viris;

O Vare, paulo ante Romana vite insignis per urbes Ægypti, et dux celebrande

De Varo edd. vett. et Delph.—1 *Alii paræthon. et Paræthon.* 'Ante vulgo legebatur *Latius modo rite, inepte.*' Schrevel. *Latius m. vite* ed. Paris. 1617.

NOTÆ

1 *Parætonias*] Parætonium et Pelusium duo cornua Ægypti vocat Florus, ut refert Ortelius. Parætonium dicitur hodie secundum aliquos Porto-

Russa, secundum alios *Berton*. Ovidius lib. IX. Met. 'Isi, Parætonium, Mareoticaque arva, Pharumque.'

Latia vite] Quæ erat insigne Cen-

At nunc Ausonio frustra promisse Quirino

Hospita Lagæi littoris umbra jaces.

Spargere non licuit frigentia fletibus ora,

5

Pinguia nec mœstis addere thura rogis.

Sed datur æterno victurum carmine nomen.

Numquid et hoc, fallax Nile, negare potes ?

centum viris: sed nunc umbra jaces hospita Lagæi littoris nequicquam promissa Ausonio Quirino. Non licuit perfundere lacrymis frigidum vultum, nec addere pinguia thura mœstis rogis: sed nomen datur victurum æterno carmine. O Nile fallax, potesne etiam recusare hoc ?

Latio m. recte cod. Beverl. Nostra lect. est in cod. Pulmanni.—3 'Alii leg. promissa, minus bene.' Schrevel. Id dant edd. vett. cum Delph.—5 Fulgentiu cod. Beverl.—7 Munus cod. Pulmanni. 'Non male Britan. codex munus.' Schrevel. 'Codex Junii habuit munus: recte.' Herald.

NOTÆ

turionis, qua nempe castigabantur milites. Tacitus lib. i. Annal. et Lucanus lib. vi.

2 *Et centum*] Ex Livio et Polybio constat sexaginta tantum militibus præfuisse centurionem; sed sane Poëta rationem habet legionis a Romulo institutæ, quæ tribus hominum millibus constabat, et distributa erat in triginta manipulos, quibus præerant triginta centuriones.

3 *Ausonio frustra*] Romulus dictus

est Quirinus: vide Livium lib. i. et sumitur hic pro populo Romano, ad quem rediturum se promiserat Varus.

4 *Lagæi*] Hoc est, Ægyptiæ, a Lago patre Ptolemæi cognomento Magni.

7 *Sed datur æterno*] Vide lib. vi. Epig. 85. Hoc est: Saltem licebit versibus non perituris Vari nomen celebrare, nec Ægyptus quæ Varo reditum negavit, poterit hoc mihi negare: Ægyptiæ vero fallaces habitus, pro quibus sumitur Nilus.

XXVII.

AD DIODORUM.

NATALI, Diodore, tuo convivæ senatus

Accubat, et rarus non adhibetur eques;

Et tua tricenos largitur sportula nummos:

Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

O Diodore, tuo natali Senatores convivæ accumbunt, et frequentes equites admoventur, et tua sportula distribuit triginta nummos: O Diodore, nihilominus nemo putat te natum.

NOTÆ

1 *Natali*] Quem conviviis celebrabat.

3 *Et tua tricenos*] Cum alias decem tantum nummi sestertii darentur pro sportula: singuli valebant decem

quadrantes, unde sportula erat centum quadrantum, Epig. 70. infra. De sportula jam dictum lib. i. Epig. 81.

4 *Nemo tamen*] Hoc est: Omnes tamen te terræ filium, seu ignobilem,

NOTÆ

et obscurissimo genere ita natum natalitiis muneribus indignum existant, quasi natus non esses, et te timant.

XXVIII.

AD JANUM.

ANNORUM, nitidique sator pulcherrime mundi,
 Publica quem primum vota precesque vocant,
 Pervius exiguos habitabas ante Penates,
 Plurima qua medium Roma terebat iter.
 Nunc tua Cæsareis cinguntur limina donis ;
 Et fora tot numeras, Jane, quot ora geris.
 At tu, sancte pater, tanto pro munere gratus,
 Ferrea perpetua claustra tuere sera.

5

O pulcherrime genitor annorum, atque orbis nitidi, qui primus celebravis publicis votis et precibus, antea pervius habebas domicilium in parvis ædibus, qua frequentes Romani faciebant medium iter. Nunc tua ostia ornantur muneribus Cæsareis, et numeras tot fora, o Jane, quot habes vultus. Sed tu, sancte parens, pro tanto dono memor custodi ferrea claustra sera perpetua.

2 Sic cod. Pulmann. *Canunt* edd. vett.—4 *Tenebat* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Annorum*] Lib. VIII. Epig. 2.
 ‘Fastorum genitor, parensque Janus,’
 &c.

2 *Publica quem*] Lib. VIII. Epig. 8.
 ‘Te primum pia thura rogent,’ &c.
 Lege Macrobius lib. I. Saturn. cap.
 9.

3 *Pervius*] Quia, ut collegit Raderus ex Servio, Jani templum quatuor portas habebat in foro transitorio, et Jani olim transitiones dictæ sunt, quod passim transeuntibus paterent. Vide Marlianius lib. IV. cap. 8. Cicero lib. II. de Natura Deorum ait: ‘Cumque in omnibus rebus vim haberent maximam prima et extrema, principem in sacrificando Janum esse

voluerunt, quod ab eundo nomen est ductum: ex quo transitiones perviæ Jani, foresque in liminibus profanarum ædium Januæ nominantur.’

5 *Nunc tua Cæsareis*] Nempe donis Domitiani et Nervæ: templum enim inchoavit Domitianus, quod Nerva absolvit.

6 *Et fora tot*] De frontibus Jani diximus lib. VIII. Epig. 2. De foris fase agit Lipsius in Admirandis lib. III. cap. 7.

8 *Ferrea perpetua*] Hoc est, nobis concilia pacem æternam. Jani enim templum tempore belli apertum, pacis tempore clausum fuit.

XXIX.

AD SEXTILIANUM.

QUAM mihi mittebas Saturni tempore lancem,
 Misisti dominæ, Sextiliane, tuæ :
 Et quam donabas dictis a Marte Kalendis,
 De nostra prasina est synthesis emta toga.
 Jam constare tibi gratis cœpere puellæ : 5
 Muneribus futuis, Sextiliane, meis.

*O Sextiliane, misisti tuæ dominæ lancem, quam mittebas mihi tempore Saturnalium; et de toga, quam mihi donabas Martiis Kalendis, emisti viridem synthesisin. Jam inchoasti conciliare tibi puellas gratuito * *.*

NOTÆ

- 1 *Saturni tempore*] Lib. iv. Epig. 46. et lib. v. Epig. 84.
 2 *Dictis a Marte*] Quibus natus erat Martialis Epig. 24. supra.
 3 *Synthesis emta*] Tuæ puellæ emisti synthesisin, vestem nempe cœnato-
 riam, lib. 11. Epig. 46.
 4 *Constare tibi gratis*] Quia muneribus, quæ ad me mittenda essent, illas tibi concilias. Cicero VII. in Verrem, 'Navis tibi constat gratis,' hoc est, navem comparasti gratis.

XXX.

DE APOLLINARIS LITTORE FORMIANO.

O TEMPERATÆ dulce Formiæ littus,
 Vos, cum severi fugit oppidum Martis,
 Et inquietas fessus exuit curas,
 Apollinaris omnibus locis præfert.
 Non ille sanctæ dulce Tibur uxoris, 5
 Nec Tusculanos, Algidosve secessus,

O temperatæ Formiæ littus amœnum, Apollinaris vos anteponit omnibus locis, cum fugit urbem rigidi Martis, et defatigatus recreat se a molestis anxietatibus. Ille non sic miratur suave Tibur conjugis pudicæ, nec Tusculanos aut Algidos se-

NOTÆ

- 1 *Formiæ*] Hoc est, quæ estis littus amœnum: Formiæ vero oppidum erat maritimum in finibus Latii versus Campaniam, ubi amœna fuit villa Apollinaris, de quo Epig. 87. lib. iv. et Epig. 26. lib. VII.
 2 *Oppidum Martis*] Romam intellige, conditam a Romulo Martis filio.
 3 *Non ille sanctæ*] Intellige villam Tiburtinam uxoris non æque gratam fuisse Apollinari.
 4 *Nec Tusculanos*] Agros scilicet Latii amœnissimos recenset, de quibus supra.

Præneste nec sic, Antiumve miratur.
 Non blanda Circe, Dardanisve Caieta
 Desiderantur, nec Marica, nec Liris,
 Nec in Lucrina lota Salmacis vena. 10
 Hic summa leni stringitur Thetis vento;
 Nec languet æquor: viva sed quies Ponti
 Pictam phaselon adjuvante fert aura;
 Sicut puellæ non amantis æstatem
 Mota salubre purpura venit frigus. 15
 Nec seta longo quærit in mari prædam,
 Sed a cubili lectuloque jactatam
 Spectatus alte lineam trahit piscis.
 Si quando Nereus sentit Æoli regnum,
 Ridet procellas tuta de suo mensa. 20

cessus, nec sic Præneste aut Antium. Nec grata Circe, aut Dardanis Caieta expectantur, nec Marica, nec Liris, nec Salmacis lota in unda Lucrina. Hic summum mare permulcetur aura suavi: nec æquor languet: at viva quies Ponti portat pictam phaselum aura adjuvante. Et salutare frigus venit sicut mota purpura puellæ non amantis calorem. Nec seta quærit prædam longe in mari, at piscis visus in profundo trahit lineam jactatam a cubiculo et lectulo. Si quando Nereus experitur potestatem Æoli, piscina segura de sua mensa irridens tempestates rhombos pascit,

~~~~~

*Apollinaris nesciunt edd. vett.—7 Autumique cod. Beverl.—15 Sic id. cod. Multa edd. vett. 'Sunt qui legant Multa, sed inepte.' Schrevel.—16 Saetam id. cod.—20 Ridens. .. sua edd. vett. sine puncto post mensa. Rides cod. Pul-*

#### NOTE

8 *Non blanda Circe]* Promontorium amœnum, Epig. 36. lib. viii.

*Dardanisve Caieta]* Quia a Trojanis, hodie *Caëta*. Virgil. Æneid. vii.

9 *Nec Marica]* Quæ Lirim, alii Lyrim, amnem Campaniæ incolebat, et regi Fauno nupsit, eique Latinum peperit. Virgil. Æneid. vii. 'Hunc [Latinum] Fauno et Nympha genitum Laurente Marica Accipimus.' Ad illius amnis ripas lucum Maricæ sacrum fuisse testatur, lib. xiiii. Epig. 82.

10 *Nec in Lucrina]* De lacu Lucrino sæpius actum, cujus aquas delicatissimas comparat Salmacis fonti, de quo

Ovidius lib. v. Met. Etenim in Lucrino non lavit Salmacis.

15 *Mota]* Hoc est, tam grata est Formiani littoris aura, ac illa quam puellæ excitant mota veste purpurea, vel flabello.

16 *Nec seta]* Lineam piscatoriam interpretare.

18 *Spectatus alte]* Hoc est in profundo, quia aqua maris illic pellucida.

19 *Si quando Nereus]* Deus maris, Nympharum pater, et pro ipso mari sumitur. Æolus rex ventorum: hoc est, si mare tempestatibus horrescit.

20 *Ridet procellas]* Quia in piscina servantur pisces.

Piscina rhombum pascit, et lupos vernas;  
 Natat ad magistrum delicata muræna.  
 Nomenculator mugilem citat notum,  
 Et adesse jussi prodeunt senes nulli.  
 Frui sed istis quando Roma permittit? 25  
 Quot Formianos imputat dies annus  
 Negotiosis rebus urbis hærenti?  
 O janitores, villicique felices!  
 Dominis parantur ista; serviunt vobis.

*et lupos vernas. Delicata muræna natat ad magistrum. Nomenculator vocat mugilem cognitum, et senes nulli accedunt jussi adesse. Sed, o Roma, quando sinis frui istis? Quot Formianos dies tribuit annus implicato operosis negotiis urbis? O vinitores, et villici beati, ista parantur dominis, serviunt vobis.*

mann.—23 *Nomendatori* cod. Beverl.—25 *Permittis* edd. vett. cum Delph. Farnab. et Barbonii: nec id ineptum censet Schrevel.—26 *Quin* cod. Beverl.—28 Sic id. cod. *Vinitores* edd. vett. et Delph. Vide Notas Variorum.

## NOTÆ

- 21 *Lupos vernas*] Pisces illic natos. ferret.  
 22 *Natat ad*] Vide Epig. 30. lib. iv. 26 *Formianos*] Serenos intellige.  
 23 *Nomenculator*] Is erat servus qui 29 *Serviunt vobis*] Quia vos soli his  
 nomina accedentium ad dominum pro- deliciis fruimini.

## XXXI.

## IN CALLIODORUM.

ADDIXTI servum nummis here mille trecentis,  
 Ut bene cœnares, Calliodore, semel:  
 Nec bene cœnasti: nullus tibi quatuor emtus  
 Librarum cœnæ pompa caputque fuit.

*O Calliodore, heri vendidisti servum mille et ducentis nummis, ut laute cœnares semel: nec laute cœnasti: nullus quatuor librarum a te emtus fuit pompa cœnæ et*

1 *Addisti* edd. vett. *Abdisti* Vat. *Addixti* cod. Pulmann. *Ducentis* edd.

## NOTÆ

- 1 *Addixti*] Addicere verbum est in tres partes, in antecœnam, ut aiunt  
 solenne in judiciis, hoc est, adjudicare interpretes, in cœnæ caput, et secundas  
 care pluris licitanti: significat etiam mensas: pompa vero et caput  
 simpliciter vendere, ut hic. cœnæ idem est.  
 4 *Cœna pompa*] Cœna dividebatur

Exclamare libet, non est hic improbe, non est 5  
Piscis: homo est: hominem, Calliodore, voras.

caput. Exclamare iuvat, O improbe, non est hoc, non est piscis, homo est. O Calliodore, exsorbes hominem.

vett.—3 Non cod. Pulmann.—6 Cenas Vat. Comes cod. Pulmann. Et quidam Ms. ut videtur, ap. Beverlandum, qui sic habet: 'Comes M.'

## NOTE

6 *Hominem voras*] Hoc est, servum quem vendidisti, ut emeres nullum.

## XXXII.

DE IMAGINE M. ANTONII, AD CÆDITIANUM.

HÆC mihi quæ colitur violis pictura, rosisque,  
Quos referat vultus, Cæditiane, rogas?  
Talis erat Marcus mediis Antonius annis  
Primus: in hoc juvenem se videt ore senex.  
Ars utinam mores, animumque effingere posset! 5  
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

O Cæciliane, quærisne quam faciem exprimat hæc pictura, quam veneror violis et rosis? Talis erat Marcus Antonius Primus florente ætate: senex se videt juvenem in hoc vultu. Utinam ars valeat exprimere mores et mentem! nulla tabella in terris esset formosior.

Marci edd. Schrevel. Maïtt. Farnab. *M. Antonii Primi* ed. Barbonii. Editor Delph. dum reliquum titulum Italice, 'Primi' Romanice inscriptum exhibet. Ad C. omittunt Ald. Junt. Colin. Ad Cæcilianum post 'Antonii' habet Ed. Par. 1617. quæ hanc scripturam amplectitur quoque in vs. 2. ita ut in illo vs. etiam Ald. Junt. Colin. sed Ms. Pulmanni Cæcidiane.—3 'Ita distinguend. non m. A. annis: Primus in hoc.' Gronov. Posteriori more pungunt edd. vett.

## NOTE

3 *Talis erat*] De quo diximus Epig. 100. lib. ix. et Epig. 23. supra, annos ejus computavit. 5 *Ars utinam*] Virtus enim, si pingi posset, vehementissimos sui amores excitaret.

## XXXIII.

AD MUNATIUM GALLUM.

SIMPLICIOR priscis, Munati Galle, Sabinis,  
Cecropium superas qui bonitate senem;

O Numati Galle, qui candidior antiquis Sabinis vincis probitate senem Atheni-



Sic tibi consoceri claros retinere Penates  
 Perpetua natæ det face casta Venus :  
 Ut tu, si viridi tinctos ærugine versus 5  
 Forte malus livor dixerit esse meos,  
 Ut facis, a nobis abigas : nec scribere quenquam  
 Talia contendas carmina, qui legitur.  
 Hunc servare modum nostri novere libelli,  
 Parcere personis, dicere de vitiis. 10

*ensem ; sic pudica Venus tibi concedat remanere in ædibus magnificis tui soceri cum perpetuo matrimonio ejus filiae : ut tu a me expellas pro tuo more, si forte improba incidia prædicarit quod carmina imbuta viridi ærugine sunt mea : et contendas ejusmodi versus non componi a quoquam qui legitur. Nostri libri sciunt servare hunc modum, ignoscere personis, carpere vitia.*

Numat. Ed. Par. 1617. Numac. Ald. Junt. Colin. Quas rationes servant ad initium Epigrammatis.—3 *Cum soc.* edd. vett. et Farnabii. Nostras sustinet partes cod. Pulmann. Videat Lector Not. Var.—6 *Lector dixeris* cod. Beverl.—7 *Stringere* codd. Pulmann. et Beverl. Consulend. Heins. ad Ov. Pont. II. 7. 33.

## NOTÆ

1 *Priscis Subinis*] Qui morum simplicitate, et animi candore excelluerunt.

2 *Cecropium senem*] Alii Socratem, alii Epicurum intelligunt.

3 *Consoc.* [*Cum soceri*] Legunt alii *consoc.* Ita explicat Raderus : Sic tibi det casta Venus perpetua face natæ, consoceri claros Penates retinere : hoc est, Venus tibi connubium natæ tuæ, cum consoceri filio initum, in ædibus generi et soceri æternum firmet, uti concordet gener, et nurus, consocerique simul vivatis. Consocer est quorum alter filium alterius filiae

in matrimonium dedit. Judicet lector.

4 *Perpetua natæ*] Nempe tuæ uxoris : hoc est, Tuum matrimonium non solvatur, at semper vivas cum tua uxore in ædibus tui soceri.

5 *Tinctos ærugine*] Quæ rubigo est : sed hic sumitur pro maledicentia, quam atrum venenum dixit lib. VII. Epig. 72. Vide etiam lib. VII. Epig. 12.

10 *Parcere personis*] A veris scilicet personarum nominibus abstinere se jam dixit Epistola libri I.

## XXXIV.

## AD CÆSAREM TRAJANUM.

Dii tibi dent quicquid, princeps Trajane, mereris,  
 Et rata perpetuo, quæ tribuere, velint :

*O princeps Trajane, Dii tibi concedant quicquid mereris, et velint semper firma*

*Cæsarem* omittunt edd. vett. et Delph. *Cæs.* edd. Schrevel. Farnab. et



Qui sua restituis spoliato jura patrono ;

Libertis exul non erit ille suis.

Dignus es, ut possis totum servare clientem :

5

Ut liceat tantum ; vera probare potes.

esse, quæ concessere : qui reddis spoliato patrono sua jura ; illi non eripientur sui liberti. *Dignus es ut possis servare totum clientem : et potes, dummodo liceat, probare veritatem.*

Maitt.—1 *Cæsar Tr.* ed. Barbonii ; et sic alii, ut videtur, legunt.—5 *Tantum* Jos. Scaliger in *Moretum* ad vs. 32.—6 Punctum nesciunt Ald. Junt. Colin. post ‘tantum.’ *Ut liceat, tantum vera* Paris. 1617. *Et (liceat tantum vera probare) potes* ed. Barbonii, et sic Scriverius. Al. legi *Ut (liceat tantum vera probare) potes*, testatur Farnab.

NOTE

3 *Qui sua*] Quæ præcipue consistunt in operis et successione libertorum : Domitianus vero patronos hoc jure spoliaverat.

4 *Libertis exul*] Exul, ut aiunt interpretes, hic sumitur pro proscripto, patrono nempe, cui cum jus succedendi in bona liberti esset ereptum, videbatur proscriptus.

5 *Totum clientem*] Hoc est, civem

Romanum integræ snæ dignitati restituere, quem vocat clientem ipsius Imperatoris.

6 *Ut liceat*] Hoc est, Potes quidem servare, dummodo possit probare esse patronum. Legunt alii, *Ut liceat tantum : vera probare potes*. Hoc est : Modo detur occasio, potes probare vera esse quæ dixi.

XXXV.

DE SULPICIA.

OMNES Sulpiciam legant puellæ,

Uni quæ cupiunt viro placere.

Omnes Sulpiciam legant mariti,

Uni qui cupiunt placere nuptæ.

Non hæc Colchidos asserit furorem,

5

Diri prandia nec refert Thyestæ ;

Scyllam, Byblida nec fuisse credit :

*Omnes virgines legant Sulpiciam, quæ volunt placere uni marito : omnes mariti legant Sulpiciam, qui volunt placere uni uxori. Hæc non agit de furore Medæ, nec narrat prandia crudelis Thyestæ, nec putat extitisse Scyllam, nec Byblida : at*

NOTE

5 *Non hæc Colchidos*] Medæ amores et scelera intelligit, quæ vera esse sane negabat Sulpicia. Vide lib. v. *Epig.* 53. ubi et de prandio Thyestæ egimus : vide etiam *Epig.* 4. supra, ubi et de Scylla dictum.

7 *Byblida*] Quæ fratris sui Canni amore arsit, et tandem in fontem conversa fuit. Sulpicia vero non credit extitisse talia monstra, quia ipsa pudica est.

Sed castos docet, et pios amores,  
 Lusur, delicias, facetiasque.  
 Cujus carmina qui bene æstimarit, 10  
 Nullam dixerit esse nequiores,  
 Nullam dixerit esse sanctiorem.  
 Tales Egeriæ jocos fuisse  
 Udo crediderim Numæ sub antro.  
 Hac condiscipula, vel hac magistra 15  
 Esses doctior et pudica, Sappho.  
 Sed tecum pariter simulque visam  
 Durus Sulpiciam Phaon amaret.  
 Frustra: namque ea nec Tonantis uxor,  
 Nec Bacchi, nec Apollinis puella 20  
 Erepto sibi viveret Caleno.

*docet puros et pios amores, jocos, delicias, et festivitates. De cujus versibus qui recte judicaverit, nullam dixerit esse castiorem. Existimaverim ejusmodi fuisse ludos Ægeriæ sub humida spelunca Numæ. Hac condiscipula, aut hoc magistra, o Sappho, esses doctior et casta. Sed durus Phaon diligeret Sulpicium tecum pariter et simul spectatam. Inutiliter: etenim illa nec uxor Jovis facta, nec Bacchi, nec puella Apollinis viveret privata Caleno suo marito.*

1. 3 *Legunt* Vat.—8 *Probos* pro *pios* cod. Beverl.—11 *Hunc* vs. recte a quibusdam additum censet Beverlandus, et consulendos vult Scaligerum in Ep. et Heraldum in Apolog. Tertulliani.—14 *Credimus* Ms. Beverl. et vs. 15. *cum discipula*, et vs. 18. *Pean.*—18. 19 ‘*Sic legend. existimo hunc l. Phaon amaret, Frustra. Namque &c.*’ Herald.

## NOTE

10 *Cujus carmina*] Post hunc versum [rectius, post vs. 11.] alii addunt istum, *Nullam dixerit esse nequiores*. Etenim lusur et delicias conjugum scripserat Sulpicia; ex quibus nequior haberi poterat; at consideratis ejus moribus, castissima judicari debuit.

13 *Ægeriæ*] Quæ fuit Numæ conjux, de qua lib. vi. Epig. 47. a qua divinitus doceri se in antro Aricino fingebat Numa. Ovidius III. Fastorum: ‘*Ægria est quæ præbet aquas,*

Dea grata Camænis: Illa Numæ conjux consiliumque fuit.’

16 *Sappho*] Poëtria celebris, de qua lib. vii. Epig. 69. quæ Phaonem perditæ amavit, a quo fuit contenta; at, inquit Poëta, Sulpiciam arsisset, nec ægre tulisset Sappho.

20 *Nec Bacchi*] Ariadne nempe: Daphne vero ab Apolline adamata. Horum omnium nota historia.

21 *Caleno*] De quo Epig. 38. infra.

## XXXVI.

IN MUNNAM.

IMPROBA Massiliæ quicquid fumaria cogunt,  
 Accipit ætatem quisquis ab igne cadus,  
 A te, Munna, venit: miseris tu mittis amicis  
 Per freta, per longas toxica sæva vias:  
 Nec facili pretio, sed quo contenta Falerni 5  
 Testa sit, aut cellis Setia cara suis.  
 Non venias quare tam longo tempore Romam,  
 Hæc puto causa tibi est, ne tua vina bibas.

O Munna, a te mittitur quicquid coacervant improba fumaria Massiliæ, et quisquis cadus maturescit impositus igni: tu mittis infelicibus amicis sæva venena per maria, et longa itinera. Nec parvo pretio, sed quo ematur testa Falerni, aut Setia cara suis cellis. Hanc, opinor, habes causam, cur tam longo tempore non venias Romam, ne potes tua vina.

In Nunnam cod. Pulm. et Nunna vs. 3. ut ed. Junt. quæ tamen exhibet In Nunnam in titulo.—1 Colant Ms. Beverl. qui sic esse legend. monet. Cogunt improbat de Rooy, et impense vult condunt.—6 Tecta carina Ms. Beverl. Toxica vina Ms. Pulmann. Tox. tecta, ni nos male ducat scriptura, in marg. nostræ Junt.—8 Hæc est causa, puto Ms. Beverl. In marg. nostræ Junt. linea ducitur sub ne tua, et fetid, i. e. f. fatida, in marg. scribitur.

## NOTE

- 1 *Improba Massiliæ*] Fumaria loca erant ubi fumo vina coquebantur. *6 Setia cara*] Hoc est, vina Setina generosa, de quibus sæpius dictum.  
 ‘*Improba*’ dixit, quia corrumpebant vinum. Vide lib. III. Epig. 81. ‘*Vel cocta fumis musta Massilianis.*’ *8 Ne tua vina*] Hoc est: Ne vina tam aspera ad nos missa nobiscum bibere tu quoque cogaris.
- 4 *Toxica sæva*] Hoc est, vina pes-

## XXXVII.

AD MATERNUM.

JURIS, et æquarum cultor sanctissime legum,  
 Veridico Latium qui regis ore forum,  
 Municipi, Materne, tuo, veterique sodali  
 Callaicum mandas si quid Oceauum;

O Materne, integerrime cultor juris, et legum justarum, qui regis Latium forum ore veridico, si quid mandas tuo municipi, atque antiquo sodali ad Oceauum Cal-

## NOTE

- 2 *Latium*] Hoc est, qui Romæ de Epig. 74. et lib. I. Epig. 97. jure respondes. *4 Callaicum*] Hoc est, Hispanum.  
 3 *Materne*] Cujus meminit lib. II. Vide Epig. 16. supra. Hic oratio

- An Laurentino turpes in littore ranas, 5  
 Et satius tenues ducere credis acos?  
 Ad sua captivum quam saxa remittere mullum,  
 Visus crit libris qui minor esse tribus?  
 Et fatuam summa cœnare pelorida mensa,  
 Quosque tegit levi cortice concha brevis? 10  
 Ostrea Baianis quam non liventia testis,  
 Quæ pueri domino non prohibente vorent?  
 Hic olidam clamosus ages in retia vulpem,  
 Mordebitque tuos sordida præda canes.  
 Illic piscoso modo vix educta profundo 15  
 Impedient lepores humida lina meos.  
 Dum loquor, ecce redit sporta piscator inani:  
 Venator capta mele superbus adest.

*laicum; an putas præstare piscari ranas turpes in littore Laurentino, et tenues acos? quam remittere ad sua saxa mullum captum, qui visus fuerit minor tribus libris? et summa mensa comedere insulsam Pelorida, et quos tegit concha brevis levi cortice? quam ostrea non invidentia Baiavis testis, quæ exsorbeant servi hero non vetante? Hic clamosus ages in retia vulpem male otentem, et fatida præda mordebit tuos canes. Illic humida lina modo vix extracta ex profundo piscoso irretient lepores meos. Dum loquor, en piscator revertitur vacua sporta: venator acce-*

4 *Ecquid* Ms. Beverl. ut et in vs. 20.—6 *Acus* Ms. Pulmann.—9 *Fatuum* Ms. Palat. et ed. Barbouii.—13 *Colchidicam* Ms. Beverl.—18 *C. matre* ed. Par. 1617. et cod. Beverl. *C. Marte* Ald. Junt. Colin. *C. marte* ed. Maitt. Vide

NOTE

deficit, nec addit Poëta quod rediturus esset in suam et Materni patriam.

5 *An Laurentino*] Quod distat ab urbe Roma decem et septem millibus passuum. Plinius Junior lib. II. Epist. 17.

6 *Acos*] Vilissimos pisces intellige.

9 *Summa mensa*] Hoc est, lautissima, inquit Domitius, cui assentit Farnabius. An ultimam intelligit Poëta, an locum forte excelsum in mensa, ubi ponerentur pisces?

*Pelorida*] Vilissimum quoque piscem: lib. VI. Epig. 11.

10 *Quosque tegit*] Inclusos conchis mitulos pisciculos intelligunt interpretes. Horatius lib. II. Sat. 4. 'Mi-

tulus, et viles pellent obstantia conchæ.'

11 *Ostrea Baianis*] Hoc est, quæ non cedunt ostreis natis in lacu Lucrino prope Baias, quæ sunt optimi saporis.

12 *Quæ domino*] In Hispaniæ littoribus ostreorum optimorum magna est copia.

13 *Hic olidam*] Dum enim a canibus urgetur vulpes, lotium emittit pessime olens, lib. IV. Epig. 4. 'Quod vulpis fuga,' &c.

16 *Lepores meos*] Quia sunt in meis agris.

17 *Sporta*] Est canistrum vimineum.

18 *Capta mele* [*marte*] Gallice, *marte*,

Omnis ab urbano venit ad mare cœna macello:

Callaicum mandas si quid ad Oceanum.

20

*dit superbus captu marte. Omnis cœna affertur ab urbano macello ad mare: si quid mandas ad oceanum Callaicum, sum profecturus.*

Not. Var.—19 *Venit mea* cod. Pulmann.

## NOTÆ

animal satis notum. Legunt alii, mustus.

*capta mele*, Gallice, *blaireau*, *chat sauvage*, *foüine*.

*Superbus*] Quasi præda optima o-

19 *Omnis ab*] In Italia pisces ex urbe ad villas etiam maritimas feruntur.

tur.

## XXXVIII.

## A D C A L E N U M.

O MOLLES tibi quindecim, Calene,

Quos cum Sulpicia tua jugales

Indulsit Deus et peregit annos:

O nox omnis et hora, quæ notata est

Caris littoris Indici lapillis!

5

O quæ prælia, quas utrimque pugnas

Felix lectulus, et lucerna vidit

Nimbus ebria Nicerotianis!

Vixisti tribus, o Calene, lustris.

Ætas hæc tibi tota computatur,

10

Et solos numeras dies mariti.

Ex illis tibi si diu rogatam

*Calene, o dulces quindecim annos quos tibi concessit et perfecit Deus cum tua Sulpicia! o nox omnis, et hora quæ signata est pretiosis lapillis littoris Indici! \* \* O Calene, vixisti tribus lustris: tu computas totam hunc ætatem, et numeras solos*

## NOTÆ

1 *O molles*] Vide Epig. 35. supra.

Epig. 55.

5 *Caris littoris*] Hoc est, gemmis in mari Indico natis. Vide lib. VIII. Epig. 45.

9 *Tribus lustris*] Hoc est, quindecim annis.

8 *Nimbus ebria*] Hoc est, madens aspersionibus odoratis quas confecerat Niceros unguentarius: lib. VI.

10 *Ætas hæc tota*] Tu existimas hos quindecim annos implevisse totam tuam ætatem.

Lucem redderet Atropos vel unam,  
Malles, quam Pyliam quater senectam.

*dies mariti. Ex illis si Atropos tibi restitueret vel unam lucem diu petitam, malles quam Pyliam quater senectam.*

## NOTÆ

14 *Malles*] Vel unum ex illis diebus ætati Nestoris, de quo lib. ix. Epig. tibi redditum præferres longævæ 30.

## XXXIX.

## IN LESBIA M.

CONSULE te Bruto quid iuras, Lesbia, natam ?  
Mentiris: nata es, Lesbia, rege Numa.  
Sic quoque mentiris: namque, ut tua sæcula narrant,  
Ficta Prometh eo diceris esse luto.

*O Lesbia, quid iuras te natam consule Bruto? Mentiris: o Lesbia, nata es rege Numa. Sic etiam mentiris: etenim ut computantur tui anni, diceris esse ficta ex luto Promethei.*

1 *Quod* Ms. Beverl.—3 '*Alii narres et noris.*' Schrevel. Hoc legit Barbouius; illud exhibet cod. Beverl. *Narrent* Ms. Pulmann.

## NOTÆ

2 *Numa*] Qui fuit secundus Romanorum rex: hoc est, antiquior es omnibus consulibus.

turpis es, ut videaris ficta fuisse ex luto Promethei, de quo lib. ix. Epig. 46. Huic simile est Epig. 67. infra,

4 *Ficta*] Hoc est, Tam annosa et et lib. i. Epig. 101.

## XL.

## AD LUPUM DE POLLA.

SEMPER cum mihi diceretur esse  
Secreto mea Polla cum cinædo:  
Irrupi, Lupe: non erat cinædus.

*De Polla nesciunt* Ald. Junt. Colin.

## NOTÆ

3 *Non erat cinædus*] Scelus videtur innuere, de quo lib. ii. Ep. 47.

## XII.

## IN PROCULEIAM.

MENSE novo Jani veterem, Proculeia, maritum

Deseris, atque jubes res sibi habere suas.

Quid, rogo, quid factum est? subiti quæ causa doloris?

Nil mihi respondes? dicam ego, Prætor erat.

Constatura fuit Megalensis purpura centum 5

Millibus, ut nimium munera parca dares:

Et populare sacrum bis millia dena tulisset.

Discidium non est hoc, Proculeia: lucrum est.

*O Proculeia, novo mense Januario discedis ab antiquo viro, et jubes habere sibi res suas. Quid, quæso, quid contigit? Quæ causa repentini doloris? Nullumne mihi das responsum? Ego dicam, Prætor erat. Purpura Megalensis fuit constatura centum millibus, quantumvis parcos exhiberes ludos: et viginti millia insumta fuissent in populari sacro. O Proculeia, hoc non est divortium: quæstus est.*

8 *Dissid.* ed. Par. 1617. et Delph. quod damnat Schrevel.

## NOTÆ

2 *Res sibi*] In repudiis comprobata sunt hæc verba, 'Tuas res tibi habeto:' item hæc, 'Tuas res tibi agito,' *Lege* 2. ff. de Divortii et Repudiis.

4 *Prætor erat*] Atque ita ornatus purpura ludos Megalenses in honorem Cybeles suis impensis exhibere debuit: cum autem pauper esset, pecuniam illi suppeditare coacta fuisset Proculeia. Megalenses vero ludi sic dicti sunt a templo Megalesio Pesinunte in urbe Phrygiæ, unde Romam advecta fuit Dea: de quibus fuse agit Ovidius lib. iv. *Fastorum*. *Lege* Rosinum lib. v. *Antiquitatum Romanarum* cap. 12. Alexander ab Alexandro *Genialium dierum* lib. vi. cap. 19. ait: Prætores et magistratus

purpurati in toga et prætexta, atque in ornatu maximo celebrarunt, nempe ludos Megalenses: quare purpura Megalensis in vulgi proverbium venit.

7 *Et populare sacrum*] Florales ludos intelligit Mernla, in quibus missio fiebat in populum ab iis qui gratiam plebis quærerent. *Persius* Sat. v. 'Vigila et cicer insere large Rixanti populo, nostra ut Floralia possint Aprici meminisse senes.' Subjungit Mernla Floralia edita fuisse *Ædilibus* arbitris. 'Popularia sacra, ut ait Labeo, quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt.' *Festus*. Ergo, addit *Raderus*, populare sacrum est generatim dictum.

## XLII.

AD DINDYUM.

TAM dubia est lanugo tibi, tam mollis, ut illam

Halitus, et soles, et levis aura terat.

Celantur simili ventura Cydonia lana,

Pollice virgineo quæ spoliata nitent.

Fortius impressi quoties tibi basia quinque,

5

Barbatus labris, Dindyme, fio tuis.

*Habes lanuginem tam dubiam, tam teneram, ut halitu, et solibus, et levi aura teratur. Ventura Cydonia teguntur simili lana, quæ resurgent nudata manu puellæ. \* \**

~~~~~  
Didmum cod. Beverl.—5 Impensi id.

NOTÆ

1 *Tam dubia*] De hoc Dindymo vide lib. v. Epig. 41. et 83.

XLIII.

AD PHILEROTEM.

SEPTIMA jam, Phileros, tibi conditur uxor in agro.

Plus nulli, Phileros, quam tibi, reddit ager.

O Phileros, jam septem uxores a te humatæ sunt in agro. O Phileros, ager nemini reddit plus quam tibi.

NOTÆ

1 *Septima*] A te nempe veneno tuarum uxorū. De agris ad sepulcrorum usum consecratis dictum lib. 1. Epig. 115. et 117.

Vide lib. ix. Epig. 16.

2 *Reddit ager*] Dotes nempe mor-

XLIV.

AD Q. OVIDIUM.

QUINTE Caledonios Ovidi visure Britannos,

Et viridem Tethyn, Oceanumque patrem :

O Quinte Ovidi aditure Caledonios Britannos, et viridem Tethyn, atque Ocea-

NOTÆ

1 *Quinte*] Cujus mentio facta est Vide lib. Spect. Epig. 7.

lib. vii. Epig. 44. qui Cæsonium a Nerone damnatum in exilium comitatus vitæ anteposuit amicitiam.

2 *Et viridem Tethyn*] Quæ sumitur pro ipso mari; illius maritum Oceanum fluviorum fontiumque patrem fingunt poëtæ.

Caledonios Britannos] Hodie *Scotos*.

Delph. et Var. Clas.

Martial.

3 B

Ergo Numæ colles, et Nomentana relinques
Otia? nec retinet rusque focusque senem?

Gaudia tu differs: at non et stamina differt

5

Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.

Præstiteris caro (quis non hoc laudet?) amico,

Ut potior vita sit tibi sancta fides.

Sed reddare tuis tandem mansure Sabinis,

Teque tuas numeres inter amicitias.

10

num patrem: igitur deseres colles Numæ, et Nomentanam quietem? Nec rus et focus retinent te senem? Interponis moram lætitiæ; sed Atropos nullam interponit staminibus, atque omnis hora notatur tibi. Probaveris caro amico, (quis non commendet hoc?) te vitæ præferre sanctam fidem. At tandem mansure restituaris tuis Sabinis: et te ipsum existimes inter tuos amicos.

NOTE

3 *Numæ colles*] Romam intelligunt alii: Sabinorum vero regionem nomentanam alii, unde oriundus Numa. De Nomentano prædio dictum lib. vii. Epig. 93. et lib. i. 106.

5 *Gaudia*] Sed, ut dixit Poëta lib. i. Epig. 16. 'Gaudia non remeant,

sed fugitiva volant.' Vide lib. iv. Epig. 54. 'Nil adicit penso Lachesis,' &c.

10 *Teque tuas*] Te enim ipsum amare debes, ut virum probum decet: hoc est, tibi ipsi tandem sis amicus.

XLV.

IN DELICATUM LECTOREM.

Si quid lene mei dicunt et dulce libelli,

Si quid honorificum pagina blanda sonat:

Hoc tu pingue putas, et costam rodere mavis,

Ilia Laurentis cum tibi demus apri.

Si quid blandum et suave est in meis libris; si tenera pagina refert quid honorificum; tu hoc existimas rude; et cum tibi apponamus ilia Laurentis apri, mavis

//////////

Deliciatum Colin. *Deliciatum* Junt. *De libellis suis* Ms. Pulmann.—1 *Pene* cod. Beverl.—3 *Hoc languere* cod. Pulmann. et *tostam* pro *costam*.

NOTE

1 *Si quid lene*] Amatorium puta, aut nuptiale.

2 *Si quid honorificum*] Si quid ad laudes spectat.

3 *Costam rodere*] Metaphora est, cujus est hic sensus: Carmen maledicum tibi potius placeret, quam tenerum et blandum.

Vaticana bibas, si delectaris aceto : 5
 Non facit ad stomachum nostra lagena tuum.

rodere costam. Potes Vaticana, si acetum placet tibi : nostra lagena non convenit tuo stomacho.

NOTE

5 *Vaticana*] Vina scilicet acerbi 6 *Nostra lagena*] Hoc est, Nostri saporis : lib. i. Epig. 19. versus tibi non conveniunt.

XLVI.

IN MATHONEM.

OMNIA vis belle, Matho, dicere : dic aliquando
 Et bene : dic neutrum : dic aliquando male.

O Matho, vis dicere omnia belle : dic aliquando et apte : dic neutrum : dic aliquando male.

NOTE

1 *Matho*] De quo lib. iv. Epig. 80. interdu[m] rhetoricæ præcepta, et nudam veritatem expone : vel, ut ait qui omnia eleganter dicere volebat. Farnabius, Interdu[m] vel potentissimo

2 *Et bene*] Hoc est, ad rem propositam. vitia exprobra, nec semper dicas omnia ad assentationem divitum.

Aliquando male] Hoc est, Neglige

XLVII.

AD JULIUM MARTIALEM.

VITAM quæ faciunt beatiorem,
 Jucundissime Martialis, hæc sunt :
 Res non parta labore, sed relicta ;
 Non ingratus ager ; focus perennis ;

O carissime Martialis, hæc sunt quæ efficiunt vitam felicior[m] : res non acquisita labore, sed relicta : ager non sterilis, focus perpetuus, is nunquam, rara loca,

//////////

Ad J. M. Filium cod. Beverl. *Ad seipsum* edd. vett. 'Hoc insigne Epigramma non apte inscribitur. Scribit enim hic et alibi Poëta noster ad

NOTE

Ad Julium Martialem] De quo epig. aut alio modo.

1. In veteri codice inscribitur *ad seipsum.* 4 *Focus perennis*] Metonymia est, et focum pro victu posuit, inquit Raderus.

3 *Sed relicta*] Testamento nempe,

Lis nunquam ; toga rara ; mens quieta ; 5
 Vires ingenuæ ; salubre corpus ;
 Prudens simplicitas ; pares amici ;
 Convictus facilis ; sine arte mensa ;
 Nox non ebria, sed soluta curis ;
 Non tristis torus, et tamen pudicus ; 10
 Somnus, qui faciat breves tenebras :
 Quod sis, esse velis, nihilque malis ;
 Summum nec metuas diem, nec optes.

tranquillus animus, vires modicæ, corpus sanum, prudens simplicitas, pares amici, facilis convictus, mensa sine arte ; nox non temulenta, sed libera anxietatibus : uxor non mæsta, attamen casta ; somnus qui faciat brevem noctem : quod sis, esse velis, et nihil malis : nec timeas ultimum diem, nec optes.

Jul. Martialem, sibi amicissimum.' *Flosculus*.—10 *Attamen* edd. vett. Nos defendit cod. Pulmann.

NOTE

5 *Toga rara*] Hoc est, rara officia urbana : clientes enim togati comitantur suos patronos.

6 *Vires ingenuæ*] Hoc est, modicæ ; nam qui viribus freti sunt, cum aliis sæpe rixantur.

7 *Pares amici*] Impares enim genere et fortuna raro mutua se complectuntur amicitia.

12 *Quod sis, esse velis*] Contentus sis tua sorte.

XLVIII.

PARAT POETA CONVIVIUM.

NUNTIAT octavam Phariæ sua turba juvençæ,
 Et pilata redit, jamque subitque cohors.

Sua turba nuntiat Phariæ juvençæ octavam, et cohors depilata revertitur, et jam

Poëta nesciunt edd. vett. Delph. et Maitt.—1 *Natura* pro *sua turba* cod. Beverl.—2 *Atque pil.* edd. Barbonii et Farnab. Nostram lect. defendit *Flosculus*, alteram Heraldus. Vide omnino Not. Var. *Redit jamque*, s. ed. Maitt. Punctum admittunt nec post 'redit,' nec post 'jamque,' Ald. Junt. Colin.—

NOTE

1 *Nuntiat octavam*] De horis dictum lib. iv. Epig. 8.

Phariæ juvençæ] Isidi, quæ Romæ colebatur sacris ex Ægypto petitis. De illa dictum lib. ii. Epig. 14. 'Assidet et cathedris mæsta juvenca tuis.' Mæsta nempe propter amissum Osirim maritum, quem diu quæsit :

hanc vero indagacionem quotidie representabant ejus sacerdotes, et absoluebant hora a meridie secunda.

2 *Et [Atque] pilata redit*] Ab indagacione scilicet redeunt calvi et depilati. Lib. vi. Epig. 56. utitur hoc verbo : 'Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto, Teque pilare tuas testi-

- Temperat hæc thermas, nimios prior hora vapores
 Halat, et immodico sexta Nerone calet.
 Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis? 5
 Septem sigma capit, sex sumus, adde Lupum.
 Exoneraturas ventrem mihi villica malvas
 Attulit, et varias, quas habet hortus, opes.
 In quibus est lactuca sedens, et sectile porrum: 10
 Nec deest ructatrix mentha, nec herba salax.
 Secta coronabunt rutatos ova lacertos,
 Et madidum thynni de sale sumen erit.

adest. Hæc temperat thermas, hora præcedens emittit nimios vapores, et sexta calet immodico Nerone. O Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, adestis. Sigma capit septem, sex sumus, adijunge Lupum. Villica mihi attulit malvas soluturas ventrem, et varias opes quas habet hortus: inter quas est lactuca sedens, et sectile porrum: nec ructatrix mentha deest, nec herba salax. Secta ova coronabunt lacertos rutatos, atque sumen erit perfusum sale thynni. Inter hæc purvus hædus rap-

3 *Nimio vapore cod. Pulmann.—6 De Rooy malit addo L. vel Septem, sigma, capis, sex sumus; adde L.—9 Recens pro sedens Ms. Beverl. Tonsile pro sect. codd. Thuan. et Pulmann. Consule Var. Not.—10 Destupratrix Vat. pro dz. r. Codicem antiquum habere stupratrix notat Calderinus. Pulmannus sic scribit: 'Et destupr. m. Sed vetusti cod. mei manifesta scriptura est, Et destupr. m. sed &c.' Vid. Var. Not. Mentu Ald. Junt. Colin.—11 Ructatos Ms. Beverl.*

NOTÆ

ficare nates.' Calvos autem fuisse Isidis sacerdotes testatur Poëta lib. XII. Epig. 29. 'Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba.' Legunt alii, *Et pilata redit*, a pilo, ferro nempe quo brachia atque humeros vuluerant illi sacerdotes. Gronovius interpretatur cohortem prætorianorum militum pilis armatorum, quæ ad palatium illo die excubias egerat. Illa igitur pilata cohors 'jamque rediit,' nempe in castra prætoriana, 'et subiit' nempe altera illius vices excipiens.

Jamque subitque] Hoc est: Jam ingreditur templum Deæ Isidis in campo Martio. Videtur unum 'que' redundare: quare dubitat Raderus num scribendum sit, *statque subitque cohors*. Nam reversi illi sacerdotes stantes Deam adorabant: lib. XII. Epig. 29. 'Inter adorantes cum ste-

tit Hermogenes.' Videat lector.

3 *Temperat hæc]* Scilicet hora octava, qua lavabant antiqui.

Prior hora] Septima nimirum.

4 *Et immodico]* Hoc est, immodice æstuantibus thermis Neronianis.

5 *Stella, Nepos]* Amici et convivæ Martialis.

6 *Sigma, capit]* Lectus erat mensæ accommodatus instar sigma literæ Græcæ: lib. XIV. Epig. 87.

7 *Malvas]* Quas molles dixit lib. III. Epig. 88. De lactucis et porris dictum lib. III. Epig. 47.

10 *Ructatrix mentha]* Quia ructum movet.

Herba salax] Erucam intelligunt interpretes, quæ libidinem excitat.

11 *Rutatos]* Hoc est, ruta herba conditos lacertos: lib. VII. Epig. 78. 'Dum saxetani ponatur cauda lacerti.'

12 *Et madidum]* Hoc est, ut ait

Gustus in his una ponetur cœnula mensa,
 Hædus, inhumani raptus ab ore lupi.
 Et, quæ non egeant ferro structoris, ofellæ, 15
 Et faba fabrorum, prototomique rudes.
 Pullus ad hæc, cœnisque tribus jam perna superstes
 Addetur: saturis mitia poma dabo.
 De Nomentana vinum sine fæce lagena,
 Quæ bis Frontino consule plena fuit. 20
 Accedent sine felle joci, nec mane timenda
 Libertas, et nil, quod tacuisse velis.
 De Prasino conviva meus, Venetoque loquatur :
 Nec facient quenquam pocula nostra reum.

tus ab ore crudelis lupi cœnula apponetur pro una mensa. Atque ofella quæ non egeant cultro structoris, et faba fabrorum, et rudes prototomi. Pullus adjungetur his, et petaso superstes tribus cœnis: apponam saturis mitia poma. Dabo vinum sine fæce de Nomentana lagena, quæ prima fuit condita Frontino iterum consule. Cavillationes permittentur sine felle, et libertas non metuenda mane, et nihil quod velis siluisse. Conviva meus loquatur de Prasino, et Veneto: nec pocula nostra constituent quenquam reum.

—12 *Tenui Vat.*—13 *Gustus in his Ms. Beverl. Gustus in his: una edd. Schrevel. et Barbonii. Parvus in his cod. Pulmann, et ed. Maitt. Parvus onyx edd. vett. 'Onyx] Hic legitur Parvus onyx: sed alius codex habet Parvus in his: et melior sententia est.' Calderinus. Ceterum consulat Lector Not. Var.*—15 *Egeat et ofella cod. Pulmann.*—17 *Cœna pro perna Ms. Beverl.*—20 *Prima pro plena edd. antiquæ.*—23 *Parrasino cod. Beverl. Consulantur Notæ Variorum.*

NOTE

Farnabius: Papillæ suis primiparæ sumen salso thynni liquore imbutum: lib. XIII. Epig. 56.

13 *Gustus [Parvus] in his] Alii, Parvus onyx. Male. Scriverius legit, Gustus in his. Et sic explicat: Priora illa in promulside et gustu: sequitur caput cœnæ, hædus, ofellæ, &c.*

Una cœnula mensa] Hoc est, hædus apponetur, qui totus una mensa comedetur.

15 *Ofellæ] Carnes sunt conditæ, concisæ, atque instar globi accumulata: sic non opus est ut illas scindat is qui ordinat et componit fercula.*

16 *Et faba fabrorum] Quibusdam herbis condita faba dicebatur fabrilis. Prototomi] Hoc est, primi caules*

qui succiduntur. Vide lib. XIV. Epig. 101.

17 *Perna superstes] Quæ nempe jam tribus cœnis inserviit.*

18 *Saturis] Hoc est, secundis mensis apponam poma.*

19 *De Nomentana] Vini Nomentani mentionem fecit lib. I. Epig. 106.*

20 *Plena [prima] fuit] Id est, vinum reconditum secundo consulatu Frontini. Legunt alii, plena fuit.*

21 *Nec mane timenda] Nullus nempe jocos nostros deferet ad Cæsarem.*

23 *De Prasino] De aurigarum factionibus dictum lib. VI. Epig. 46. periculosum vero fuit iis non favere, quibus favebant Cæsares.*

XLIX.

IN COTTAM.

CUM potes amethystinos trientes,
 Et nigro madeas Opimiano :
 Propinas modo conditum Sabinum,
 Et dicis mihi, Cotta, Vis in auro ?
 Quisquam plumbea vina vult in auro ?

5

Cum bibas trientes amethystinos, atque ebrius sis nigro Opimiano, propinas Sabinum modo reconditum: et dicis mihi, O Cotta, Vis in auro? Quisquamne vult vina plumbea in auro?

1 *Amethystino* legi vult Schrevel. et sic legit Calderinus, et Salmas. ad Solin. p. 290.

NOTÆ

1 *Amethystinos*] Hoc est, scyphos dictum lib. i. Epig. 27. Sabinum vero amethystis ornatos; vel forte respicit vinum recens pessimum erat.
 ad colorem vini. De vino Opimiano 5 *Plumbea vina*] Vilissima intellige.

L.

DE SCORPO.

FRANGAT Idumæas tristis Victoria palmas :
 Plange, Favor, sæva pectora nuda manu.
 Mutet Honor cultus, et iniquis munera flammis :
 Mitte coronatas, Gloria mæsta, comas.
 Heu facinus ! prima fraudatus, Scorpe, juventa
 Occidis, et nigros tam cito jungis equos.

5

Victoria mæsta frangat palmas Idumæas: o favor, percutite nuda pectora manu sæva. Honor mutet ornamenta; et tu, o gloria mæsta, injice coronatas comas dona iniquis flammis. Heu nefas, o Scorpe, peris privatus prima juventute, et tam velo-

2 *Reseca* cod. Beverl. et vs. 3. *det iniquis*, et vs. 4. *Mutet honoratas*, et vs. 8. *Cui fuit*.

NOTE

1 *Frangat Idumæas*] Idumæa regio res.
 est ab occidua parte Jordanis, abundans palmis, quæ sunt insignia victoria: quam Poëta hortatur, simul et favorem, et honorem, et gloriam, numina semper Scorpo propitia, ut ejus mortem defleant.
 4 *Mitte coronatas*] Suetonius cap. 84. in Julio, recenset ea quæ in mortui rogum injicerentur.
 6 *Et nigros*] Hoc est, Plutonis equos: veteres quippe existimabant eodem munere mortuos fungi apud manes, quod obiissent viventes.
 3 *Mutet honor*] In luctu enim, ut hodie, vestem mutare solebant vete-

Curribus illa tuis semper properata, brevisque,
Cur fuit et vitæ tam prope meta tuæ ?

citer jungis equos atros. Cur tam prope fuit illa meta tuæ vitæ, semper properata et brevis tuis curribus?

NOTE

8 *Et vitæ tam prope]* In circo currus vitæ metam attingere properasti? ducens ut victoriæ sæpissime, cur et

LI.

AD FAUSTINUM.

SIDERA jam Tyrius Phryxei respicit agni
Taurus, et alternum Castora fugit hyems.
Ridet ager, vestitur humus, vestitur et arbos :
Ismarium pellex Attica plorat Ityn.
Quos, Faustine, dies, qualem tibi Roma Ravennam 5
Abstulit? o soles, o tunicata quies!
O nemus, o fontes, solidumque madentis arenæ
Littus, et æquoreis splendidus Anxur aquis :

Jam Taurus Tyrius respicit sidera agni Phryxei, et hyems fugit alternum Castora. Ridet ager, terra virescit, et arbor virescit: pellex Attica deflet Ityn Ismarium. O Faustine, quibus diebus, quali Ravenna privat te Roma! O soles, o tunicata otia! o nemus, o fontes, o solidum littus madidæ arenæ, et splendidus Anxur æquo-

//////////

2 *Figit pro fugit* cod. Pulmann.—5 *Quales Ravennæ* codd. Beverl. et Bodleian. et sic cod. Pulmann. nisi quod exhibet *Ravenna*, nisi hoc mar-

NOTE

1 *Sidera jam Tyrius]* Taurus vector Europes Tyriæ, lib. II. Epig. 14. præest mensi Aprili: respicit vero arietem mensi Martio præfectum, qui vexit Hellen et Phryxum, lib. IX. Epig. 72. 'Quid meruit terror Nemees, quid portitor Helles, Ut niteant celsi lucida signa poli?'

2 *Et alternum Castora]* Geminos intellige qui Maio tribuuntur. Vide lib. V. Epig. 38. ubi de Castore et Polluce alternatim viventibus.

4 *Ismarium pellex Attica]* Hoc est, Philomela regis Atheniensium filia deflet Ityn Ismarium, id est Thracium, quem interfecit Procne Terei

uxor: lib. V. Epig. 67. Dicitur 'pellex,' quod illam Tereus Thraciæ rex stuprasset. Ovidius VI. Met.

5 *Qualem tibi]* Veris amœnitate Ravennæ frui posses, nisi Romæ esses impeditus.

6 *O tunicata quies]* In villa quippe tunica utebantur Romani, in urbe toga, quod patronos colerent togati: Epig. 47. supra: 'Lis nunquam, toga rara, mens quieta.'

7 *Madentis arenæ]* Maris nempe fluctibus.

8 *Anxur]* Vide lib. V. Epig. 1. 'Sive saluiferis candidus Anxur aquis.'

Et non unius spectator lectulus undæ,
 Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris! 10
 Sed nec Marcelli, Pompeianumque, nec illic
 Sunt triplices thermæ, nec fora juncta quater:
 Nec Capitolini summum penetrale Tonantis,
 Quæque nitent cœlo proxima templa suo.
 Dicere te lassum quoties ego credo Quirino: 15
 Quæ tua sunt, tibi habe: quæ mea, redde mihi.

reis undis, et lectulus spectator non unius aquæ, qui prospicit hinc puppes fluvii, illinc maris! at nec theatrum Marcelli, nec Pompeii, nec illic sunt triplices thermæ, nec quatuor fora, nec excelsæ ædes Jovis Capitolini, et templa quæ refulgent vicina suo cœlo. Quoties, arbitror, te defatigatum dicere Quirino, Tibi serva quæ tua sunt; restitue mihi quæ mea sunt.

gini ed. Paris. 1617. erranti sit tribuendum. Vid. Var. Not.—10 *Rates pro maris* Mss. Pulmann. et Beverl.—12 *Victa pro juncta* cod. posterior.

NOTÆ

9 *Et non unius*] Sensus est: Ex ipso lectulo, vel cubiculari, vel triclinari licet prospicere hinc mare, illinc flumen.

11 *Sed nec Marcelli*] Theatrum ab Augusto excitatum Marcelli Octaviæ suæ sororis filii gratia. Lege Marlianum lib. vi. cap. 2. De theatro Pompeii jam dictum Epig. 9. lib. vi.

12 *Sunt triplices thermæ*] Hoc est, thermæ Agrippinæ, Neronianæ, et Titianæ. Alii intelligunt tres cellas

in thermis, frigidariam nempe, tepidariam, et caldariam; de quibus Plinius Epist. 6. lib. v.

12 *Nec fora juncta*] De quatuor foris fuse agit Lipsius in Admirandis lib. III. cap. 7.

14 *Quæque nitent*] Hoc est, templa Flavii gentis: Epig. 2. et 4. lib. IX.

15 *Quirino*] Conditorem urbis pro ipsa urbe ponit: hoc est, O Roma, serva tibi tuos honores, et permitte ut fruatur meis villis.

LII.

DE SPADONE.

THELIN viderat in toga spadonem,
 Damnatam Numa dixit esse mœcham.

Numa spectaverat Thelin spadonem in toga, dixit esse adulteram damnatam.

1 *Thelinus deerat in loco sp.* cod. Beverl.

NOTÆ

2 *Damnatam*] Matronæ enim adulterii damnatæ non probabant in publicum nisi togatæ, Epig. 39. lib. II. ut dignoscerentur a stolis.

LIII.

EPITAPHIUM SCORPI.

ILLE ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi,
 Plausus, Roma, tui, deliciæque breves:
 Invida quem Lachesis raptum trieteride nona,
 Dum numerat palmas, credidit esse senem.

O Roma, ego sum ille Scorpus, decus clamosi Circi, plausus tui, et deliciæ breves, quem raptum nona trieteride invida Lachesis putavit esse vetulum, dum numerat victorias.

Hoc Epigramma collocat ed. Barbouii post Ep. 50. *Ejusdem Epitaphium est titulus, quem dat illa Parisiana editio nostro Epigrammati.*—3 *Laceris* Ms. Beverl.

NOTÆ

1 *Ille ego*] Vide Epig. 50. supra. enim triennium est: Epig. 38. lib. vi.
 3 *Trieteride nona*] Hoc est, natum 4 *Dum numerat palmas*] Quas in Circo plurimas reportavit Scorpus, viginti et septem annis: trieteris

LIV.

IN OLUM.

MENSAS, Ole, bonas ponis: sed ponis opertas.
 Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

Ole, apponis bonos cibos; at apponis tectos. Ineptum est: hoc modo possum ego habere lautos.

NOTÆ

1 *Mensas*] Olus laudabat cibos quos illum irridet Poëta: sic enim posse apponebat, sed ita tectos ut a convivis sumi nequirent, unde festive se lautum esse jocatur.

LV.

IN MARULLAM.

ARRECTUM quoties Marulla penem
 Pensavit digitis, diuque mensa est,
 Libras, scriptula, sextulasque dicit.

3 *Scrupula* edd. vett. Nostram lect. dat Ms. Pulmann.

NOTÆ

3 *Sextulas*] Sextula est sexta pars — tam accurate pensaret, et metirentur, &c.
 cit libidinosæ Marullæ manum, quæ

Idem post opus, et suas palæstras,
Loro cum similis jacet remisso,
Quanto sit levior Marulla dicit.
Non ergo est manus ista, sed statera.

5

LVI.

IN GALLUM.

TOTIS, Galle, jubes tibi me servire diebus,
Et per Aventinum ter quater ire tuum.
Eximit, aut reficit dentem Cascellius ægrum:
Infestos oculis uris, Higine, pilos.
Non secat, et tollit stillantem Fannius uvam:
Tristia servorum stigmata delet Eros.
Enterocelarum fertur Podalirius Hermes:
Qui sanet ruptos, dic mihi, Galle, quis est?

5

O Galle, imperas me tibi famulari totis diebus, atque ire ter et quater per tuum Aventinum. Cascellius evellit, aut curat dentem ægrum. O Higine, uris pilos noxios oculis. Fannius non scindit, et tamen aufert uvam stillantem: Heros delet tristia stigmata servorum. Hermes dicitur Podalirius herniarum. O Galle, dic mihi, quis curet ruptos?

2 'Ita scripsisse Martialem credat, quicumque volet; non ego: sed ab ejus manu fuisse vix dubito ire lutum.' De Rooy.—4 *Oris Yene* cod. Beverl. *Hegine* edd. Maitt. Barb.—6 *Saxorum* et *Heros* edd. vett. *Saxonum* et *Hero* cod. Beverl.

NOTE

2 *Et per Aventinum*] Montem rum, cum intestina in scrotum delabuntur.

3 *Cascellius*] Chirurgus.

4 *Higine*] Qui oculorum morbo medebatur. Scribunt alii, *Higyne*, alii, *Hegine*.

5 *Stillantem uvam*] Tuberculum nempe in faucibus a similitudine uvæ sic dictum. Celsus lib. v. cap. 14.

6 *Servorum stigmata*] Vide Epig. 64. lib. vi. 'Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.'

7 *Enterocelarum*] Hoc est, hernia-

Podalirius] Frater Machaonis, et Æsculapii filius, hic sumitur pro medico: hoc est, Hermes curat hernias.

8 *Qui sanet ruptos*] Non herniosos intelligit, sed officiis patronorum defatigatos, et quorum vestes sunt attritæ et laceræ: quasi diceret, Omni morborum generi remedium quidem invenitur; at clientibus defatigatis et laceris nullus patronus fert opem.

LVII.

AD SEXTUM.

ARGENTI libram mittebas: facta selibra est,
Sed piperis: tanti non emo, Sexte, piper.

Mittebas libram argenti; redacta est ad selibram, at piperis. O Sexte, non emo tanti piper.

NOTÆ

1 *Argenti*] O Sexte, cum antea tantum dimidiam libram, et quidem mitteres libram argenti, jam mittis piperis.

LVIII.

AD FRONTINUM.

ANXURIS æquorei placidos, Frontine, recessus,
Et propius Baias, littoreamque domum,
Et quod inhumanæ Cancro fervente cicadæ
Non novere nemus, flumineosque lacus,
Dum colui, doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas: nunc nos maxima Roma terit.
Hic mihi quando dies meus est? jactamur in alto
Urbis, et in sterili vita labore perit;

5

Dum colui tranquillos recessus maritimi Anxuris, et propius Baias, et domum littoream, et flumineos lacus, et nemus, quod non novere inhumanæ cicadæ Cancro fervente, licebat tecum celebrare doctas Pieridas: nunc maxima Roma consumit nos. Hic quando fruor die? Jactamur in altis urbis fluctibus, et vita consumitur

NOTE

1 *Anxuris æquorei*] Vide Epig. 51. supra, et Epig. 1. lib. v.

2 *Et propius Baias*] Colui nempe recessus. *Littoream domum*] Palatia intellige Baiis ad mare posita.

3 *Et quod*] Sylvam, et agrum Rheginum, de quo Plinius lib. 11. cap. 27. 'At in Rhegino silent omnes cicadæ, ultra flumen in Locrensi canunt.' *Cancro fervente*] Hoc est, mense Julio.

4 *Flumineosque lacus*] Alicem amnem intelligit Raderus ex Leandro, in magna Græcia, ubi Locri et Rhe-

gium.

7 *Dies meus est*] Legunt alii sine interrogatione, et hunc accommodant sensum: Quando liber sum ab officiis patronorum, habito in alta semita, nempe in monte Quirinali, &c. Videat lector. Illa interpretatio minus bona mihi videtur. *Jactamur in alto*] Metaphora est. Sensus est: Officiis, curis, et negotiis occupamur, et vita consumitur in officiis præstandis, ex quibus nullum fructum percipimus.

Dura suburbani dum jugera pascimus agri,
 Vicinosque tibi, sancte Quirine, Lares. 10
 Sed non solus amat, qui nocte dieque frequentat
 Limina; nec vatem talia damna decent.
 Per veneranda mihi Musarum sacra, per omnes
 Juro Deos, et non officiosus amo.

in sterili labore; dum colimus sicca jugera agri suburbani, atque ædes vicinas tibi, o sancte Quirine. Sed non ille solus amat, qui terit limina die et nocte: talia incommoda non conveniunt poetæ. Juro per sacra Musarum mihi veneranda, et per Deos omnes, amo licet non obsequiosus.

NOTÆ

- 9 *Dura suburbani*] Infra Epig. 72. Quia qualiacumque leguntur Ista salutator scribere non potuit.
 10 *Vicinosque tibi*] Nempe in monte Quirinali. 14 *Et non officiosus*] Hoc est: Licet quotidie domum tuam non adeam salutem tibi dicturus, tamen te amo.
 12 *Nec vatem*] Epig. 71. lib. 1. 'Si dicit [Proculus nempe] Quare non tamen ipse venit? Sic licet excuses,

LIX.

IN DELICATUM LECTOREM.

CONSUMTA est uno si lemmate pagina, transis,
 Et breviora tibi, non meliora placent.
 Dives, et ex omni posita est instructa macello
 Cœna tibi, sed te mattea sola juvant.

Si unum lemma implevit paginam, transis, et amas breviora, non meliora. Cœna tibi apposita est dives, atque ornata ex omni macello, sed solæ cupediæ tibi pla-

4 *Mactya* Turneb. xxii. 6. *Mactea* edd. Farnab. Barb. *Mattya* Ald. Junt. Colin. Maitt. et sic legit Georgius. *Mattya juvat* Delph. *Juvat* ed. Schrevel.

NOTÆ

- 1 *Uno si*] Lemma est breve orationis vel poematis argumentum, seu inscriptio et titulus: l. xiv. Epig. 2. Sumitur hic pro ipso Epigrammate: hoc est, si unum Epigramma tam longum sit, ut impleat totam paginam.
 3 *Dives, et ex omni*] Sua Epigrammata comparat cœnæ lautæ et instructæ ex omni ciborum genere.
 4 *Sed te mattea*] Suetonius in Ca. lig. cap. 38. 'Et multis macteas venenatas misit.' Sunt autem macteæ, cupediæ, et jucunda edulia; unde forte legendum *mactea*, non *mattya*: Græce tamen *ματτὴν* dicitur: et cibi genus est delicatissimi, et omnia pretiosa edulia significari hoc nomine scribit Athenæus lib. xiv. Vetus codex habet *mattya sola juvant*.

Non opus est nobis nimium lectore guloso.
Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

5

cent. Non indigemus lectore nimium guloso: hunc volo, qui saturetur non sine pane.

—6 *Pene* ed. Par. 1617. ‘*Pene* cod. pro cauda s. fine. Hinc ‘offa penita’ ap. Festum et alios.’ *Beverland*. Consulendæ sunt Not. Var.

NOTÆ

5 *Non opus est*] Eandem continuat bus carminibus. Sic conviva placet, metaphoram. Sensus est: Mihi pla- qui non solis cupediis expleri vult, cet lector ille, qui non solis jocis et sed pane etiam vescitur. nugis, sed delectatur etiam gravi-

LX.

DE MUNNA.

JURA trium petiit a Cæsare discipulorum,
Assuetus semper Munna docere duos.

Munna petiit a Cæsare jus trium discipulorum, solitus docere duos.

Nunna cod. Pulmann. in titulo et in Epigrammate.

NOTÆ

1 *Jus trium*] Jocus petitur a jure trium liberorum, de quo Epig. 91. et 92. l. II.

LXI.

EPITAPHIUM EROTII.

Hic festinata requiescit Erotion umbra,
Crimine quam fati sexta peremit hyems.
Quisquis eris nostri post me regnator agelli,
Manibus exiguis annua justa dato.

Hic jacet Erotium morte immatura, quam interfecit sexta hyems crimine fati. O tu, quisquis possidebis nostrum agellum post me, fac anniversaria sacra manibus

2 ‘*Peregit hyems*. Ita Scriverius edidit pro vulgato *peremit*: recte. Sic sup. lib. v. Epig. 37. de eadem Erotio: ‘Quam pessimorum &c. Sexta peregit hyeme.’ Lib. VII. Epig. 47. ‘Jamque peractus eras.’ Consul. et Burm. ad Valer. Flacc. I. 146.’ *Ant. de Rooy*.

NOTÆ

1 *Requiescit Erotion*] De qua puella teriit.
dictum Epig. 34. et 37. lib. v. quæ 4 *Manibus exiguis*] Hoc est, um-
bræ Erotii puellæ: lib. v. epig. 34.

Sic Lare perpetuo, sic turba sospite, solus 5
Flebilis in terra sit lapis iste tua.

exiguus. Sic Lare perpetuo, sic tota familia salva, habeas unum hunc lapidem flebilem in tua terra.

NOTE

5 *Sic Lare perpetuo*] Sic agenti perpetua, in qua nimirum nullus salva tibi sit atque incolumis familiarum moriatur. Sic Epig. 28. lib. vi. 'Qui fles talia, nil fleas, viator.'

LXII.

AD MAGISTRUM LUDI.

LUDI magister, parce simplici turbæ :
Sic te frequentes audiant capillati,
Et delicatæ diligit chorus mensæ :
Nec calculator, nec notarius velox
Majore quisquam circulo coronetur. 5
Albæ leone flammeo calent luces,
Tostamque fervens Julius coquit messem.
Cirrata loris horridis Scythæ pellis,

O magister ludi, ignosce simplici turbæ: sic frequentes capillati audiant te, et chorus delicatæ mensæ amet te: nec quisquam calculator, nec notarius velox cingatur majore corona. Dies nitidi calent leone igneo, et Julius fervens maturat segetem tostam. Et scutica Scythicæ pellis loris horrendis, qua verberatus est Marsyas

3 Lips. 1. Ep. 5. quæst. legit *Chorus Musæ*, et exponit pueros deditos Musis. Sic etiam legend. censet Dempst.—8 Alii legunt *Scuticaque loris*, ut Ald. Junt. Colin. Langii, Delph. Farnab. Nostram lect. exhibent edd. Barbonii, Schrev. Maitt.

NOTE

2 *Capillati*] Romani enim pueri comas alebant, donec pubescerent genæ.

3 *Chorus mensæ*] Hoc est, Ameris a delicatis tuis discipulis, qui circum mensam tibi assident. Legunt alii, *chorus Musæ*; atque interpretantur pueros deditos Musis. Prior lectio mihi melior videtur, ut sequentes versus docent.

4 *Nec calculator*] Qui arithmeticam docet; notarius vero is est, qui notis quibusdam dicentis verba bre-

viter excipere docet. Lib. xiv. epig. 208. de Notario: 'Currant verba licet, manus est velocior illis: Nondum lingua suum, dextra peregit opus.'

5 *Cirrata* [*Scuticaque*] Flagellum ex loris corii. *Scythæ pellis*, hoc est, Scythicæ: Scythæ vero ex pellibus conficiebant scuticas, quibus servos delinquentes castigarent. Legunt alii, *Cirrata loris horridis Scythæ pellis, &c.* *Cirrata pellis, &c.* ipsa est scutica multorum lororum, &c. 'Marsyas'

Qua vapulavit Marsyas Celenæus,
 Ferulæque tristes, sceptrâ pædagogorum, 10
 Cessent, et Idus dormiant in Octobres :
 Æstate pueri si valent, satis discunt.

Celenæus, et graves ferulæ, sceptrâ pædagogorum, cessent, et dormiant in Idus Octobris: si pueri valent æstate, satis discunt.

NOTÆ

autem ad Celænas oppidum Phrygiæ canens tibia victus est ab Apolline, et castigatus. Ovidius lib. vi. Metam. de Marsya sic canit: 'Ah piget, ah non est, clamabat, tibia

tanti: Clamanti cutis est summus direpta per artus.'

11 *Et Idus*] Quibus remissus erit calor.

LXIII.

EPITAPHIUM NOBILIS MATRONÆ.

MARMORA parva quidem, sed non cessura, viator,
 Mausoli saxis Pyramidumque legis.
 Bis mea Romano spectata est vita Terento,
 Et nihil extremos perdidit ante rogos.
 Quinque dedit pueros, totidem mihi Juno puellas : 5
 Clauserunt omnes lumina nostra manus.

O viator, marmora quidem parva sunt, sed leges non cessura saxis Mausoli et Pyramidum. Mea vita bis visa est Terento Romano, et nihil amisit ante extremos rogos. Juno mihi concessit quinque pueros, et totidem puellas: omnes illorum ma-

2 Dorleans legend. censet: *Pyramidumque jugis. Alii leges.*—3 Lipsius legit *vitta*, et refert ad conjugium, hoc est, binos sæculares, inquit, vidi nupta.

NOTÆ

1 *Marmora*] Sensus est: Parvum quidem spectabis marmoreum tumulum, sed facta leges æternæ memoriæ consecrata.

2 *Mausoli saxis*] Vide Epig. 1. lib. Spect.

3 *Bis mea Romano*] Hoc est, ut interpretatur Raderus ex Politiano, Bis ludis sæcularibus interfui, Claudii Imperatoris, qui sunt celebrati ab urbe condita 800. annis, et Domitiani, ab urbe condita 841. Suetonius in Claudio cap. 21. 'Fecit et sæculares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reservatos,' &c. In Domitiano vero cap. 4. 'Fecit et

ludos sæculares, computata ratione temporum, ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat,' 'Terentus' autem, de quo Epig. 70. lib. 1. locus erat in campo Martio insignis templo Ditis, ad cujus aram ludis sæcularibus immolabantur victimæ. Perobscurus mihi videtur hic locus.

4 *Et nihil extremos*] Hoc est, Ad mortem usque felix fui.

5 *Juno*] Quæ præsidet puerperiiis.

6 *Clauserunt*] Hoc est: Omnes liberi superstites mihi clauserunt oculos, quod fuit propinquorum officium.

Contigit et thalami mihi gloria rara, fuitque
Una pudicitiae mentula nota meae.

nus clausurunt nostros oculos. Et mihi contigit rarum decus thalami, et habui unicum maritum.

LXIV.

AD POLLAM.

CONTIGERIS regina meos si Polla libellos,
Non tetrica nostros excipe fronte jocos.
Ille tuus vates, Heliconis gloria nostri,
Pieria caneret cum fera bella tuba,
Non tamen erubuit lascivo dicere versu,
Si nec pædicor, Cotta, quid hic facio ?

5

*O Polla dives, si forte contigeris meos libros, ne excipias nostros ludos vultu severo. Ille tuus poeta decus nostri Heliconis, cum caneret seava bella tuba Pieria, nihilominus non erubuit dicere lascivo versu, **.*

~~~~~

1 *Si forte libellos legit Palat.*

## NOTE

1 *Polla*] De qua et Lucano dictum Epig. 21. et 22. lib. VII. Reginam vocat eo sensu, quo clientes suos patronos appellabant reges.

3 *Heliconis nostri*] Hoc est, Latinae poëseos decus.

4 *Fera bella*] Civilia scilicet inter Pompeium et Julium Cæsarem.

## LXV.

IN CARMENIONEM.

CUM te municipem Corinthiorum  
Jactes, Carmenion, negante nullo,  
Cur frater tibi dicor, ex Iberis,  
Et Celtis genitus, Tagique civis ?

*O Carmenion, cum te prædices municipem Corinthiorum nemine quidem negante, cur appellas fratrem me genitum ex Celtiberis, et civem Tagi? An videmur*

## NOTE

1 *Municipem*] Gellius lib. XVI. cap. 13. fuse explicat quid sit municipium, et quomodo differat a colonia: Corinthii vero molles, et voluptatibus dediti.

2 *Negante nullo*] Cum perditum tuum mores te Corinthium probent.

4 *Et Celtis genitus*] Vide Epig. 62. lib. I. 'Nec me tacebit Bilbilis.'

*Delph. et Var. Clas.**Martial.*

3 C



|                                                                                                                                                                                    |    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| An vultu similes videmur esse ?                                                                                                                                                    | 5  |
| Tu flexa nitidus coma vagaris ;<br>Hispanis ego contumax capillis.<br>Levis dropace tu quotidiano :<br>Hirsutis ego cruribus, genisque.<br>Os blæsum tibi, debilisque lingua est : | 10 |
| Nobis filia fortius loquetur.<br>Tam dispar aquilæ columba non est,<br>Nec dorcas rigido fugax leoni.<br>Quare desine me vocare fratrem,<br>Ne te, Carmenion, vocem sororem.       | 15 |

*esse similes vultu? tu cultus vagaris calamistratis capillis: ego horridus Hispanis capillis. Tu politus dropace quotidiano: ego sum hispidis cruribus, et genis. Tu habes os blæsum, et linguam debilem; mea filia habet vocem magis virilem. Columba non est tam dissimilis aquilæ, nec dorcas fugax sævo leoni. Quamobrem cessa appellare me fratrem, ne te, o Carmenion, appellem sororem.*

11 Dorleans legend. censet *Non nobis lea fortius loquetur.* Ponit 'loqui' pro rugire: nam rugitus vox et loquela leonis.

#### NOTÆ

7 *Ego contumax*] Hic sumitur pro horrido et inculto, alias pro superbo: in bonam quoque partem sumitur pro constanti, et pro eo qui flecti nequit. Quo ultimo sensu capilli Martialis erant contumaces, seu inculti et horridi, quod flecti nequirent.

8 *Levis dropace*] De quo Epig. 73. lib. III. fuit unguenti genus quo utebantur effæminati ad evellendos pilos.

10 *Os blæsum*] Quo vitio ut plurimum laborant molliores, et pin-

guiores.

11 *Nobis filia*] Hunc versum interpretatus sum ut alii. Judicet lector. Alii, *Non nobis lea fortius loquetur.* id est, rugiet.

13 *Dorcas*] Quæ inter sylvestres capras numeratur.

14 *Me vocare fratrem*] Hoc est, mollem et effæminatam: quo sensu sæpe reperitur apud Petronium.

15 *Sororem*] Tu enim magis fæmina, quam vir videris.

### LXVI.

#### DE THEOPOMPO.

QUIS, rogo, tam durus, quis tam fuit ille superbus,  
Qui jussit fieri te, Theopompe, cocum ?

O *Theopompe, quis, quæso, tam inhumanus, quis fuit ille tam arrogans qui impe-*

Hanc aliquis faciem nigra violare culina  
 Sustinet? has uncto polluit igne comas?  
 Quis potius cyathos, aut quis crystallam tenebit? 5  
 Qua sapient melius mixta Falerna manu?  
 Si tam sidereos manet exitus iste ministros,  
 Jupiter utatur jam Ganymede coco.

*ravit te fieri cocum? Aliquisne potest fodare hunc cultum nigra culina? An inquinat hos capillos manu uncta? Quis elegantius tenebit cyathos, aut quis crystallam? Qua manu melius sapient mixta Falerna? Si servi tam formosi nanciscuntur hunc eventum, Jupiter utatur jam Ganymede coco.*

3 *Coquina* Mss. quod legend. censet Beverland.—4 *Polluit ungue* in Ald. Junt. Colin. Farnab. Langii, Delph. *Igne* exhibent Maitt. Barbou. quod etiam Grut. legit ex Palat. Alii *uncto polligine*.

## NOTE

4 *Polluit igne*] Culinæ scilicet. Epig. 37. lib. IX.  
 7 *Sidereos*] Hoc est, pulchros. Vide

## LXVII.

## EPITAPHIUM VETULÆ.

PYRRHÆ filia, Nestoris noverca,  
 Quam vidit Niobe puella canam,  
 Laërtes aviam senex vocavit,  
 Nutricem Priamus, socrum Thyestes;  
 Jam cornicibus omnibus superstes, 5  
 Hoc tandem sita prurit in sepulcro  
 Calvo Plotia cum Melanthis.

*Filia Pyrrhæ, noverca Nestoris, quam canam vidit Niobe puella, Laërtes senex appellavit aviam, Priamus nutricem, Thyestes socrum, jam superstes omnibus cornicibus, Plotia prurit tandem jacens in hoc sepulcro cum calvo Melanthis.*

## NOTE

1 *Pyrrhæ filia*] Epig. 39. supra, quod est etiam in vetulam: Pyrrha vero Dencalionis uxor fuit, cujus historia satis nota, sicut et eorum omnium quorum hic mentionem facit Poëta.

5 *Jam cornicibus*] Hyperbolen continet Poëta: cornices diutissime vivunt. Plinius lib. VII. cap. 48.

6 *Prurit*] Vetulam tam libidinosam fuisse dicit, ut etiam mortua pruriat.

## LXVIII.

IN LÆLIAM.

CUM tibi non Ephesos, nec sit Rhodos, aut Mitylene,

Sed domus in vico, Lælia, patricio;

Deque coloratis nunquam lita mater Etruscis,

Durus Aricina de regione pater;

Ζωή καὶ ψυχὴ lascivum congeris usque,

5

Pro pudor! Hersiliæ civis, et Egeriæ.

Lectulus has voces, nec lectulus audiat omnis;

Sed quem lascivo stravit amica viro.

Scire cupis quo casta modo matrona loquaris:

Numquid cum crissas, blandior esse potes?

10

Tu licet ediscas totam, referasque Corinthon,

Non tamen omnino, Lælia, Lais eris.

5 Gronovius ex Thuanæo cod. colligit Martialem scripsisse *Κύριέ μου, μέλι μου, ψυχὴ μου congeris usque.*—12 In edd. vett. *Thais*: sed Gruticus legend. censet *Lais*, quod probat Schrev.

## NOTE

1 *Cum tibi, &c.*] Cum non sis ex aliqua insula vel parte Græciæ oriunda, sed media nata Roma. Vide Sat. vi. Juvenalis a versu 186. unde huic lux et fortassis ingenium.

3 *Deque coloratis, &c.*] Et mater tua ex Etruria, nunquam fucata, imo sole offuscata. *Nunquam lita*] Lini autem moris erat istos delicatos, vel ad candorem nitoremque cutis conciliandum, vel ne cito barbati essent. ‘Coloratos’ vero ‘Etruscos’ vocat ἠλιοκαύστους, et mulierem nunquam litam, quæ faciem medicamentis nunquam induxerit, ad candorem servandum et solem cuti defendendum, ne coloraretur. Hujusmodi autem medicamina, quæ præstabant, ne sole facies læderetur, θερινὰ προφυλακτικὰ προσώπων vocabantur, eaque omnia erant ἐπίχριστα. Salmasius.

4 *Aricina, &c.*] Aricia oppidum Latii, ad cujus clivum sedebant mendicii.

5 *Ζωὴ καὶ ψυχὴ, &c.*] Vide vers. 195. Sat. vi. Juven. et quæ nos ad illum.

Gronovius valde extollit Thuanæi codicis præstantiam, et scriptorem ejus fidelem asserit; ut quæ non assecutus fuerit, imitatione tamen characterum expresserit; et cum cetera minutis literis exarata sint, hunc unum versum majusculis expresserit: KURIE MU MELI MU PSICI MU CONGERIS USQUE.

Hinc colligit Martialem scripsisse, *Κύριέ μου, μέλι μου, ψυχὴ μου, congeris usque.* Agnoscis enim amatoria vocabula Græcis et Latinis satis familiaria.

6 *Hersiliæ civis, &c.*] Tu Romana. Hersilia autem Romulo cessit conjux e Sabinis raptis una. De Ægeria supra Epig. 35. vers. 13.

10 *Crissas, &c.*] Κηκλίζη, quod in maribus ‘cevere’ dicitur.

11 *Corinthon*] Linguam Græcam: vel magis proprie blanditias et sermones nequam Corinthi, unde Lais.

12 *Non tamen omnino, &c.*] Nunquam tamen ex deformi et blanda

## NOTÆ

Lælia fies pulchra et elegans Lais. censet, *Lais*, recte.  
Hinc pro *Thais* Gruterus legendum

## LXIX.

## DE POLLÆ.

CUSTODES das, Polla, viro ; non accipis ipsa.  
Hoc est uxorem ducere, Polla, virum.

O *Polla*, das custodes marito, ipsa vero non accipis : o *Polla*, hoc est virum nubere uxori.

1 Non pro *nec* habet cod. Pulman.

## NOTÆ

1 *Das Polla*] Alia sane est a *Polla* violas.  
uxore Lucani, de qua Epig. 64. supra. *Hoc est uxorem*] Hoc non est nubere viro, sed potius virum nubere uxori, seu servire, Epig. 12. lib. viii.  
*Nec accipis ipsa*] Atque ita tu non observata promissam marito fidem

## LXX.

## AD POTITUM.

QUOD mihi vix unus toto liber exeat anno,  
Desidiæ tibi sum, docte Potite, reus.  
Justius at quanto mirere, quod exeat unus,  
Labantur toti cum mihi sæpe dies.  
Nunc resalutantes video nocturnus amicos,  
Gratulor et multis ; nemo, Potite, mihi.

5

O erudite Potite, tu me accusas inertiae, quod toto anno vix edam unum librum. Sed quanto æquius mirere, quod edam unum, cum sæpe integri dies fluant mihi nihil scribenti. Nunc nocturnus specto resalutantes amicos, gratulor et multis, nul-

## NOTÆ

5 *Nunc resalutantes*] Quos mane salutaverat Poëta, et quibus dixerat ave, vesperi pro more Romanorum illum resalutabant, ipsique vale dicebant.

6 *Gratulor et multis*] Aut adeptis honores, aut meliorem fortunam nactus ; at nullas mihi gratulatur, utpote qui nihil gratulatione dignum adipiscar.

Nunc ad luciferam signat mea gemina Dianam :

Nunc me prima sibi, nunc sibi quinta rapit.

Nunc consul, prætorve tenet, reducesque choreæ :

Auditur toto sæpe poëta die.

10

Sed nec causidico possis impune negare,

Nec si te rhetor, grammaticusve rogent :

Balnea post decimam lasso, centumque petuntur

Quadrantes. Fiet quando, Potite, liber ?

*lus vero mihi, o Potite. Nunc mea gemma signat ad luciferam Dianam, nunc prima hora me rapit, nunc quinta. Nunc Consul aut Prætor moratur, aut reduces choreæ: sæpe poëta auditur solido die. Sed nec tuto possis negare causidico, nec si rhetor aut grammaticus te rogent: post decimam defatigatus peto balnea, et centum quadrantes. O Potite, quando componetur liber?*

## NOTÆ

7 *Nunc ad*] Ego rogatus annuli mei gemma signo testamenta, aut alias tabulas, in monte Aventino, quæ Lucina sen Diana colitur, quæ Lucifera dicitur, quod nascentibus præsit, vel quod illic una cum Lucifero coleretur, ut ait Domitius.

8 *Nunc me prima*] De horis dictum Epig. 8. lib. iv.

9 *Nunc consul*] Quem comitor, et domum deduco. Vel intellige causas forenses et judicia, quibus aliquando forte occupabatur Poëta.

*Reducesque choreæ*] An reducentium patronos? An sacerdotum Isi-

dis, ut supra Epig. 48.? An histriorum vel saltatricularum? Sic Farnabius.

10 *Auditur sæpe*] Juvenalis Sat. i. 'Semper ego auditor tantum,' &c.

11 *Nec causidico*] Causidici, ut et rhetores et grammatici, recitabant. Plinius lib. v. Epist. 3.

13 *Balnea post*] Cum tamen hora octava aut nona lavare solerent Romani; sed Martialis negotiis et officiis urbanis impeditus non lavabat nisi decima, qua et sportulam petebat: Epig. 60. lib. i. 'Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum.'

## LXXI.

## DE RABIRIO.

QUISQUIS læta tuis et sera parentibus optas

Fata, brevem titulum marmoris hujus ama.

Condidit hac caras tellure Rabirius umbras :

Nulli sorte jacent candidiore senes.

*Tu quisquis optas felicem et tardam mortem tuis parentibus, dilige brevem inscriptionem hujus marmoris. Rabirius condidit hac tellure caras umbras; nulli*

## NOTÆ

3 *Rabirius*] Domitiani architectus, de quo Epig. 56. lib. vii.

Bis sex lustra tori nox mitis et ultima clusit, 5  
 Arserunt uno funera bina rogo.  
 Hos tamen ut primis raptos sibi quærit in annis :  
 Improbius nihil his fletibus esse potest.

*senes requiescunt sorte feliciore. Nox blanda et ultima terminavit duodecim lustra tori nuptialis, et duo funera cremata sunt uno rogo. Nihilominus Rabirius quærit hos ut raptos sibi in primis annis: nihil potest esse improbius istis lacrymis.*

NOTÆ

5 *Bis sex lustra*] Sexaginta annos. mati sunt.  
 6 *Funera bina*] Pater et mater 8 *Improbius nihil*] Cum defleat pa-  
 eadem nocte mortui, et simul cre- rentes longa felicique vita functos

LXXII.

ADULATORIUM DE CÆSARE TRAJANO.

FRUSTRA blanditiæ venitis ad me  
 Attritis miserabiles labellis.  
 Dicturus dominum, Deumque non sum :  
 Jam non est locus hac in urbe vobis.  
 Ad Parthos procul ite pileatos, 5  
 Et turpes, humilesque, supplicesque  
 Pictorum sola basiate regum.  
 Non est hic dominus, sed imperator,  
 Sed justissimus omnium senator :  
 Per quem de Stygia domo reducta est 10

*O assentationes miserabiles, attritis labris inutiliter acceditis ad me: non sum dicturus dominum, et Deum; jam non est locus vobis hac in urbe: procul ite ad Parthos pileatos, et sædæ, atque abjectæ, et supplices osculamini soleas regum pictorum. Hic non est dominus, sed Imperator, sed Senator æquissimus omnium: qui*

NOTÆ

2 *Attritis miserabiles*] Loquitur Poëta de suis et Romanorum assentationibus, quæ in usu erant temporibus Domitiani, qui Deum appellari se jussit, Epig. 8. lib. v. quasi homines attriverint labra, vel pedes ejus osculando, vel ipsi assidue blandiendo.  
 5 *Ad Parthos*] Nempe natos ad servitum: pileatos dicit, quod præter Romanorum morem pileati incede-  
 rent, vel a similitudine servorum, qui libertatem adepti pileum sumebant, ut ostendat Poëta Parthos esse conditionis servilis.  
 7 *Pictorum*] Ad vestes et purpuram refer; reges suos adorabant Parthi, quorum pedes osculabantur.  
 8 *Non est hic*] Trajanus nimirum, de cujus modestia agit Plinius junior in suo panegyrico.

Siccis rustica Veritas capillis.  
 Hoc sub principe, si sapis, caveto,  
 Verbis, Roma, prioribus loquaris.

*ab inferis reduxit Veritatem rusticam comis siccis. O Roma, si sapiens es, cave ne sub hoc principe loquaris prioribus verbis.*

## NOTE

11 *Siccis*] Incultis, veritas enim vilibus atque adulatoriis, quibus non est fucata. nempe Romani utebantur sub Domitiano.

13 *Verbis prioribus*] Hoc est, ser-

## LXXIII.

## AD MARCUM.

LITERA facundi gratum mihi pignus amici  
 Pertulit, Ausoniæ dona severa togæ :  
 Qua non Fabricius, sed vellet Apicius uti,  
 Vellet Mæcenas Cæsarianus eques. 5  
 Vilior hæc nobis alio mittente fuisset:  
 Non quacumque manu victima cæsa litat.  
 A te missa venit : possem nisi munus amare,  
 Marce, tuum : poteram nomen amare meum.  
 Munere sed plus est, et nomine gratius ipso,  
 Officium docti, iudiciumque viri. 10

*Epistola attulit gratum mihi pignus docti amici, dona severa togæ Italicæ : qua uti nollet Fabricius, sed Apicius vellet, et Mæcenas eques Cæsarianus. Existimassem hanc viliorum alio mittente : victima non litat immolata quacumque manu. O Marce, nisi possem amare tuum donum, poteram amare meum nomen. At officium, et iudicium viri eruditi plus est dono, et jucundius ipso nomine.*

2 *Serena Beverlandi Ms.*

## NOTE

1 *Litera facundi*] Marci nempe Antonii Primi, de quo Epig. 100. lib. IX. et 32. supra.

*Pignus*] Scilicet togam, quam per appositionem vocat,

2 *Dona severa*] Quod toga uterentur, cum reges suos colerent : synthesi autem, cum rebus lætis operam darent : Epig. 1. lib. XIV.

3 *Fabricius*] Ille nempe paupertatis cultor, cujus meminit Epig. 68. lib. VII. De luxurioso Apicio dictum

Epig. 69. lib. II.

4 *Mæcenas*] Satis notus ex Horatio. Juvenalis Sat. XII. ' Vestem Purpuream teneris quoque Mæcenatibus aptam.'

*Cæsarianus*] Nam a partibus Cæsaris Augusti stetit, cujus fuit familiarissimus.

6 *Litat*] Hoc est, non est grata Diis.

8 *Nomen amare*] Poëta enim Marcus quoque vocatur.

## LXXIV.

AD ROMAM.

JAM parce lasso, Roma, gratulatori,  
 Lasso clienti: quamdiu saluator  
 Anteambulones et togatulos inter  
 Centum merebor plumbeos die toto?  
 Cum Scorpus una quindecim graves hora 5  
 Ferventis auri victor auferat saccos:  
 Non ego meorum præmium libellorum,  
 (Quid enim merentur?) Apulos velim campos.  
 Non Hybla, non me spicifer capit Nilus;  
 Nec quæ paludes delicata Pomptinas 10  
 Ex arce clivi spectat uva Setini.  
 Quid concupiscam quæris ergo? dormire.

O Roma, jam dimitte defatigatum gratulatorem, defatigatum clientem: quamdiu saluator inter anteambulones et togatulos toto die merebor centum plumbeos? cum victor Scorpus una hora consequatur quindecim graves saccos auri ferventis: ego non exoptem Apulos campos mercedem meorum librorum, (quid enim merentur?) Non Hybla, non ferax spicarum Nilus movet me, nec delicata uva, quæ ex arce Setini collis prospicit paludes Pontinas. Rogas, quid igitur expetam? dormire.

6 Alii legunt *afferat*.

## NOTÆ

3 *Anteambulones*] De quibus, et togatis sæpius dictum.

4 *Centum merebor*] Hoc est, sportulam centum quadrantum, quos per contentum 'plumbeos' vocat, cum tamen essent ex ære.

5 *Cum Scorpus*] Auriga, de quo Epig. 50. supra: aurigæ vero victores in certamine circi præmia summi pretii referebant.

6 *Ferventis auri*] Hoc est, radian-

tis colore rutilo, inquit Farnab.

9 *Hybla*] Mons Siciliae melle abundans.

11 *Uva Setini*] Setia urbs Latii juxta Pontinas paludes, ubi vinum optimum: Epig. 69. lib. iv.

12 *Dormire*] Juvenalis Sat. iii. versu 55. 'Tanti tibi non sit opaci Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur aurum, Ut somno careas.'



## LXXV.

## DE GALLA.

MILLIA viginti quondam me Galla poposcit;

Et, fateor, magni non erat illa nimis.

Annus abit: bis quina dabis sestertia, dixit.

Poscere plus visa est, quam prius, illa mihi.

Jam duo poscenti post sextum millia mensem,

Mille dabam nummos: noluit accipere.

Transierant binæ forsā, trinæve Kalendæ,

Aureolos ultro quatuor ipsa petit.

Non dedimus: centum jussit me mittere nummos:

Sed visa est nobis hæc quoque summa gravis.

Sportula nos junxit quadrantibus arida centum:

Hanc voluit: puero diximus esse datam.

Inferius numquid potuit descendere? fecit.

Dat gratis, ultro dat mihi Galla: nego.

5

10

## NOTÆ

1 *Millia viginti, &c.*] Quingenti Philippi: 'dena sestertia,' dimidium, 250. 'duo millia,' quinquaginta: 'mille nummi,' 25. Philippi: 'aurei quatuor,' quadringenti nummi, decem Philippi: 'Centum nummi,' Philippi duo et dimidiatus. Gronov.

2 *Magni non, &c.*] Nitebat enim tum flore juventæ.

3 *Bis quina*] Dena sestertiorum millia.

4 *Poscere, &c.*] Minus quippe formosa est facta, atque hinc gravior visum est pretium.

8 *Aureolos ultro, &c.*] Deflorente jam in dies forma, et ipsa vilescit, contenta invicem.

11 *Nos junxit, &c.*] Habuit nos in officio, id est, officio meritis fueram sportulam tenuem. Hanc voluit.

14 *Dat gratis, &c.*] Lib. II. Epig. 56.

## LXXVI.

## DE MÆVIO.

Hoc, Fortuna, tibi videtur æquum?

Civis non Syriæve, Parthiæve,

O Fortuna, an hoc censes justum? civis non aut Syriæ, aut Parthiæ, nec eques

Nec de Cappadocis eques catastis,  
 Sed de plebe Remi, Numæque verna,  
 Jucundus, probus, innocens, amicus, 5  
 Lingua doctus utraque, cujus unum est,  
 Sed magnum vitium, quod est poëta,  
 Pullo Mævius alget in cucullo :  
 Cocco mulio fulget Incitatus.

*de catastis Cappadocis, sed verna de plebe Remi et Numæ, jucundus, probus, innocens, amicus, peritus utriusque linguæ, qui habet unicum vitium, sed magnum, quod est poëta, Mævius friget in atro cucullo : mulio Incitatus splendet cocco.*

4 *Tenui pro Remi* Beverlandi Ms.—8 *Nævius* idem.—9 *Croceo pro Cocco et viciatus pro Incitatus* in eodem cod. leguntur. *Incitati* conjicit Schrev.

## NOTE

2 *Civis non Syriæ*] Hoc est, non ex Syro aut Partho factus civis Romanus, nec ex servo Cappadociæ factus eques : de catasta machina, nempe ubi exponerentur servi venales, dictum lib. ix. Epig. 60.

4 *Sed de plebe*] Sed Mævius poëta,

liber et Romanus : verna enim non hic sumitur pro servo, sed pro eo qui Romæ natus est.

6 *Lingua doctus*] Græca et Latina.

9 *Cocco*] Purpura fulget mulio Incitatus, de quo lib. xi. Epig. 1.

## LXXVII.

## DE CARO MEDICO.

NEQUIUS a Caro nihil unquam, Maxime, factum est,  
 Quam quod febre perit : fecit et illa nefas.  
 Sæva nocens febris saltem quartana fuisses !  
 Servari medico debuit ille suo.

*O Maxime, Carus nihil unquam fecit improbius, quam quod extinguitur febre : et illa admisit scelus. Utinam nocens febris saltem fuisset sæva quartana ; illa debuit servari suo medico.*

2 *Ille nefas* in edd. vett.—3 *Pro saltem* Beverlandi Ms. *utinam*.—4 *Debuit illa* in Ald. Junt. Colin. Delph. et plerisque edd. vett.

## NOTE

2 *Quam quod*] Nam crucem illi, non tam lene fatum, optat Poëta.

*Fecit et illa*] Alii *ille*, male ; hoc est, quæ tam cito sustulit Carum.

3 *Quartana fuisses* [ *fuisset* ] Alii legunt *fuisses*. Vidcat lector.

4 *Servari medico*] Carus nempe, qui multos imperitia necaverat, quartanæ medicum se profitebatur, quæ diu cruciandus erat, priusquam moreretur.

## LXXVIII.

A D M A C R U M.

IBIS littoreas, Macer, Salonas :  
 Ibit rara fides, amorque recti,  
 Et secum comitem trahet pudorem.  
 Semper pauperior redit potestas.  
 Felix auriferæ colone terræ, 5  
 Rectorem vacuo sinu remittes,  
 Optabisque moras, et exeuntem  
 Udo Dalmata gaudio sequeris.  
 Nos Celtas, Macer, et truces Iberos 10  
 Cum desiderio tui petemus.  
 Sed quæcumque tamen feretur illic  
 Piscosi calamo Tagi notata,

O Macer, ibis Salonas littoreas : rara fides, et amor justitiæ ibit, et ducet secum pudorem comitem. Semper pauperior revertitur potestas. O Dalmata beate colone terræ auriferæ, remittes rectorem vacuo sinu, atque cupies dilationes, et lætitiæ febili sequeris abeuntem. Nos, o Macer, petemus truces Celtiberos, cum desiderio tui. At nihilominus quæcumque nostra pagina signata calamo Tagi piscosi illic

//////////

1 Poteris legere, inquit Schrevelius, *Ibis litorum Macer Salona*.—6 *Remittet Beverlandi Ms.*—8 *Hunc udo Celta gaudio sequeris Farnab.* quod etiam probat Schrev.—11 *Alii illinc.*—12 *Daci Beverland.*—16 *Sum idem.*

## NOTÆ

1 *Littoreas Salonas*] Maritimum esse Dalmatiæ oppidum constat ex hoc, et sequente versu 'udo Dalmata,' &c. atque ex Strabone lib. vii. Suidas in verbo Διοκλητριάδης Salonas esse Illyrici urbem dicit, quod in idem recidit; Dalmatia enim est Illyrici pars.

4 *Semper pauperior*] Hoc est, magistratus integer ex provincia quam administravit semper pauperior redit.

5 *Felix auriferæ*] De Dalmatiæ aurifodinis Plinius lib. xxxiii. cap. 4.

6 *Vacuo sinu*] Sensus est : Macer Romam redibit nihil in Dalmatia præ-

datum.

8 *Udo gaudio*] Hoc est, Dalmata erit lætus, quod bonis spoliatus non fuerit ; flebit autem quod te abeuntem viderit.

9 *Nos Celtas*] Ego vero, inquit Poëta, sum rediturus in patriam cum summo tui desiderio : æquis enim legibus Hispaniam administraverat Macer : lib. xii. Epig. 99.

11 *Sed quæcumque*] Hoc est, quæcumque ad ripas Tagi componam carmina, sonabunt tuum nomen. *Illic*, alii *illinc*, nempe ex Hispania Romam feretur seu mittetur. *Judicet lector.*

Macrum pagina nostra nominabit.  
 Sic inter veteres legar poëtas ;  
 Nec multos mihi præferas priores, 15  
 Uno sed tibi sim minor Catullo.

*scribetur, nominabit Macrum. Sic legar inter antiquos poëtas, nec mihi anteponas multos veteres, sed me existimes inferiorem solo Catullo.*

## NOTÆ

16 *Minor Catullo*] Vide lib. v. Epig. 5. et lib. II. Epig. 71.

## LXXIX.

DE TORQUATO ET OTACILIO.

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum :  
 Ad quartum breve rus emit Otacilius.  
 Torquatus nitidas vario de marmore thermas  
 Exstruxit: cucumam fecit Otacilius.  
 Disposuit Daphnona suo Torquatus in agro : 5  
 Castaneas centum sevit Otacilius.  
 Consule Torquato vici fuit ille magister ;  
 Nec minor in tanto visus honore sibi.  
 Grandis ut exiguum bos ranam ruperat olim,  
 Sic puto Torquatus rumpet Otacilium. 10

*Torquatus habet prætoria ad quartum milliarium: Otacilius emit breve rus ad quartum quoque. Torquatus edificavit thermas fulgentes vario marmore: Otacilius fecit cucumam. Torquatus disposuit lauretum in suo agro: Otacilius sevit centum castaneas. Consul Torquatus; ille fuit magister vici, nec se existimavit inferiorem in tanta dignitate. Ut ingens bos quondam ruperat parvam ranam, sic, credo, Torquatus rumpet Otacilium.*

4 *Capanam Beverlandi Ms.* qui etiam legere jubet *cumeram struxit.*—7 *Consule Torquato* est lect. Gruteri ex Palat. vulgo *Consul Torquatus.* *Unus Beverlandi Ms.* pro *vici.*—9 *Vox Pulman.*

## NOTÆ

1 *Prætoria*] Hoc est, villas magnificas. Suetonius in Augusto cap. 72. 'Alias prætorium significat ducum et Imperatorum in castris tabernaculum.'

3 *Vario de marmore thermas*] Lib. vi. Epig. 42.

4 *Cucumam*] Hoc est, vas aquæ calefaciendæ aptum, Gallice *coquemar*, et sumitur licet pro balneo.

5 *Daphnona*] Vox Græca, Latine lauretum.

7 *Vici fuit ille*] Vici Romæ erant 424. ut refert Casaubonus in Augusto, quibus præerant vicomagistri, qui etiam vicocuri dicti sunt. Sueton. in Aug. c. 30. et Tib. c. 76.

8 *Nec minor*] Per irrisionem hoc dicit Poëta.

9 *Grandis ut exiguum*] Fabulam

## NOTÆ

vide apud Horatium lib. II. Serm. sat. petur, quam Torquatum æquare possit. Sensus est : Prius Otacilius rum-

## LXXX.

## DE EROTE.

PLORAT Eros, quoties maculosæ pocula myrrhæ

Inspicit, aut pueros, nobilissime citrum :

Et gemitus imo ducit de pectore, quod non

Tota miser cœmat septa, feratque domum.

Quam multi faciunt, quod Eros, sed lumine sicco! 5

Pars major lacrymas ridet, et intus habet.

*Eros flet, quoties spectat pocula myrrhæ maculosæ, aut pueros, aut citrum nobilissime, atque ex imo pectore edit singultus, quod infelix non mercatur tota septa, et portet domum. Quam multi faciunt, quod Eros facit, sed oculis siccis! major pars ridet fletus, et intus habet.*

//////////

1 *Teræ Beverlandi Ms.*—3 *Promit* in Ald. Junt. Colin. Delph. Langii, et plerisque edd. vet. —4 *Quidam legunt cœnat.*—6 *Pro habet alii legunt haret vel aet.* Grutero fere placeret *lacrymans ridet.* Schrev.

## NOTÆ

1 *Maculosæ*] Hoc est, variis maculis distinctæ : lib. IX. Epig. 60. In Mamurram, qui omnia, quæ in septis venalia exponerentur, emere volebat.

6 *Pars major*] Hoc est, multi quidem in speciem rident, qui acerbis animi dolore cruciantur, quod ipsos pariter pecunia deficiat.

## LXXXI.

## DE PHYLLIDE.

CUM duo venissent ad Phyllida mane fututum,

Et nudam cuperet sumere uterque prior :

Promisit pariter se Phyllis utrique daturam,

Et dedit : ille pedem sustulit, hic tunicam.

## NOTÆ

3 *Daturam*] Epig. 56. lib. II.

4 *Et dedit, &c.*] Et utrique se præstitit 'Donna' Phyllis seu Jana gemina, ἕμα πρόσσω καὶ πίσσω λεύσσοισα. Ego potius intelligo, inquit Domitius, joenm esse in verbo 'sustulit,'

quod significat 'in altum tulit:' sustulit item surripuit. Alter igitur surripuit tunicam, alter potitus est coitu; et ita utrique dedit, alteri coitum, et alteri tunicam.

## LXXXII.

A D G A L L U M.

Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus,  
 Mane, vel a media nocte togatus ero :  
 Stridentesque feram flatus Aquilonis iniqui,  
 Et patiar nimbos, excipiamque nives.  
 Sed si non fias quadrante beator uno, 5  
 Per gemitus nostros, ingenuasque cruces ;  
 Parce precor lasso, vanosque remitte labores,  
 Qui tibi non prosunt, et mihi, Galle, nocent.

*Si nostri labores addunt aliquid tuis rebus, togatus adero mane, vel a media nocte. Et tolerabo stridentes flatus iniqui Aquilonis, et patiar nimbos, atque excipiam nives. At si suspiria nostra, atque ingenua tormenta non augeant tuam rem vel uno quadrante ; parce, quæso, defatigato, et remitte vanos labores, qui tibi non proficiunt, O Galle, et mihi obsunt.*

7 Fesso cod. Palat. et ed. Barb.

## NOTÆ

2 *Togatus*] De togatorum atque servilia officia, quæ non decent hominem ingenuum. Crux erat supplicium servorum, ita isti labores erant

6 *Ingenuasque cruces*] Hoc est, per cruces ingenuorum anteambulorum.

## LXXXIII.

A D M A R I N U M.

RAROS colligis hinc et hinc capillos,  
 Et latum nitidæ, Marine, calvæ  
 Campum temporibus tegis comatis :  
 Sed moti redeunt jubente vento,  
 Reddunturque sibi, caputque nudum 5  
 Cirris grandibus hinc et inde cingunt.

*O Marine, hinc et hinc colligis raros crines, et temporibus comatis tegis latum campum nitidæ calvæ : sed moti imperante vento redeunt, et repetunt suum locum, atque hinc et inde grandibus cirris cingunt nudum caput. Credes stare Halmyro-*

## NOTÆ

1 *Raros colligis*] Vide lib. v. Epig. 49. de Labieno calvo. ‘Sunt illinc tibi, sunt et hinc capilli: Nudum est in medio caput,’ &c.

5 *Caputque nudum*] Epig. citato.

Inter Spendophorum, Telesphorumque,  
 Cydæ stare putabis Hermeroten.  
 Vis tu simplicius senem fateri ?  
 Ut tandem videaris unus esse,  
 Tonsor jam reliquos metat capillos.  
 Calvo turpius est nihil comato.

10

*tem cidæ opus inter Splendophorum et Telesphorum. Placetne magis ingenue fateri te senem? Ut tandem videaris unus esse, jam tonsor tondeat reliquos crines. Nihil est deformius calvo comato.*

//////////

7 *Inter splend.* Ald. Junt. Colin. I. *Splend.* ed. Par. 1617. quod exhibet Farnabius in textu, sed in Notis hæc verba scripsit: 'duorum puerorum Spendophori et Thelesphori.' '*Splendophorum. Spendophorus. Σπενδοφόρος. Scriver.*' *Beverland. Thelesph.* Junt. Farnab.—8 *Cidæsta reputabis hermerotem* cod. Beverl. *Cidæ* Colin. *Cidæ* Junt. *Cidæ* edd. Paris. 1617. Farnab. Maitt. Barb. *Hermerotem* cod. Pulmann. et ed. Barb. *Halmyroten* edd. vett. *Hermeroten* ex vet. lib. legend. notat Flosculus. Videantur Not. Var.

## NOTE

7 *Inter Spendophorum*] Cujus mentionem fecit lib. ix. Epig. 57. 'Telesphori vero lib. xi. Epig. 26. Sensus est: Credes stare 'Halmyroten,' Latine Marinum, inter duos pueros comatos: ita lib. v. Epig. 49. Labiennum calvum Geryonitricipiti comparavit.

8 *Cydæ*] Quem aut 'Halmyrotaë' pa-

trem, aut dominum, aut pictorem, vel statuarium intellige. Flosculus Statii auctoritate fretus existimat Cydam artificem fuisse, atque effinxisse Halmyroten. Legunt alii *Hermeroten*, nomen scilicet compositum ex Mercurio et Amore. Denique Heraldus emendat hunc versum, et legit: *Sic astare putabis Halmyroten.*

## LXXXIV.

DE AFRO, AD CÆDITIANUM.

MIRARIS, quare dormitum non eat Afer?  
 Accumbat cum qua, Cæditiane, vides.

O Cæciliane, mirarisne cur Afer non eat cubitum? Cernis cum qua cubet.

//////////

*Cæcilianum* ed. Par. 1617. et *Cæciliane* vs. posteriori. Hoc etiam exhibent Ald. Junt. Colin. quæ dant Epigrammatis titulo hæc sola verba *De Afro.*

## NOTE

2 *Cum qua*] Nimirum uxore deformi, sine qua satius est vigilare, quam cum illa dormire.

## LXXXV.

DE LADONTE NAUTA.

JAM senior Ladon Tiberinæ nauta carinæ  
 Proxima dilectis rura paravit aquis.  
 Quæ cum sæpe vagus premeret torrentibus undis  
 Tibris, et hyberno rumperet arva lacu,  
 Emeritam puppim, ripa quæ stabat in alta, 5  
 Implevit saxis, opposuitque vadis.  
 Sic nimias avertit aquas: quis credere posset?  
 Auxilium domino mersa carina tulit.

*Jam senior Ladon nauta Tiberinæ navis emit fundum juxta aquas amatas: quem cum sæpe vastaret Tibris exundans aquis rapidis, et rumperet agros lacu hyemali, lapidibus implevit navem quæ stabat in alta ripa, atque objecit undis. Sic removit aquas exundantes, quis posset credere? Demersa navis succurrit domino.*

4 *Gelu* Mss. Pulmann. Vat.—5 *Alto* cod. Thuan. *Alga* Vat.

## NOTÆ

- 1 *Tiberinæ*] Ladon nempe non erat tur, qui legitimum stipendiorum tempus confecit.  
 2 *Dilectis aquis*] Tiberim enim amabat, in ejus undis pecuniam sibi paraverat Ladon, unde emeret fundum. 8 *Mersa carina*] In eo jocus est, quod demersa hæc navis Ladontem servavit, aut potius ejus fundum, cum alias demersa navis domino afferat mortem.  
 5 *Emeritam*] Hoc est, quæ jam erat otiosa, cum a duro nautæ labore cessasset Ladon: emeritus proprie dici-

## LXXXVI.

DE LAURO.

NEMO nova caluit sic inflammatus amica,  
 Flagravit quanto Laurus amore pilæ.  
 Sed qui primus erat lusor, dum floruit ætas,  
 Nunc postquam desit ludere, prima pila est.

*Nemo sic arsit incensus nova amica, quanto amore pilæ incensus est Laurus. Sed qui erat primus lusor, dum ætas floruit, nunc postquam se abstinuit a ludo, est prima pila.*

3 *Plurimus* pro *primus* cod. Thuan. *lusus* pro *lusor* codd. Vat. Pulmann.

## NOTÆ

- 4 *Prima pila*] Hoc est, ad summam erat effigies in compitis suspensa, vel paupertatem redactus pannis laceris tauris objecta. Vide Epig. 43. lib. 11. indutus est instar primæ pilæ, quæ  
*Delph. et Var. Clas. Martial.*



## LXXXVII.

## DE NATALI RESTITUTI.

OCTOBRES age sentiat Kalendas  
 Facundi pia Roma Restituti.  
 Linguis omnibus et favete votis.  
 Natalem colimus, tacete lites.  
 Absit cereus aridi clientis, 5  
 Et vani triplices, brevesque mappæ  
 Expectent gelidi jocos Decembris.  
 Certent muneribus beatiores.  
 Agrippæ tumidus negotiator  
 Cadmi municipes ferat lacernas. 10  
 Pugnorum reus, ebriæque noctis  
 Cœnatoria mittat advocato.

*Age pia Roma sentiat Kalendas Octobres eloquentis Restituti. Cum silentio adestote omnibus sacris. Celebramus natalem: silete lites. Cereus pauperis clientis absit, et vani triplices, et breves mappæ expectent ludos frigidi Decembris. Ditiore certent donis. Superbus mercator Agrippæ ferat lacernas municipes Cadmi: reus pugnorum, et ebriæ noctis mittat cœnatoria caudidico. Sed puella*

## NOTE

2 *Restituti*] Causidici, de quo Plinius junior lib. vi. Epist. 17. et lib. vii. Epist. 1.

3 *Linguis*] Favere linguis est tacere, votis vero favere est accedere ad vota sacerdotum. Ferias celebrantes a litibus abstinebant se antiqui, et sacris publicis vacabant. Ovidius l. Fastorum.

5 *Absit cereus*] Munera mittere solebant ad eum, cujus natalem celebrabant antiqui, lib. viii. Epig. 64. Sensus est: Ad Restitutum non mittantur vilia munera, cerei nempe, pugillares, et mappæ, quæ mittebantur Saturnaliorum tempore. Macrobius Saturn. lib. i. cap. 7. 'Illud quoque,' inquit, 'in literis invenio, quod cum multi occasione Saturnaliorum per avaritiam a clientibus ambitiose

munera exigent, idque onus tenuiores gravaret, Publicius tribunus plebis tulit, ut non nisi cerei ditioribus missitarentur,' &c. Alias præterea causas affert: 'triplices' vero pugillares sunt trium paginarum.

8 *Certent muneribus*] Hoc est, ditiores clientes et amici munera certatim mittant ad Restitutum.

9 *Agrippæ*] Hoc est, inquit Farnabius, qui in Agrippæ porticu, et septis, de quibus lib. ix. Epig. 60. superbas et pretiosas merces vendebat.

10 *Cadmi municipes*] Tyrias, seu purpureas, lib. ii. Epig. 43.

11 *Pugnorum reus*] Hoc est, reus de vi, quam ebrius alicui intulit, cœnatorias vestes mittat Restituto, a quo defendi possit.

Infamata virum puella vicit?  
 Veros sardonychas, sed ipsa tradat.  
 Mirator veterum senex avorum 15  
 Donet Phidiaci toreuma cœli.  
 Venator leporem, colonus hædum,  
 Piscator ferat æquorum rapinas.  
 Si mittit sua quisque, quid poëtam  
 Missurum tibi, Restitute, credis? 20

*dedecorata vicit maritum: ipsa donet veros sardonychas. Senex admirator veterum avorum det toreuma Phidiaci cœli. Venator ferat leporem, colonus hædum, piscator rapinas maris. Si quisque mittat sua, o Restitute, quid putas tibi missum iri a poëta?*

2 *Pila* cod. Beverl.—13 *Impregnata* id.—15 *Alios legere laborum* monet editor Delph. Vid. Var. Not.—18 *Rapinam* Ms. Pulmann.

## NOTÆ

- 13 *Infamata*] Adulterii rea. ces.  
 14 *Sardonychas veros*] Vide lib. IX. 19 *Quid poëtam*] Carmina nempe  
 Epig. 60. mittet Poëta.  
 18 *Æquorum rapinas*] Hoc est, pis-

## LXXXVIII.

A D C O T T A M.

OMNES persequeris prætorum, Cotta, locellos,  
 Accipis et ceras: officiosus homo es.

*O Cotta, sectaris locellos prætorum, atque accipis ceras: homo es officiosus.*

## NOTÆ

- 1 *Omnes persequeris*] Sensus est: corrumpet corruptus ipse pecunia. Videat lector.  
 2 *Accipis et ceras*] Ut scilicet illas feras, et corrupas.  
*Officiosus*] Ironia est.
- Velut officiosus comitaris prætores,  
 et cupis gestare locellos, sen crumenam, aut marsupium, in quibus forte nomina litigantium erant, quæ subduceret, simul et ceras seu tabulas

## LXXXIX.

## DE STATUA JUNONIS.

JUNO labor, Polyclete, tuus, et gloria felix,  
 Phidiacæ cuperent quam meruisse manus,  
 Ore nitet tanto, quanto superasset in Ida  
 Judice convictas non dubitante Deas.  
 Junonem, Polyclete, suam nisi frater amaret, 5  
 Junonem poterat frater amare tuam.

*O Polyclete, Juno tuum opus, et decus felix, quam a se effectam cuperet Phidias, splendet ore tanto, quanto vicisset in Ida Deas convictas arbitro non ambigente. O Polyclete, nisi frater diligeret suam Junonem, frater poterat diligere tuam.*

## NOTÆ

1 *Polyclete*] Qui statuarius fuit celebris, de quo lib. viii. Epig. 51. De Phidia dictum lib. iii. Epig. 35.

3 *In Ida*] Phrygiæ monte, ubi Paris Junoni, Minervæ, et Veneri de pulchritudine contendentibus judex

datus est. Hæc fabula satis nota.

*Nisi frater*] Jupiter nempe Junonis frater. Virgilius Æneid. i. Junonem sic loquentem inducit: 'Ast ego, quæ Divum incedo regina, Jovisque Et soror, et conjux,' &c.

## XC.

## IN LIGELLAM.

QUID vellis vetulum, Ligella, cunnum?  
 Quid busti cineres tui lacessis?  
 Tales munditiæ decent puellas.  
 Nam tu jam nec anus potes videri.  
 Istud, crede mihi, Ligella, belle 5  
 Non mater facit Hectoris, sed uxor.

8 *In Lig.* Vid. Var. Not.

## NOTÆ

1 *Ligella*] Palat. legit *Ligeia*, ut forsitan eadem sit cum illa, cujus meminuit lib. xii. Epig. 7.

*Vellis vetulum, &c.*] Expilas, ut tenerior juniorque videare.

2 *Quid busti, &c.*] Quid suscitās

cineres et sopitos ignes demortuæ et sepultæ libidinis tuæ?

6 *Non mater, &c.*] Non anus ut Hecuba, sed firmæ ætatis mulier, ut Andromache.

Erras, si tibi cunnus hic videtur,  
 Ad quem mentula pertinere desit.  
 Quare si pudor est, Ligella, noli  
 Barbam vellere mortuo leoni.

10

NOTE

11 *Barbam vellere, &c.*] Exstimulare ad libidinem fetidum os mortuum. Alludit ad proverbium, 'tondere leonem,' et 'vellere barbam leoni.' Hoc est, irritare ad iras. Quod periculosæ plenum opus est aleæ. Vide lib. vi. Epig. et Annot prior. Jo. Bapt. Pii cap. 15. ubi ad explicationem hujus Epigrammatis nimis multa. *Mortuo leoni*] Frustra scil. vetulam vulvam ad libidinem stimulas; est enim mortua.

XCI.

DE ALMONE.

OMNES eunuchos habet Almo, nec arrigit ipse,  
 Et queritur, pariat quod sua Polla nihil.

NOTE

1 *Omnes eunuchos*] Vid. Epig. vi. 67. Juv. vi. 367. 'Sunt quas eunuchi inbelles ac mollia semper Oscula delectent, et desperatio barbæ, Et quod abortivo non est opus.'

XCII.

AD MARIUM.

MARI, quietæ cultor et comes vitæ,  
 Quo cive prisca gloriatur Atina,  
 Has tibi gemellas barbari decus luci  
 Commendo pinus, ilicesque Faunorum,  
 Et semidocta villici manu structas

5

O Mari, cultor et comes vitæ tranquillæ, quo cive gloriatur antiqua Atina, commendo tibi has geminas pinus gloriam rustici nemoris, atque ilices Faunorum, atque aras Jovis, erectas semidocta manu villici, et aras Sylvani horridi, quas

NOTE

1 *Quietæ cultor*] His verbis ostendit privatum hunc Marium vitæ rusticæ fuisse deditum. 2 *Atina*] De qua Virgilius Æneid. vii. 'Tela novant Atina potens Tiberique superbum.' In Sicilia fuit urbs hujus nominis, et in Italia plures. Videndus Ortellius. 3 *Has tibi gemellas*] Pinus atque ilices Fannis sacræ sunt, lib. viii. Epig. 50.

Tonantis aras, horridique Sylvani,  
 Quas tinxit agni sæpe sanguis, aut hædi,  
 Dominamque sancti virginem Deam templi,  
 Et quem sororis hospitem vides castæ  
 Martem mearum principem Kalendarum, 10  
 Et delicatæ laureum nemus Floræ,  
 In quod Priapo persequente confugit.  
 Hoc omne agelli mite parvuli numen  
 Seu tu cruore, sive thure placabis,  
 Ubicumque noster Martialis est, dices, 15  
 Hac, ecce, mecum dextera litat vobis  
 Absens sacerdos; vos putate præsentem,  
 Et date duobus, quicquid alter optarit.

*sæpe imbuat sanguis agni, et hædi, et virginem Deam dominam sancti templi, et Martem principem mearum Kalendarum, quem spectas hospitem pudicæ sororis, et laureum nemus Floræ teneræ, in quod confugit Priapo persequente. Seu sanguine, seu thure placabis omnia hæc blanda numina exigui agelli, Ubicumque est noster Martialis, inquires, sacerdos absens ecce mecum vobis litat hæc mea manu; vos existimate præsentem, et concedite ambobus quicquid expetierit alter.*

7 Sic cod. Pulmann. Et edd. vett. et Delph. et Farnab.—15 Vester ed. Barbouii.—18 Optabit cod. Pulmann.

## NOTÆ

6 *Horridique Sylvani*] Qui nemorum sylvarum Deam, cui dicatum erat eo Deus est, et pingitur ut Faunus, cornuta fronte, &c. Natalis Comes lib. v. cap. 9. in loco templum: Diana vero et Mars ex Jove nati sunt.

7 *Quas tinxit agni*] Horatius libro 1. Od. 4. 'Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis, Seu poscat agnam, sive malit hædum.'

8 *Dominamque*] Hoc est: Dianam licet absens manu mea vobis facit hæc sacra.

## XCIII.

## AD CLEMENTEM.

Si prior Euganeas, Clemens, Helicaonis oras,  
 Pictaque pampineis videris arva jugis,

O Clemens, si prior adveneris in regionem Euganeam Helicaonis, et in agros

1 *Heliconis in oras* edd. vett. et cod. Beverl. 'Inepte hunc l. depravarunt,

Perfer Atestinæ nondum vulgata Sabinæ  
 Carmina, purpurea sed modo suta toga.  
 Ut rosa delectat, metitur quæ pollice primo,  
 Sic nova, nec mento sordida charta juvat.

5

*pictos pampineis collibus, perfer Atestinæ Sabinæ versus nondum editos, sed modo tectos purpurea toga. Ut grata est rosa quæ carpitur prima manu, sic libri novi nec sordidi barba placent.*

et imprudenter scripserunt *Heliconis* pro *Helicaonis*.<sup>2</sup> Calderin. 'Male legitur ab aliis *Heliconis in o*.' Farnab. Schrevel.—3 *Prafer* Ms. Beverl.—4 *Si m. luta* id. *Culta* Ms. Pulmann. et edd. Farnab. et Barb. Consule Not. Var.—6 *Merito* pro *mento* cod. Beverlandi, qui nos dirigit ad Solinum Salmas.

## NOTE

1 *Si prior Euganeas*] Hoc est Patavinam regionem: Euganei, qui et Heneti et postea Veneti dicti, Italiae sunt populi, Venetorum hodie imperii. Eorum regio Marca Trivisana vocatur. Sic Ortelius. Vide Livium lib. I. ubi describit quomodo Agenor fugarit populos qui illas terras tenebant. *Helicaonis*] Qui fuit filius Antenoris, a quo conditum fuit Patavium. Legunt alii, *Heliconis in oras*, male. Vide lib. XIV. Epig. 152. 'Nos

*Helicaonia* de regione sumus.'

4 *Purpurea sed*] Vide lib. III. Epig. 2. ubi librum alloquitur Poëta: 'Et te purpura delicata velet.'

5 *Metitur quæ*] Tunc enim pulcherrima, sed manibus atrectata marcescit.

6 *Nec mento sordida*] Hoc est, quæ nondum basiantium barba facta est sordida, lib. I. Epig. 67. 'Quæ trita duro non inhorruit mento.'

## XCIV.

## MUNUSCULUM POMORUM.

Non mea Massylus servat pomaria serpens,  
 Regius Alcinoi nec mihi servit ager,  
 Sed Nomentana securus germinat hortus  
 Arbore, nec furem plumbea mala timent.

*Massylus serpens non custodit mea pomaria, nec regius ager Alcinoi pertinet ad me, sed hortus tutus germinat Nomentana arbore, nec plumbea poma metuunt*

## NOTE

1 *Non mea Massylus*] De anreis Hesperidum hortis in Massylia custoditis a serpente egimus lib. IX. Epig. 102. et lib. IV. Epig. 64. ubi et de hortis Alcinoi; et lib. VII. Epig. 42.

3 *Sed Nomentana*] Jam de Nomentano suo prædio egit Poëta lib. VI. Epig. 43. in quo poma plumbea, hoc est, vilia et immitia, tuta erant a furi-bus.

Hæc igitur, media quæ sunt mihi nata Suburra, 5  
Mittimus autumnî cerea poma mei.

*furem. Mittimus ergo hæc flaventia poma mei Autumnî, quæ mihi creverunt media Suburra.*

1 *Non mihi* cod. Pulmann.—5 *Modo natu* id. cum edd. Schrevel. Maitt. et Barb.

## NOTE

5 *Mihi nata Suburra*] Hoc est, emta Epig. 61.  
Romæ: Suburra quippe vicus erat ubi 6 *Autumnî*] Id est horti, vel matra  
poma et herbæ vendebantur, lib. ix. Autumnî tempore.

## XCV.

AD GALLAM.

INFANTEM tibi vir, tibi, Galla, remisit adulter.  
Hi, puto, non dubie se futuisse negant.

## NOTE

Neuter agnoscit suam esse prolem, ergo? Vide lib. ix. Epig. 5. tacet  
ut qui tecum rem habuerint. Quid scil. Galla, lib. iii. Epig. 96.

## XCVI.

AD AVITUM.

SÆPE loquar nimium gentes quod, Avite, remotas,  
Miraris, Latia factus in urbe senex,  
Auriferumque Tagum sitiam, patriumque Salonem,  
Et repetam saturæ sordida rura casæ.

O Avite, miraris quod ego factus senex Romæ in urbe sæpe nimis prædicem remotas nationes, et sitiam auriferum Tagum, et Salonem patrium, et redeam in sor-

3 *Portumque* S. Ms. Beverl.—4 'Ut quod sentio dicam, non placet τὸ saturæ casæ. An? Et repetam (an? referam) Hispanæ s. r. plagæ. In Anglicano cod. patriæ legi pro saturæ monet Gruterus: quod confestim arriperem, nisi jam vs. proximo dedisset hoc epitheton. At (quid enim dissimulem?) non multum abest quin ibi gelidum, rigidum, vel simile reponend. et luc τὸ patriæ, tanquam in suam sedem, reducend. esse credam.' De Rooy. Patriæ est in

## NOTE

1 *Remotas*] Hispanas intellige. tiam Hispaniæ urbem.  
3 *Tagum sitiam*] Gratas Tagi undas, quas sitiebat Poëta, intellige: Salonem] De quo fluvio dictum lib. i. Epig. 50.  
Donitius male videtur intelligere Si-

Illa placet tellus, in qua res parva beatum 5  
 Me facit, et tenues luxuriantur opes.  
 Pascitur hic, ibi pascit ager: tepet igne maligno  
 Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.  
 Hic pretiosa fames, conturbatorque macellus,  
 Mensa ibi divitiis ruris operata sui. 10  
 Quatuor hic æstate togæ, pluresve teruntur ;  
 Autumnis ibi me quatuor una tegit.  
 I, cole nunc reges : quicquid non præstat amicus,  
 Cum præstare tibi possit, Avite, locus.

*didos agros casæ fertilis. Amo illam terram, in qua res exigua beat me, in qua tenues opes sufficiunt luxui. Hic pascitur ager, illic pascit : hic caminus calet maligna flamma, illic splendet ingenti luce. Hic fames cara est, et macellus decoctor, illic mensa exstruitur opibus suæ villæ. Hic æstate quatuor togæ aut plures teruntur : illic una tegit me quatuor autumnis. Age nunc, cole patronos, o Avite, cum locus possit tibi præbere quicquid non præbet amicus.*

cod. Pulmann.—9 *Conturbaturque* edd. vett. Alios legere *conturbatrixque macelli Mensa, ibi* monent multi ; id habet codex Pulmanni, qui germanam esse lectionem recipiendumque censet. *Macelli* est et in cod. Beverl.

## NOTE

7 *Pascitur hic*] Ita Epig. 58. supra, victum necessaria sunt. ‘Conturbator’ eo sensu dicitur, quo aper lib. viii. cultura nimirum et stercoratione pascuntur agri: hoc est, Romana rura sterilia sunt platanis tantum et lauris consita. Epig. 27. hoc est: tanto pretio res ad victum necessariæ Romæ venduntur, ut facile decoquatur patrimonium.

*Ignem maligno*] Quia Romæ emebantur ligna.

9 *Conturbatorque macellus*] Ubi venduntur omnia ciborum genera quæ ad

12 *Autumnis quatuor*] Hoc est, quatuor annis.

14 *Locus*] Id est, patria.

## XCVII.

## DE NUMA.

DUM levis arsura struitur Libitina papyro,  
 Dum myrrham, et casiam flebilis uxor emit ;

*Dum levis Libitina struitur papyro urenda, dum flebilis uxor mercatur myrrham*

## NOTE

1 *Libitina*] Dea funerum præses, præter arida ligna papyrus quoque lib. viii. Epig. 43. hic sumitur pro iis ponebatur, ut facilius cremaretur corpus, lib. viii. Epig. 44. ‘Fartus papyro dum tibi torus crescit.’ ‘Levis’



Jam scrobe, jam lecto, jam pollinctore parato  
 Hæredem scripsit me Numa : convaluit.

*et casiam ; jam tumulo, jam lecto, jam pollinctore instructo, Numa instituit me hæredem : evasit ex morbo.*

3 *Pollectore* Ms. Beverl.

## NOTE

dicitur : structus enim papyro rogos videtur esse levis ; vel forte melius inconstantem Libitinam hic intelligas, quæ pepercerit Numæ.

2 *Dum nyrham*] Aromata quippe in rogom injiciebantur.

3 *Pollinctore*] Qui corpus mortui

lavat atque ungit, pollinctor dicitur, quasi pellis unctor, Turnebus lib. XXVIII. cap. 31.

4 *Convaluit*] In hac voce jocus est, quasi dicat ideo convaluisse Numam, ut ipse infelix ejus hæreditatem non consequeretur.

## XCVIII.

## IN PUBLIUM.

ADDAT cum mihi Cæcubum minister,  
 Idæo resolutior cinædo,  
 Quo nec filia cultior, nec uxor,  
 Nec mater tua, nec soror recumbit ;  
 Vis spectem potius tuas lacernas,  
 Et citrum vetus, Indicosque dentes ?  
 Suspectus tibi ne tamen recumbam,  
 Præsta de grege, sordidaque villa  
 Tonsos, horridulos, rudes, pusillos  
 Hircosi mihi filios subulci.  
 Perdet te pudor hic : habere, Publi,  
 Mores non potes hos, et hos ministros.

5

10

*Cum mihi fundat Cæcubum servus mollior Idæo cinædo, quo nec ornatior filia, nec uxor, nec genitrix tua, nec soror recumbit ; risne ut aspiciam potius tuas lacernas, et citrum antiquum, et dentes Indicos ? Nihilominus ne recumbam suspectus tibi, præbe mihi de grege, et sordida villa filios male olentis subulci tonsos, horridulos, rudes, pusillos. Hic pudor perdet te. O Publi, nequis habere hos mores et hos servos.*

11 'Alii dolor, recte.' Schrevel. Sic legit Barbonii ed.

## NOTE

2 *Idæo cinædo*] Hoc est, Ganymede.

6 *Et citrum vetus*] Mensam citream operis antiqui, et dentes eburneos quibus fulcitur, Epig. 43. lib. 11.

7 *Suspectus tibi*] Epig. 26. lib. 1x.

10 *Subulci*] Gallice, porcher.

11 *Perdet te pudor*] Quo afficeris dum spectantur tui ministri : hoc est,

## NOTE

ille pudor nocebit tuæ famæ : pudor enim dicitur ob aliquam rem sordidam timor. 12 *Mores*] Castos mores habere nequis, et tam formosos pueros.

## XCIX.

## DE FIGURA SOCRATIS.

Si Romana forent hæc Socratis ora, fuissent Julius in Satyris qualia Rufus habet.

*Si hic vultus Socratis Romanus foret, talis fuisset qualis est Julio Rufo in suis Satyris.*

*De statua S.* ed. Barb.

## NOTE

1 *Si Romana*] Hoc est : Si hic Socratis vultus Romano more esset formatus, similis foret severæ fronti Julii Rufi, qui gravitate Socratica in suis Satyris vitia carpit. De Rufo Plinius lib. v. Epist. 21. et lib. vii. Epist. 25. Scriverius aliter explicat : hoc est, inquit : Si hæc Socratis imago Romano cultu effingeretur, certe ad vivum exprimeret gravitatem Julii Rufi, qualis deridetur a Satyricis, vel qui refert Satyrum. Namque et Socrates fuit naso simo, et oculis emissitiis, Sileno haud absimilis, uti describitur a Platone et Xenophonte. Vel : Si hæc Socratis imago cultu Romano expressa esset, posset quidem haberi pro effigie Julii Rufi, quæ posita est in Satyris, loco quodam in octava regione urbis, ubi spectantur quatuor Satyrorum imagines. Judicet lector.

## C.

## IN COMMISCENTEM VERSUS OPERI SUO.

QUID, stulte, nostris versibus tuos misces ?

Cum litigante quid tibi, miser, libro ?

Quid congregare cum leonibus vulpes,

Aquilisque similes facere noctuas quæris ?

*O demens, quid confundis tua carmina cum nostris? O infelix, quid tibi rei est cum libro litigante? Quid quæris conjungere vulpes cum leonibus, et facere bubones*

*Ad Poëtam imperitum* Mss. Beverl. et Pulmann. *In plagiarium* ed. Barb.

## NOTE

1 *Quid, stulte*] Vide Epig. 51. et pagina, Fur es.?

2 *Cum litigante*] Qui tibi litem intendit, et tibi dicit, Fur es. Epig. 51. lib. 1. 'Stat contra, dicitque tibi tua

3 *Quid congregare*] Sensus est : Quid nobilibus atque egregiis versibus jungis tuos ineptos et viles?

Habeas licebit alterum pedem Ladæ, 5  
 Inepte, frustra crure ligneo cures.

*similes aquilis? Quamvis habueris alterum pedem Ladæ, o inepte, frustra cures crure ligneo.*

## NOTE

5 *Habeas licebit*] Hoc est, commiscens tua carmina cum meis, non pedem Ladæ cursoris velocissimi, Epig. 86. lib. II. cum aliunde alterum magis eris bonus poëta, quam cursor habeas ligneum. cgregius esses si haberes alterum

## CI.

## DE CAPITOLINO.

ELYSIO redeat si forte remissus ab agro  
 Ille suo felix Cæsare Galba vetus,  
 Qui Capitolinum pariter, Galbamque jocantes  
 Audierit; dicet, rustice Galba, tace.

*Si forte antiquus ille Galba felix suo Casare revertatur remissus a campis Elysiis, qui audierit Capitolinum simul et Galbam cavillantes; dicet, O inurbane Galba, sile.*

*De Cap. et Galba cod. Beverl.—1 Antro cod. Pulmann.—2 ‘Pro Galba alii legunt Gabba, [sic habet ed. Barb.] et Dorleans sua Gaba.’ Schrevel.—3 Galbamque vocarem Ms. Pulmann.*

## NOTE

2 *Galba vetus*] Senra Cæsaris Augusti, Epig. 42. lib. I. ‘Qui Galbam Capitolino, de quo nihil invenio, rusticus atque insulsus videbitur. salibus tuis,’ &c. Si comparetur cum

## CII.

## DE PHILENO.

QUA factus ratione sit requiris,  
 Qui nunquam futuit, pater Philenus?  
 Gaditanus, Avite, dicat istud,  
 Qui scribit nihil, et tamen poëta est.

*Ad Avitum, de Phileno ed. Barb.*

## NOTE

1 *Qua*] Jocus est in Philenum et Gaditanum, quorum alter adulterio uxoris habebat filios, alter alieno carmine sibi vindicato volebat videri poëta.

## CIII.

## AD MUNICIPES SUOS BILBILITANOS.

MUNICIPES, Augusta mihi quos Bilbilis acri  
 Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis;  
 Ecquid læta juvat vestri vos gloria vatis?  
 Nam decus et nomen, famaue vestra sumus.  
 Nec sua plus debet tenui Verona Catullo, 5  
 Meque velit dici non minus illa suum.  
 Quatuor accessit trigesima messibus æstas,  
 Ut sine me Cereri rustica liba datis.  
 Mœnia dum colimus dominæ pulcherrima Romæ,  
 Mutavere meas Itala regna comas. 10  
 Excipitis reducem placida si mente, venimus:  
 Aspera si geritis corda, redire licet.

*O municipes, quos mihi producit augusta Bilbilis monte aspero, quos circumdat Salo velocibus undis; nunquid vobis placet læta gloria vestri poëta? Nam ornamentum, et nomen, et fama vestra sumus. Nec elegans Catullus plus meritis est de sua Verona, nec illa minus cupiat me dici suum. Dum me absente offertis Cereri liba rustica, quatuor et triginta anni elapsi sunt. Dum colimus pulcherrimos muros Romæ dominæ, Itala regna mutaverunt meos capillos. Accedimus, si lubenti animo excipitis reducem: si geritis corda aspera, fas erit reverti.*

Suos omittit cod. Pulmann. *Biblitanos* pro *Bilbilit*. ed. Barb. nescio an per errorem. *Ad Bilbilitanos agros* edd. vet. —1 *M. augusta ... agri* edd. vet. *Bilbilitano* pro *Bilbilis a.* cod. Beverl. *Alto* pro *acri* cod. Pulmann. Videantur Not. Var.—2 *Rapidus* edd. Schrevel. Maitt. Barb. *Quos* edd. vet. ‘*Quem* Scriv. et Ms. noster.’ *Farnab.* Sic dant codd. Pulmann. Beverl. ‘An? *rigidus* (vel *rigidis*) quem S. Pro *cingit* conjiciebam *stringit*: non urgeo tamen.’ *De Rooy.*—7 *Mensibus* cod. Beverl.

## NOTE

1 *Municipes*] Hoc est, O cives Bilbilitani mei populares.  
*Bilbilis acri*] Alii *Bilbilis agri*, alii *Bilbilis alto*, Epig. 50. lib. 1. ‘Videbis altam, Liciane, Bilbilim.’ Ubi egimus etiam de Salone fluvio.  
 3 *Ecquid læta*] Vide Epig. 62. lib. 1. A claris poëtis multum illustrantur civitates. ‘Tenuem’ Catullum vocat, hoc est, elegantem vel levem, quod versus leviores, teneros, et delicatissimos scripserit, Epig. 62. lib. 1.  
 8 *Rustica liba*] Quæ fiebant ex lacte, sesamo, et melle: Cererem vero ut frugum inventricem colebant rustici.  
 10 *Mutavere meas*] Hoc est, canæ factæ sunt meæ comæ.

## CIV.

## AD LIBRUM.

I NOSTRO comes, i libelle, Flacco  
 Longum per mare, sed faventis undæ,  
 Et cursu facili, tuisque ventis  
 Hispanæ pete Tarraconis arces.  
 Illinc te rota tollet, et citatus 5  
 Altam Bilbilim, et tuum Salonem  
 Quinto forsitan essedo videbis.  
 Quid mandem tibi, quæris? ut sodales  
 Paucos, sed veteres, et ante brumas  
 Triginta mihi quatuorque visos 10  
 Ipsa protinus a via salutes,  
 Et nostrum admoneas subinde Flaccum,  
 Jucundos mihi nec laboriosos  
 Secessus pretio paret salubri,  
 Qui pigrum faciant tuum parentem. 15  
 Hæc sunt: jam tumidus vocat magister,

*O liber, comitare nostrum Flaccum per longum mare, sed undæ placidæ, et cursu facili, et secundis ventis adi arces Tarraconis Hispanæ. Illinc currus vehet te, et celer quinto forte vehiculo spectabis altam Bilbilim, et tuum Salonem. Rogas quid committam tibi? Ut statim ab ipsa via salutes paucos sodales, et antiquos, nec visos a triginta quatuor annis, atque identidem admoneas nostrum Flaccum, ut loco salubri instruat mihi secessus gratos, nec molestos ipsi, qui afferant inertiam tuo pa-*

5 *Tota Ms. Beverl.*—8 *Scis sod. id.*—14 *Successus legit ed. Barb. Pretio dat Ms. Beverl. Spatio edd. vett. et Farnab. et Barb. Pretio paret selibræ Rutgersius. Vult de Rooy Sec. pretio paret, sed illos, Qui, &c. Consulantur Not. Var.*—16 *Timidos cod. Beverl.*

## NOTÆ

4 *Tarraconis*] Urbis celebris in Hispania, hodie *Tarragona*, a qua denominatur provincia *Tarraconensis*, in qua erat *Bilbilis*. Vide *Epigramma* præcedens. Sensus est: *Tarracōnem usque navigabis, unde Bilbilim essedo velheris.*

*Quinto essedo*] *Essedum* genus veliculi, quo vectus quinto itineris die pervenies *Bilbilim*.

11 *Ipsa protinus a via*] Hoc est, statim a tuo adventu.

14 *Pr. [Spatio] salubri*] Legunt alii *pretio salubri*, hoc est, modico pretio.

15 *Qui pigrum*] Carmina sunt ingenii partus, quorum auctores parentes dicuntur: hoc est: *Flaccus*, sive *Flavus*, ut scribunt alii, mihi paret hospitium, ubi in otio convescens.

16 *Tumidus*] Hoc est, imperiosus *navarchus*. Similis est locus apud *Juvenalem Sat. III.* ‘*Nam mihi*

Castigatque moras ; et aura portum  
 Laxavit melior : vale, libelle :  
 Navem, scis puto, non moratur unus.

*tri. Hæc sunt mea mandata. Jam magister arrogans vocat atque increpat moras, et aura melior aperuit portum. Vale, libelle: opinor, non ignoras, unus non moratur navem.*

## NOTE

commota jamdadum mulio virga In- 18 Laxavit] Solventibus nempe e  
 nuit, &c. portu navibus.

M. VAL. MARTIALIS  
EPIGRAMMATUM

LIBER XI.

---

I.

AD LIBRUM.

Quo tu, quo, liber otiose, tendis,  
Cultus Sindone non quotidiana?  
Numquid Parthenium videre? certe.  
Vadas, et redeas involutus.  
Libros non legit ille, sed libellos:

5

*O liber otiose, quo tu vadis ornatus sindone non vulgari? Nonne conaris videre Parthenium? Eas, et revertaris non explicatus. Ille non evoluit libros, sed libellos*

---

2 *Sind.* Vide Var. Not. ad II. 16. 3.—3 Sic Palat. Punctum ad fin. versus omittit ed. Barb. *Videre tentas?* edd. vett. et Farnab.—4 Sic cod. Pulmanni; quæ pura puta, ait ille, lectio est. *Irrevolutus* edd. vett. et Ms. Beverl.

NOTÆ-

1 *Liber otiose*] Quia absolutus erat, atque ita domi otiosus.

2 *Cultus Sindone*] Hoc est, pura involutus. Vide Epig. 42. lib. III. et Epig. 6. lib. v. et Epig. 45. lib. IV. ubi egimus de Parthenio qui Domitiano erat a cubiculo. Cum autem, teste Aurelio Victore, Parthenius interfectus fuerit initio im-

perii Nervæ, hic vero liber in lucem prodierit, imperante Trajano, dicendum mihi videtur, hunc librum vivo Parthenio inchoatum, et mortuo absolutum atque editum; nisi dicas rationem temporum in Epigrammatum libris a Poëta fuisse neglectam.

4 *Inevolutus*] Hoc est, non lectus. Alii *irrevolutus* contra legem carminis.

Nec Musis vacat, aut suis vacaret.  
 Ecquid te satis æstimas beatum,  
 Contingunt tibi si manus minores?  
 Vicini pete porticum Quirini:  
 Turbam non habet otiosiore[m] 10  
 Pompeius, vel Agenoris puella,  
 Vel primæ dominus levis carinæ.  
 Sunt illic duo, tresve, qui revolvant  
 Nostrarum tineas ineptiarum:  
 Sed cum sponsio, fabulæque lassæ 15  
 De Scorpo fuerint, et Incitato.

supplices: nec dat operam Musis, aut daret suis. Numquid te putas satis felicem, si manus minores terunt te? Ad porticum vicini Quirini: Pompeius, vel filia Agenoris, vel inconstans dominus primæ navis non habet turbam otiosiore[m]. Ibi sunt duo, aut tres, qui excutiant tineas mearum ineptiarum: at cum sponsio et fabule absolutæ fuerint de Scorpo, vel Incitato.

## NOTÆ

6 *Nec Musis vacat*] Poëtam fuisse Parthenium jam dixit Poëta.

8 *Manus minores*] Vulgi nimirum, non anclicorum.

9 *Vicini pete*] De templo Quirini dictum Epig. 58. lib. x. ubi nempe erat porticus, ad quam multi conveniebant confabulaturi.

11 *Pompeius*] Hoc est, porticus Pompeiana, de qua Epig. 14. lib. ii. ubi et de porticu Europes, quæ filia fuit Agenoris.

12 *Vel primæ dominus*] Jasonem intelligit, quem sumit pro porticu Argonautarum, Epig. 14. lib. ii. et Epig. 20. lib. iii. Jason vero omnium primus navigasse fertur a poëtis.

*Levis*] Ad navem Argo referunt

aliqui, quæ levis dicta est a celeritate: ἀργὸς enim Latine velox dicitur: sed ad Jasonem melius referas, qui suis in amoribus inconstans fuit.

14 *Tineas*] Hoc est, mea carmina, quæ tineis escæ relinqui deberent.

15 *Sed cum sponsio*] Turnebus lib. viii. c. 4. Sponsiones populi depositis pignoribus, aut pecunia de alicujus agitatoris victoria factas intelligit.

16 *De Scorpo*] Nobili agitatore actum Epig. 50. lib. x. 'Incitatus' fuit etiam auriga, Epig. 76. lib. x. 'Incitatus' tamen apud Suetonium cap. 55. in Calignula, equus fuit, cui Consulatum destinasse traditur Calignula.

## II.

## AD LECTORES.

TRISTE supercilium, durique severa Catonis  
 Frons, et aratoris filia Fabricii,

O grave supercilium, et frons austera tristis, Catonis, et filia Fabricii aratoris,  
 Delph. et Var. Clus. Martial. 3 E



Et personati fastus, et regula morum,  
 Quicquid et in tenebris non sumus, ite foras.  
 Clamant ecce mei, Io Saturnalia, versus: 5  
 Et licet; et sub te præside, Nerva, libet.  
 Lectores tetrici salebrosum ediscite Sanctram:  
 Nil mihi vobiscum est: iste liber meus est.

*et personati fastus, et regula morum, et quicquid non sumus noctu; facessite hinc. En mea carmina clamant, Io Saturnalia; et placet, et licet, o Nerva, sub te princepe. O lectores severi, mandate memoriae durum Sanctram: nihil habeo agendum vobiscum: hic liber meus est.*

5 *Bona Sat.* ed. Barb.—6 *Libet* Bodleianus, duo Gruteri, Pulmannianus, edd. Maitt. Barb. quod genuinam esse scripturam censet Pulmannus.—7. 8. Hos vv. faciunt edd. vett. et Delph. Farnab. et Maitt. ut incipiant et terminent tertium Epigramma, cum eodem titulo qui coronat secundum. ‘Conjungit hoc distichon præcedenti Ep. ex auctoritate Mss. Petr. Scriverius.’ *Farnab.*

## NOTÆ

2 *Aratoris filia*] Patris nempe gravissimi mores referens.

3 *Et regula morum*] Hoc est, censura.

4 *Quicquid*] Hoc est, castitas et pudicitia, hinc etiam recedite; in tenebris enim nullus pudor.

5 *Clamant ecce mei*] Saturnaliorum tempore magna erat licentia. Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 10.

6 *Et libet* [*licet*] Alii *libet*, minus bene.

*Sub te præside*] Tunc enim magna libertate fruebantur Romani.

7 *Sanctram*] Qui poëta nec lepidus nec numerosus fuit, Epig. 20. lib. VII, Sanctræ cujusdam gulosi meminit Poëta.

8 *Iste liber meus*] Nec vobis convenit propter jocos et facetias.

## III.

## DE SUIS LIBELLIS.

NON urbana mea tantum Pimpleide gaudent  
 Otia, nec vacuis auribus ista damus:  
 Sed meus in Geticis ad Martia signa pruinis  
 A rigido teritur centurione liber.

*Non sola quies urbis delectatur mea Pimpleide, nec damus ista otiosis auribus: sed meus liber attrahitur a duro centurione in pruinis Geticis prope signa Martis.*

3 *Gelidis* cod. Pulmann.—10 *Si tibi id.*

## NOTÆ

1 *Non urbana*] Hoc est, Non soli cives otiosi electantur meis versibus. Musæ dictæ sunt Pimpleides

a Pimplæo Macedoniae fonte ipsis sacro.

3 *In Geticis*] De Getis dictum Epig.

Dicitur et nostros cantare Britannia versus. 5  
 Quid prodest? nescit sacculus ista meus.  
 At quam victuras poteramus pangere chartas,  
 Quantaque Pieria prælia flare tuba;  
 Cum pia reddiderint Augustum numina terris,  
 Et Mæcenatem si mihi Roma daret! 10

*Britannia quoque fertur canere mea carmina. Quid proficit? Mea crumena ignorat ista. At quam poteramus scribere versus non perituros, et quanta certamina canere tuba Pieria! cum Dii pii restituerint Augustum terris, si Mæcenatem quoque mihi daret Roma!*

## NOTE

11. lib. VIII. et epig. 104. lib. IX. In 9 Augustum] Nervam alii. Melius Getas vero expeditionem suscepit intelligunt alii Trajanum, alterum Trajannus, in cujus castris legebantur Augustum Romæ restitutum a Diis: versus Martialis. At mihi, inquit Poëta, nullus Mæcenatus datur, cujus munificentia in Horatium nota est.

6 Nescit sacculus] Hoc est, inde non colligo pecuniam.

## IV.

## PRECATUR DEOS PRO NERVA TRAJANO.

SACRA, Laresque Phrygum, quos Trojæ maluit hæres,  
 Quam rapere arsuras Laomedontis opes:  
 Scriptus et æterno nunc primum Jupiter auro,  
 Et soror, et summi filia tota patris:

*O sacra, et Lares Phrygum, quos auferre maluit hæres Trojæ, quam urendas opes Laomedontis: O Jupiter, nunc primum factus es ex auro æterno, et soror et filia*



*Votum pro N. T. et Senatu ed. Barb. et sic alios legere notat editor Delph. 'Nerva Trajano: recte. Calderinus nomen Trajano omittit.' Pulmann.—1 Har. Vid. Not. Var.—3 Sic cod. Pulmanni, cui id placet. Es edd. vett.*

## NOTE

1 Trojæ hæres] Hoc est, Æneas. ter fuit Priami: a pietate Poëta Virgilius Æneid. II. 'Tu genitor cape sacra manu, patriosque Penates,' &c. Legunt alii, Trojæ heros, laudat Æneam, qui neglectis opibus et forte melius: Æneas enim non Deos flammis eripnit.

3 Æterno auro] Hoc est, aurea imagine nunquam peritura effectus es a Trajano.

4 Et soror] Juno, et Minerva quæ tota est patris Jovis, e cujus cerebro producta sine matre.

2 Laomedontis opes] Laomedon pa-

Et qui purpureis jam tertia nomina fastis, 5  
 Jane, refers Nervæ; vos precor ore pio:  
 Hunc omnes servate ducem, servate senatum:  
 Moribus hic vivat principis, ille suis.

*tota genitoris supremi: et tu, o Jane, qui jam ter refers nomen Nervæ in fastos purpureos, vos ora ore pio. O vos omnes, servate hunc Imperatorem, servate Senatum, hic vivat moribus Principis, ille vero suis.*

## NOTE

5 *Jam tertia*] De Jano Epig. 2. lib. 6 *Nervæ*] Trajani scilicet, adoptati  
 VIII. cui sacer mensis Januarius, quo a Nerva, cujus nomen retinuit.  
 consulium nomina referebantur in 8 *Ille suis*] Sanctissimis nempe.  
 Fastos.

## V.

## IN LAUDEM NERVÆ TRAJANI.

TANTA tibi est recti reverentia, Cæsar, et æqui,  
 Quanta Numæ fuerat: sed Numa pauper erat.  
 Ardua res hæc est, opibus non tradere mores,  
 Et cum tot Cræsos viceris, esse Numam.  
 Si redeant veteres, ingentia nomina, patres, 5  
 Elysium liceat si vacuare nemus:  
 Te colet invictus pro libertate Camillus;  
 Aurum Fabricius, te tribuente, volet.

*O Cæsar, tam colis justitiam et æquitatem, quam Numa coluerat: sed Numa egenus erat. Hæc est res difficilis, non corrumpi mores a divitiis, atque esse Numam, cum superaveris tot Cræsos. Si prisci patres, ingentia nomina, revertantur, et fas sit evacuare Elysium nemus: Camillus invictus pro libertate te expetet principem, Fabricius expetet aurum te donante: Brutus latabitur te Imperatore:*

Traj. omittit Calderinus. *Ad Nervam Trajanum* ed. Barb.—3 ‘Conjeceram prodere, quod ne nunc quidem displicet plane: a recepta tamen non temere recesserim.’ *De Rooy*.—4 *Cræcos* cod. Beverl.—5 Gruterus ex Palat. legend. contendit partes.—7 *Volet* edd. vett. at Farnab. et Maitt. Lipsius vult *præ lib.* t. Epist. 5.

## NOTE

4 *Tot Cræsos*] Hoc est, tot divites, 7 *Pro libertate*] Alii *præ libertate*.  
 Cræsus quippe rex fuit ditissimus, Videat lector. Camillus exul Dictator  
 cujus historia nota ex Herodoto. creatus ab obsidio Gallorum in-  
 gratam patriam liberavit. Livius lib. gratam patriam liberavit. Livius lib.  
 5 *Ingentia nomina*] Per appositio- v. Decadis 1.  
 nem, hoc est, quorum veterum no-  
 mina summa in admiratione sunt. 8 *Fabricius*] De cujus abstinentia  
 6 *Elysium*] Vide Epig. 58. lib. VI. Gellius lib. t. cap. 14.

Te duce gaudebit Brutus; tibi Sylla cruentus  
 Imperium tradet, cum positurus erit. 10  
 Et te privato cum Cæsare Magnus amabit:  
 Donabit totas et tibi Crassus opes.  
 Ipse quoque infernis revocatus Ditis ab umbris  
 Si Cato reddatur, Cæsarianus erit.

*Sylla cruentus tibi cedit imperium, cum erit depositurus: et Magnus Pompeius diligit te cum Cæsare pricato: et Crassus dabit tibi omnes suas divitias. Si ipse etiam Cato restituatur revocatus ab umbris infernis Plutonis, Cæsarianus erit.*

## NOTÆ

9 *Brutus*] Qui exactis Tarquiniiis Romam in libertatem asseruit, Livius lib. 1. Decad. 1. aut alterum Brutum Cæsaris percussorem intellige.

*Sylla*] Cujus crudelitas in cives Romanos nota ex Plutarcho, Sallustio, et aliis.

11 *Magnus*] Pompeius nempe, qui cum Julio Cæsare bellum civile gessit fuse descriptum a Lucano.

12 *Crassus*] Romanus civis ditissimus: Valerius Maximus lib. vi. cap. 11. Plinius lib. xxi. cap. 3.

14 *Cato*] Uticensis, qui se ipsum interfecit, ne in Julii Cæsaris manus incideret vivus: attamen licet Cæsaris imperium occupantis inimicissimus, se tibi mitissimo principi ultro submitteret.

## VI.

## AD ROMAM.

UNCTIS falciferi senis diebus,  
 Regnator quibus imperat fritillus,  
 Versu ludere non laborioso  
 Permittis, puto, pileata Roma.

*Lautis diebus falciferi senis, quibus dominatur regnator fritillus, o pileata Roma, sinis, opinor, joculari carmine non molesto. Risisti: igitur fas est, nec prohibemur.*

*Ad R. et Dindymum* edd. vett. et Delph. *Ad Dindymum de Saturnalibus* cod. Pulmann.

## NOTÆ

1 *Falciferi*] Saturni falcem gerentis.

2 *Imperat fritillus*] Tunc alea impune ludebant omnes: fritilli sunt turriculæ ex quibus ejiciuntur aleæ. Vide Epig. 14. lib. iv. et 84. lib. v.

4 *Pileata Roma*] Saturnalium tempore servi velut domini pileati ince-

debant. Turnebus lib. viii. cap. 4. Romani Saturnalibus pileum gerent, aliis diebus nudo capite erant, aut caput veste velabant. Itaque veteres nullæ Romanorum statuae cum pileo visuntur, &c. Lipsius etiam videndus de Amphitheatro cap. 19.

|                                      |    |
|--------------------------------------|----|
| Risisti : licet ergo, nec vetamur.   | 5  |
| Pallentes procul hinc abite curæ :   |    |
| Quicquid venerit obvium, loquamur,   |    |
| Morosa sine cogitatione.             |    |
| Misce dimidios, puer, trientes,      |    |
| Quales Pythagoras dabat Neroni :     | 10 |
| Misce, Dindyme, sed frequentiores.   |    |
| Possum nil ego sobrius : bibenti     |    |
| Succurrent mihi quindecim poëtæ.     |    |
| Da nunc basia, sed Catulliana :      |    |
| Quæ si tot fuerint, quot ille dixit, | 15 |
| Donabo tibi passerem Catulli.        |    |

*Anxietates pallidæ, recedite hinc longe : loquamur quicquid venerit in buccam sine tetrica cogitatione. O serve, funde dimidios trientes, quales fundebat Pythagoras Neroni : O Dindyme, funde sed frequentiores. Ego siccus nihil possum scribere : quindecim poëtæ subvenient mihi potanti. Nunc liba oscula, sed Catulliana, quæ si tot fuerint quot dixit ille, dabo tibi passerem Catulli.*

## NOTE

- 5 *Risisti*] Risu consentire visa es. nabius, Calens mero fundam carmina, et exprimam ingenia quindecim simul  
De trientibus alibi. et exprimam ingenia quindecim simul  
10 *Pythagoras*] Cui in modum solennium conjugiorum nupsit Nero, poëtarum.  
Tacitus lib. xv. Annalium. 16 *Donabo tibi*] Componam versus non minus gratos iis quos de passere  
12 *Bibenti*] Hoc est, inquit Far- Lesbîæ scripsit Catullus.

## VII.

## AD PAULLAM.

JAM certe stupido non dices, Paulla, marito,  
Ad mœchum quoties longius ire voles,  
Cæsar in Albanum jussit me mane venire,  
Cæsar Circeios : jam strophæ talis abit.

*O Paulla, quoties voles longius ire ad adulterum, jam sane non dices hebeti viro, Cæsar imperavit mane me adire Albanum, aut Circeios. Jam talis dolus sublatus*

4 *Circæos* Ald. Junt. Colin. ' *Circeios* reposuit Junius, et *Circæos*, quod

## NOTE

- 1 *Paulla*] De qua jam Epig. 75. bantur, Epig. 1. lib. iv. ire se dicebat  
lib. 1. Paulla : mortuo autem Domitiano hoc  
3 *Cæsar*] Domitians, ejus jussu prætexere nequibat.  
in Albanum, ubi quinquaginta celebra- 4 *Circeios*] Promontorium Latii.

Penelopæ licet esse tibi sub principe Nerva : 5  
 Sed prohibet scabies, ingeniumque vetus.  
 Infelix, quid ages? ægram simulabis amicam ?  
 Hærebit dominæ vir comes ipse suæ :  
 Ibit et ad fratrem tecum, matremque, patremque.  
 Quas igitur fraudes ingeniosa paras? 10  
 Dicet et hystericam se forsitan altera mœcha  
 In Sinuessano velle sedere lacu.  
 Quanto tu melius! quoties placet ire fututum,  
 Quæ verum mavis dicere, Paulla, viro.

*est. Potes esse Penelope sub principe Nerva : sed impedit scabies, et natura inverterata. Misera, quid facies? Fingesne agrotare amicam? Maritus ipse comitabitur suam dominam : atque adibit tecum fratrem, et patrem, et matrem. Quos igitur dolos artificiosa moliris? Forte altera adultera dicet, se ictericam velle sedere in locu Sinuessano. Quanto tu melius \* \* \* o Paulla, quæ mavis proferre veritatem marito.*

in aliis libb. legitur, induxit? Pulmann.—6 *Ingeniique metus* Ms. Pulmann.—11 *Hictricam* edd. vett. *Histericum* se legere notat Pulmannus. Consule Var. Not.

## NOTE

- Stropha*] Fallacia est, Epig. 7. lib. intelligatur, qui libidine plerumque  
 111. levatur : ὑστέρρα vulva. Vide Epig. 72.  
 5 *Penelopæ*] Cujus pudicitia a poetis infra.  
 celebrata est. 12 *In Sinuessano*] Cujus aquæ erant saluberrimæ. Plinius lib. xxxi. cap. 2.  
 6 *Scabies*] Pruritus, et vetus tua libido. 14 *Quæ verum mavis*] Quæ mavis  
 11 *Hystericam* [*Ictericam*] Gallice fateri libidinem, quam dolosa excusa-  
 qui a la jaunisse. Turnebus l. viii. cap. 4. legit *hystericam*, ut morbus vulvæ tione uti.

## VIII.

## DE BASIIS SUI PUERI.

LASSA quod externi spirant opobalsama drauci,  
 Ultima quod curvo quæ cadit aura croco,

Addit ed. Barb. ad *Sabinum*.—1 *Hesterni* ed. ead. Vide Notas Delph.

## NOTE

- 1 *Lassa quod, &c.*] Nihil potest suavius habent odores in aliquo Asi-  
 magis fatuum hac scriptura dari. atico, Græco, Ægyptio, quam Italico?  
 ‘*Draucus*’ non est puer delicatus, Ergo sufficiunt ‘*hesterni*.’ Nihil me-  
 sed bene et nimium vir. Quid autem lins : aut enim evanuit ille odor aut

Poma quod hyberna maturescentia capsa,  
 Arbore quod verna luxuriosus ager,  
 De Pallatinis dominæ quod serica prælis, 5  
 Succina virginea quod regelata manu,  
 Amphora quod nigri, sed longe fracta, Falerni,  
 Quod qui Sicanias detinet hortus apes,  
 Quod Cosmi redolent alabastra, focique Deorum,  
 Quod modo divitibus lapsa corona comis: 10  
 Singula quid dicam? non sunt satis; omnia misce:  
 Hoc fragrant pueri basia mane mei.

infra. *Hest.* rectum pronuntiat quoque Schrevel.—2 *U. Corycio* edd. vett. et Maïtt. et Farnab. Vid. Notam infra, quæ quidem a Schrevelio profluxit. ‘Grutero præeunte, Scriver. edidit quod curvo. Sed, quicquid hic dicitur Palat. cod. non puto eam lect. a Martialis manu esse profectam. Quamvis *Corycio* movere vix ausim, dubito tamen an non hinc intrusum a manu glossatoris alicujus. Tentavi quod *Lycio*. Quæ tamen conj. si minus f. arriserit, vide an sequenti album calculum adjicere malis, quod *Cilici*.’ De Rooy.—6 *Relegati* Ald. Junt. Colin. Nostram lect. præ se fert cod. Palmann.—10 *Laxa* id. cod. ‘Subit, scripserint f. Hispanus noster Q. m. dividuis.’ De

## NOTÆ

sudore et spurco opere corruptus est. Præclare vero codex scriptus Pircheimeri vel Arondellianus: *Lapsa quod externis spirant opobalsama truncis*. Quod nihil est quam, illa peregrina et exotica opobalsama quod spirant. Sic Seneca: ‘Dives Sabæis colligit truncis Arabs.’ Vide Diatriben. *Gronov. Lassa quod*] Quod olent trita opobalsama delicati pueri ex Asia, Græcia, vel Ægypto. *Externi*] Alii *hesterni*, id est, ejus qui nocte præterita ἐκοίμασε. Recte.

2 *Quod curvo* [*Corycio*] Recte Gruterus, *quod curvo*: et sic etiam Pircheimerianus. Sed male explicant de referente nescio quos curvos arcus, dum cadit in theatro. Immo ‘curvo’ est marcescente et ultimas emittente vires. Ovidius: ‘Marcida demittant subito caput illa gravatum.’ *Gronov. Corycio*, &c.] Epig. 65. lib. III. et Epig. 39. lib. IX. Gruterus ex optimo codice, *quod curvo*. Recte. Videtur enim

loqui de croco theatri fistulati expresso, et referente utcumque arcus curvos dum cadit.

3 *Poma quod*, &c.] Epig. 65. lib. III.

*Capsu*] Qua poma hyeme servantur.

5 *Dominæ*] Augustæ nempe vestimenta serica seu syntheses. Palatinis recondita prælis, Epig. 46. lib. II.

6 *Regelata* [*Relegata*] Alii *regelata manu*, ut Epig. 93. lib. III. hoc est, attritu calefacta, Epig. 38. lib. V.

7 *Sed longe*, &c.] Odora enim per aërem diffusa gratiora sunt: propius autem admota obstruunt sensorium.

8 *Sicanias*, &c.] Siculas apes, mellificia Hyblæa.

9 *Cosmi redolent*, &c.] Myropolæ, Epig. 88. lib. I. *Alabastra*] Pyxides unguentariæ ex alabastro. *Focique Deorum*] Thure ardentes.

10 *Divitibus*, &c.] Proinde nardo et unguento delibutis.



Scire cupis nomen? nil præter basia dicam:

Jurasti: nimium scire, Sabine, cupis.

Rooy.—13 *Si propter b. d.* cod. Pulmann. et ed. Barb.—14 *Juro tibi* edd. vet. et Farnab. *Jurasti* habet Ms. Pulmann.

NOTÆ

13 *Nil præter basia dicam*] Alii, *Si propter basia dicam. Jurasti nimium scilicet.* Sensus est: Si nomen solummodo scire cupis basiorum causa, dicam: id ipsum confirmas juramento; o Sabine, alius aliquid juramentum istud premit: scilicet, hoc est, amore ejus deperis; itaque absit dicam nomen.

14 *Nimium scire, &c.*] Aliquid ultra basia cupis, qui de pueri nomine quaeris.

IX.

DE STATUA MEMORIS.

CLARUS fronde Jovis, Romani fama cothurni,  
Spirat Apellea redditus arte Memor.

*Memor, insignis fronde Jovis, et decus Romani cothurni, expressus arte Apellea spirat.*

*De pictura M.* ed. Barb.—2 *Apollinea* Ms. Pulmann. Vide Not. Var.

NOTÆ

*De statua*] Melius *De pictura*, cum Apelles pictor fuit nobilissimus, non vero statuarius, Epig. 84. lib. VII. fuit, Epig. 20. lib. III.

2 *Spirat Apellea*] Alii *Apollinea*, ut statuam Memoris, inquit Raderus, in Apollinis templo inter aliorum poëtarum imagines collocatam intelligas. Videat lector.

1 *Clarus fronde Jovis*] Hoc est, ornatus querna corona. Vide Epig. 54. lib. IV.

*Cothurni*] Qui tragicorum proprius

X.

DE TURNO.

CONTULIT ad Satyras ingentia pectora Turnus.  
Cur non ad Memoris carmina? frater erat.

*Turnus applicuit ingentia pectora ad Satyras, cur non ad versus Memoris? Frater erat.*

2 *Cui* Ms. Beverl. *Carmina frater eas* Ms. Pulmann.

NOTÆ

1 *Turnus*] Cujus meminit Epig. 97. lib. VIII. non scripsit tragædias, ne fratris Memoris æmulus videretur.



## XI.

## AD PUERUM SUUM.

TOLLE, puer, calices, tepidique toreumata Nili,  
 Et mihi segura pocula trade manu,  
 Trita patrum labris, et tonso pura ministro ;  
 Antiquus mensis restituatur honor.  
 Te potare decet gemma, qui Mentora frangis  
 In scaphum mœchæ, Sardanapale, tuæ.

5

*Serve, aufer calices, et toreumata tepidi Nili, et manu tuta mihi porrige pocula trita labris patrum, et pura tonso ministro ; priscum decus reddatur mensis. O Sardanapale, creveris bibere in poculo gemmato, qui frangis Mentora ad conficiendum scaphium tuæ adulteræ.*

*Ad pocillatorem s. ed. Barb.—5. In scaphium edd. vett. et Maitt. Farnab. et Barb. Verte te ad Not. Varr. Sardanapalle Ald. Junt. Colin.*

## NOTÆ

1 *Toreumata*] Vide Epig. 39. lib. iv. Poëta intelligit vasa crystallina, quæ ex Ægypto Romam afferebantur.

2 *Secura manu*] Hoc est, pocula quæ e manibus lapsa non frangantur ; vel quorum fractorum parva sit iactura.

3 *Trita patrum*] Quibus usi sunt majores.

*Et tonso pura*] Ministrata non a comato et delicato, sed a rudi atque simplici puero.

5 *Qui Mentora*] Hoc est : Tu, o Sardanapale, (forte alludit ad Sarda-

napalum illum regem effœminatum, de quo Diodorus Siculus lib. viii.) qui frangis ‘Pocula Mentorea nobilitata manu,’ ut dixit lib. ix. Epig. 60. ut nempe matula conficiatur tuæ mœchæ, dignus es, qui bibas impuro illo poculo gemmis ornato. Alii sic legunt, *Te potare decet gemma, qui Mentora frangis? In scaphio mœchæ, Sardanapale, tuæ.* Hoc est : Magis tibi convenit matula tuæ mœchæ, in qua bibas, quam pocula gemmata quæ frangis.

## XII.

## IN ZOILUM.

JUS tibi natorum vel septem, Zoile, detur :  
 Dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

*O Zoile, obtineas jus vel septem liberorum, modo nullus tibi det genitorem, nullus genitricem.*

## NOTÆ

1 *Jus tibi*] Non petebatur jus nisi trium liberorum, lib. ii. Epig. 91. At, inquit Poëta, vel septem, vel plurimum

liberorum jus obtineat Zoilus, semper tamen obscurus erit, et terræ filius.

## XIII.

## EPITAPHIUM PARIDIS PANTOMIMI.

QUISQUIS Flaminiam teris, viator,  
 Noli nobile præterire marmor.  
 Urbis deliciae, salesque Nili,  
 Ars et gratia, lusus et voluptas,  
 Romani decus, et dolor theatri, 5  
 Atque omnes Veneres, Cupidinesque,  
 Hoc sunt condita, quo Paris, sepulcro.

*O viator, quisquis ambulas per Flaminiam, ne prætereas illustre marmor. Deliciae urbis, et sales Nili, ars et gratia, jocus et voluptas, honor et mæror Romani theatri, atque omnes Veneres et Cupidines, sepulta sunt hoc tumulo, quo Paris.*

*Epi. [sic] Paridis Ald. Junt. Colin. Pantomimi omittunt et edd. Par. 1617. et Farnab.*

## NOTE

- 1 *Quisquis Flaminiam*] Vide lib. vi. simile est.  
 Epig. 28. huic simile, et lib. ix. Epig. 29. 7 *Paris*] Suetonius in Domitiano cap. 3. 'Deinde uxorem suam Domitiam, ex qua in secundo suo consulatu filium tulerat, Paridis histrionis amore deperditam repudiavit.' Paridem vero interfici jussit Domitianus, ut constat ex Dione in Domitiano. Hujus Paridis meminit Juvenalis.
- 2 *Marmor*] Id est, sepulcrum marmoreum.
- 3 *Salesque Nili*] Ægyptii nempe lepido atque acuto ingenio valent.
- 5 *Romani decus*] Plauti epitaphium apud Gellium lib. i. cap. 24. huic

## XIV.

## DE COLONO.

HÆREDES, nolite brevem sepelire colonum :  
 Nam terra est illi quantulacumque gravis.

*O hæredes, nolite humare brevem colonum. Num quantulacumque terra est gravis illi.*

*De colono ad hæredes Thuan. cod.*

## NOTE

- 1 *Sepelire colonum*] Qui, cum sit ludit in hac formula, 'sit tibi terra brevis staturæ, vel levissimæ terræ levis,' de qua lib. i. Epig. 89. ferendæ non erit par: Poëta autem

## XV.

## DE LIBRO SUO.

SUNT chartæ mihi, quas Catonis uxor,  
 Et quas horribiles legant Sabinæ.  
 Hic totus volo rideat libellus,  
 Et sit nequior omnibus libellis :  
 Qui vino madeat, nec erubescat 5  
 Pingui sordidus esse Cosmiano.  
 Ludat cum pueris, amet puellas :  
 Nec per circuitus loquatur illam,  
 Ex qua nascimur, omnium parentem,  
 Quam sanctus Numa mentulam vocabat. 10  
 Versus hos tamen esse tu memento  
 Saturnalicios, Apollinaris.  
 Mores non habet hic meos libellus.

*Habeo libros, quos uxor Catonis, et quos evolant incultæ Sabinæ. Placet ut hic integer libellus rideat, et sit lascivior omnibus libellis: qui madeat vino, nec erubescat sordere pingui Cosmiano. Jocetur cum pueris, diligat puellas: nec per circuitus dicat illam parentem omnium, ex qua gignimur, quam sanctus Numa appellabat \* \*. Nihilominus, o Apollinaris, recordare hæc carmina esse Saturnalicia: meus hic liber caret moribus.*

*Ad Apollinarem, de l. s. ed. Barb.—13 Meus edd. vett. et Farnab. Meos Dousæ et Grutero arrisit.*

## NOTE

1 *Sunt mihi*] Alii mei libri possunt legi vel a gravissimis et castissimis Sabinis.

6 *Cosmiano*] Hoc est, unguento

Cosmi, de quo lib. I. Epig. 88.

12 *Saturnalicios*] Usos licentia Saturnalibus permissa, Epig. 2. supra.

## XVI.

## AD LECTORES.

QUI gravis es nimium, potes hinc jam, lector, abire  
 Quo libet: urbanæ scripsimus ista togæ.

*O Lector qui nimis severus es, potes jam hinc abire quo placet: scripsimus ista*

## NOTE

2 *Urbanæ togæ*] Plebi, et levioribus personis.

Nam mea Lampsacio lascivit pagina versu,  
 Et Tartessiaca concrepat æra manu.  
 O quoties rigida pulsabis pallia vena, 5  
 Sis gravior Curio, Fabricioque licet!  
 Tu quoque nequitas nostri lususque libelli  
 Uda puella leges, sis Patavina licet.  
 Erubuit, posuitque meum Lucretia librum;  
 Sed coram Bruto: Brute, recede, leget. 10

*togæ urbana: mea enim pagina lascivit carmine Lampsacio, et pulsat æra manu Hispana \* \*. Lucretia erubuit, atque abiecit meum librum; at coram Bruto: o Brute, recede, evolvit.*

3 *Lassato* Ms. Beverl. et vs. 4. *Tarpejiaco*, et vs. 6. *fecit pro licet*, et vs. 8. *si stata vina bibas vel bibes.*

## NOTÆ

3 *Lampsacio*] Priapeio : Lampsacus 28.  
 nrbs est Mysiæ, ubi Priapus coleba- *Concrepat æra manu*] Lib. vi. Epig.  
 tur. Ortelius ab aliquibus fuisse col- 71. 'Edere lascivos ad Bætica crus-  
 locatam dicit inter Parium et Pria- mata gestus,' &c.  
 pum ad Hellespontum. Ovidius : 10 *Sed coram Bruto*] Ipsa Lucretia,  
 'Et te ruricola, Lampsace, tuta tuo.' absente Bruto viro gravissimo, leget  
 4 *Tartessiaca*] Vide lib. vii. Epig. meos libros.

## XVII.

## AD SABINUM.

NON omnis nostri nocturna est pagina libri :  
 Invenies et quod mane, Sabine, legas.

*Lasciva non est omnis pagina nostri libri: O Sabine, reperies, et quod legas mane.*

## NOTÆ

1 *Nocturna*] Petulans, atque impu- etiam sobrius possis legere salva ve-  
 dica. secundia.  
 2 *Invenies*] Versus scilicet, quos

## XVIII.

## IN LUPUM.

DONASTI, Lupe, rus sub urbe nobis :  
 Sed rus est mihi majus in fenestra.

*O Lupe, mihi dedisti prædium suburbanum, sed habeo majus prædium in fenestra.*

Rus hoc dicere, rus potes vocare?  
 In quo ruta facit nemus Dianæ,  
 Argutæ tegit ala quod cicadæ, 5  
 Quod formica die comedit uno,  
 Clausæ cui folium rosæ corona est:  
 In quo non magis invenitur herba,  
 Quam costi folium, piperve crudum:  
 In quo nec cucumis jacere rectus, 10  
 Nec serpens habitare tota possit.  
 Erucam male pascit hortus unam;  
 Consumto moritur culex salicto;  
 Et talpa est mihi fossor, atque arator.  
 Non boletus hiare, non mariscæ 15  
 Ridere, aut violæ patere possunt.  
 Fines mus populatur, et colono  
 Tanquam sus Calydonius timetur,  
 Et sublata volantis ungue Procnes  
 In nido seges est hirundinino; 20  
 Et cum stet sine falce, mentulaque,  
 Non est dimidio locus Priapo.

*tra. Potesne hoc dicere prædium, potesne appellare prædium? in quo ruta efficit nemus Dianæ, quod tegitur ala canoræ cicadæ, quod comeditur a formica uno die, cui corona est folium rosæ clausæ: in quo non magis herba reperitur quam folium costi, aut piper crudum; in quo nec cucumis possit jacere rectus, nec serpens securo habitare. Hortus male pascit unam erucam, culex perit consumto salicto, atque habeo talpam fossorem, atque aratorem. Nec boletus hiare, nec mariscæ ridere, nec violæ possunt explicari. Mus vastat fines, et colonus metuit illum veluti aprum Calydonium, et seges sublata ungue volantis Procnes ponitur in nido hirundinis. Et locus deest dimidio Priapo, quamvis stet sine falce \* \*. Messis absoluta vix*

*Ad L. edd. Schrevel. Maitt. et Farnab.—9 Cosmi Thuan. cod.—10 Latere*

#### NOTÆ

2 *Majus in fenestra*] Sic prædium sibi a Lupo datum per varias comparationes valde extenuat Poëta.

4 *Ruta*] Herbæ genus, Gallice *de la rue*: nemora vero Dianæ sacra fuisse sæpius dictum.

9 *Quam costi folium*] Radix est peregrina eximio odore, Plinius lib. XII. cap. 12. Piper 'crudum' dixit, hoc est, acre, vel nondum maturum.

15 *Mariscæ*] Ficus sunt insipidæ: alias mariscæ ulceris genus est.

18 *Sus Calydonius*] De quo lib. Spect. Epig. 15.

19 *Procnes*] Quæ fuit in hirundinem mutata, cujus historia satis nota: hoc est, tota seges mei prædii vix sufficit conficiendo uni hirundinis nido.

Vix implet cochleam peracta messis,  
 Et mustum nuce condimus picata.  
 Errasti, Lupe, litera sed una :  
 Nam quo tempore prædium dedisti,  
 Mallem tu mihi prandium dedisses.

25

*implet cochleam, et condimus mustum nuce picata. O Lupe, errasti, sed una litera. Quo enim tempore donasti prædium, mallem tu mihi donasses prandium.*

Vat.—12 *Urticam* Ms. Beverl.—23 *Coclear* id.—25 ‘Pulmann. cod. legit *literis duabus*, sed vitiose.’ *Marg. ed. Paris.* 1617.

## NOTÆ

24 *Nuce picata*] Resina nempe et pice oblinebantur vasa, quibus vinum condebatur, ne spiritus vini subtiliores evanescerent. 27 *Mallem tu*] Hoc est, litera una mutata mallem prandium quam prædium.

## XIX.

IN GALLAM.

QUÆRIS cur nolim te ducere, Galla? diserta es.  
 Sæpe solœcismum mentula nostra facit.

1 *Dis. est* edd. vett.

## NOTÆ

Pete hujus Epigrammatis ingenium et expositionem a Juven. Sat. vi. 448. et 457. Ad Lucilii item Epig. lib. II. cap. 46. Anthologiæ, τῆ χειρὶ σολοικίζει. Martialis, inquit Brodæus, Lanuvii ad portas non arrigens dicit, ‘Sæpe solœcismum,’ &c.

## XX.

AD LECTOREM GRAVEM.

CÆSARIS Augusti lascivos, livide, versus  
 Sex lege, qui tristes verba Latina legis.  
 Quod futuit Glaphyren Antonius, hanc mihi pœnam  
 Fulvia constituit, se quoque uti futuam.

*Ad lectores* ed. Barb.—4 *Ego fut.* cod. Pulmann.

## NOTÆ

1 *Cæsaris, &c.*] Duo primi versus sunt Martialis, ut et duo ultimi: hexastichon intermedium Augusti erat: quod citat Poëta ad excusandam carminis sui lasciviam. 3 *Quod futuit, &c.*] Fulvia uxor

Fulviam ego ut futuam? quid si me Manius oret, 5  
 Pædicem? faciam? non puto, si sapiam.  
 Aut futue, aut pugnemus, ait: quid, quod mihi vita  
 Carior est ipsa mentula? signa canant.  
 Absolvit lepidos nimiram, Auguste, libellos,  
 Qui scis Romana simplicitate loqui. 10

## NOTÆ

Marci Antonii (inquit Octavius) incitante Manio, quo ulciscatur mariti sui petulantiam in Glaphyra, sese offert mihi corrupendam, imo petit: nego, horreoque non minus quam si me Manius oret ut, &c. Interminata deinde mihi bellum civile ni faciam, posthabeo ipsam vitam pudicitiae. 9 *Absolvit, &c.*] Apostrophe Poëtæ ad Augustum, supra.

## XXI.

## IN LYDIAM.

LYDIA tam laxa est, equitis quam culus aëni;  
 Quam celer arguto qui sonat ære trochus;  
 Quam rota transmisso toties intacta petauro,  
 Quam vetus a crassa calceus udus aqua;  
 Quam quæ rara vagos expectant retia turdos, 5  
 Quam Pompeiano vela negata Noto;  
 Quam quæ de phthisico lapsa est armilla cinædo,  
 Culcita Leuconico quam viduata suo;

1 *Lassa* Vat.—7 *Delphitico* edd. vett. Vid. Not. Var.—8 *Culcitra* Ald. Junt. Colin. *Leuconio* ed. Schrevel. ‘Pulmann. cod. legit *Culcita quam pluma quæ v. sua est.* Probatur mihi nostra scriptura magis.’ *Marg. ed. Paris.* 1617.

## NOTÆ

1 *Equitis, &c.*] *Equitis* pro *equi* positum censet cum aliis Brodæus Miscell. lib. x. cap. 33.

2 *Trochus*] Lib. XIV. Epig. 168.

3 *Rota petauro*] Turnebus ‘petaurum’ putat esse lignum per rotam a petaurista trajectum, lib. VIII. cap. 4. Cornelius Vitellius contra Georgium Merulam cap. 13. contendit petaurum ipsum esse petauristam qui se transmittit per rotam quasi in aëre volantem, nude nomen. Vide Mercur. lib. III. de arte gymnastica cap. 8.

4 *Crassa*] Cœnosa.

6 *Quam Pompeiano, &c.*] Quam vela theatri Pompeiani (vide lib. IX. Epig. 39.) quæ jacent laxa, ubi non tument sublata ventis.

7 *Phthisico* [*Delphitico*] Quas Delphi mittunt, inquit Domitius. P. Scriverius reponit *de phthisico, &c.* tabe diutina ac phthisi consumtis armillæ laxæ excidunt.

8 *Leuconico, &c.*] Lanæ genere, quo culcitra farciabantur. Pulmannus legit, *Culcita, quam pluma quæ viduata sua est.* Vide lib. XIV. Epig. 159.

Quam veteres brachæ Britonis pauperis, et quam  
 Turpe Ravennatis guttur onocrotali. 10  
 Hanc in piscina dicor futuisse marina.  
 Nescio: piscinam me futuisse puto.

## NOTE

9 *Bruchæ, &c.*] Femoralia quæ Britannis Gallis in usu. De quibus vide quæ Jos. Scalig. ad lib. iv. Propertii, et Is. Casaub. ad Sueton. August.

10 *Ravennatis guttur*] In Ravennæ paludibus degentis. *Onocrotali*] Avis

quæ Æliano lib. xvi. hist. Animalium cap. 4. Cela esse videtur. Gillius ibidem onocrotalum esse autumat, dictum a ruditu asini, ex ὄνος et κρόταλον, et Plinius lib. x. cap. 47.

## XXII.

## IN PÆDICONEM MASTURBANTEM.

MOLLIA quod nivei duro teris ore Galesi  
 Basia, quod nudo cum Ganymede jaces;  
 Quis negat hoc nimium? sed sit satis: inguina saltem  
 Parce fututrici sollicitare manu.  
 Levibus in pueris plus hæc, quam mentula, peccat; 5  
 Et faciunt digiti, præcipitantque virum.  
 Inde tragus, celeresque pili, mirandaque matri  
 Barba, nec in clara balnea luce placent.  
 Divisit natura mares: pars una puellis,  
 Una viris genita est: utere parte tua. 10

## NOTE

1 *Duro teris ore*] Barbato. *Galesi*] Pueri.

6 *Præcipitantque virum*] Ante tempus accelerant ætatem, faciem, et opus virile.

7 *Tragus, &c.*] Hircus, fætor alarum. Virus autem hirci redolent illi qui rem agunt veneream, quique ea

ætate sunt quæ Veneri sufficit, spiritu non coquente humorem, ut in pueris. Arist. Problem. et ab eadem causa pili, maxime in locis humidis. Lud. Cælius lib. x. cap. 54.

8 *Nec in, &c.*] Ne appareant pilosi.



## XXIII.

## IN SILAM.

NUBERE Sila mihi nulla non lege parata est :  
 Sed Silam nulla ducere lege volo.  
 Cum tamen instaret, decies mihi dotis in auro  
 Sponsa dabis, dixi : quid minus esse potest ?  
 Nec futuam quamvis prima te nocte maritus : 5  
 Communis tecum nec mihi lectus erit.  
 Complectarque meam, nec tu prohibebis, amicam :  
 Ancillam mittes et mihi jussa tuam.  
 Te spectante dabit nobis lasciva minister  
 Basia, sive meus, sive erit ille tuus. 10  
 Ad cœnam venies : sed sic divisa recumbes,  
 Ut non tangantur pallia nostra tuis.  
 Oscula rara dabis nobis, sed non dabis ultro :  
 Nec quasi nupta dabis, sed quasi mater anus.  
 Si potes ista pati, si nil perferre recusas : 15  
 Invenies qui te ducere, Sila, velit.

*In Syllam* Ald. Junt. Colin. Et hoc more scribunt in Epigrammate.—16  
*Malit De Rooy velim.*

## NOTÆ

- 1 *Nulla non*] Hoc est, qualibet conditione.  
 3 *Decies*] Centena millia sester-  
 tium, Epig. 105. Infra describit mores quibus uxorem præditam velit.

## XXIV.

## AD LABULLUM.

DUM te prosequor, et domum reduco,  
 Aurem dum tibi præsto garrienti,  
 Et quicquid loqueris, facisque, laudo,  
 Quot versus poterant, Labulle, nasci ?

*O Labulle, dum te comitor et reduco domum, dum accommodo aurem tibi garrienti, et laudo omnia tua dicta et facta, quot carmina poterant componi ? Tu non existimas*

*Ad Fabullum* Palat.—6 *Quid* cod. Pulmann. et ed. Farnab.

|                                              |    |
|----------------------------------------------|----|
| Hoc damnum tibi non videtur esse,            | 5  |
| Si quod Roma legit, requirit hospes,         |    |
| Non deridet eques, tenet senator,            |    |
| Laudat causidicus, poëta carpit,             |    |
| Propter te perit ? hoc, Labulle, verum est ? |    |
| Hoc quisquam ferat, ut tibi tuorum           | 10 |
| Sit major numerus togatorum,                 |    |
| Librorum mihi sit minor meorum ?             |    |
| Triginta prope jam diebus una est            |    |
| Nobis pagina vix peracta : sic fit,          |    |
| Cum cœnare domi poëta non vult.              | 15 |

*hoc esse damnum, si propter te perit, quod legit Roma, requirit hospes, non deridet eques, tenet senator, probat causidicus, arguit poëta. O Labulle, hocne æquum est ? Quisquamne patiatur hoc, ut habeas majorem numerum tuorum togatorum, ego vero habeam minorem meorum librorum ? Jam certe triginta diebus vix absolvi unam paginam : sic fit, cum poëta non vult cœnare domi.*

## NOTE

8 *Poëta carpit*] Poëtæ enim iu- cit Mæcenas, te quoque verum est  
det poëta. Tanto dissimilem, &c.

9 *Hoc verum est*] An æquum est ? 14 *Sic fit [est]* Ut negligantur stu-  
Sic Horatius : ' An quodcumque fa- dia, dum tecum cœnare cupio.

## XXV.

## IN LINUM.

ILLA salax nimium, nec paucis nota puellis,  
Stare Lino desit mentula : lingua cave.

## NOTE

2 *Lingua cave*] Epig. 78. lib. 1. et 62. infra.

## XXVI.

## AD TELESPHORUM PUERUM.

O MIHI grata quies, o blanda, Telesphore, cura,  
Qualis in amplexu non fuit aute meo ;

//////////

*Thelesph.* edd. Junt. et Farnab. *Puerum* omittunt edd. vett. et Farnab.—6

Basia da nobis vetulo, puer, uda Falerno,  
 Pocula da labris facta minora tuis.  
 Addideris super hæc Veneris si gaudia vera, 5  
 Esse negem melius cum Ganymede Jovi.

De Rooy conj. *Jorem*. Sed vulg. defendit amicus hujus V. C. dum ad eum scribit.

## NOTE

- 1 *Blanda cura*] Amor, deliciæ. labris tuis. 'Et qua tu biberis, hæc  
 4 *Facta minoru*] Trita, degustata ego parte bibam.' Ovid. lib. i. Eleg. 4.

## XXVII.

## AD FLACCUM.

FERREUS es, si stare potest tibi mentula, Flacce,  
 Cum te sex cyathos orat amica gari ;  
 Vel duo frustra rogat cybii, tenuemve lacertum,  
 Nec dignam toto se botryone putat :  
 Cui portat gaudens ancilla paropside rubra 5  
 Alecem, sed quam protinus illa voret :  
 Aut cum perfricuit frontem, posuitque pudorem,  
 Succida palliolo vellera quinque petit.  
 At mea me libram foliati poscat amica,  
 Aut virides gemmas, sardonychasve pares : 10  
 Nec nisi prima velit de Tusco Serica vico,  
 Aut centum aureolos, sic velut æra, roget.

2 Vid. Not. inf. *Dati* cod. Pulmann.—5 Gruter. legit *paraps*. et sic dat id. Ms.—12 Ms. Bodleian. *Num tu*. *Donare* pro *dare* cod. Palat. et ed. Barb.

## NOTE

- 1 *Stare potest*, &c.] In amica, quæ parvo pretio licet, ut quæ poscat sex vini cyathos, &c.  
 2 *Orat amica gari* [*dare*] Gruterus ex Palat. legit *amica gari*, quod et commentaria Calderini agnoscunt: 'Garum' est liquamen ex pisce.  
 3 *Cybii*] Piscis e pelamidum genere. Vide lib. v. Epig. 79.  
 4 *Botryone putat*] Ovis sepiarum, non racemo, ut vult Domitius.  
 5 *Paropside rubra*] Lance fictili.  
 7 *Aut cum*, &c.] Quod si majore cum fiducia velit magnum quiddam rogare, poscit illotam lanam in pallium.  
 9 *Foliati poscat amica*] Unguenti ex foliis nardi aliisque foliis odoratis. Vide Plinium et Pancirolum.  
 10 *Pares*] Geminas.  
 11 *Prima*] Optima. *Tusco serica vico*] Textura sericarum et bombycinarum vestium exercebatur in Tusco vico Romæ.

Nunc tu velle putas hæc me dare dona puellæ?  
Nolo: sed, his ut sit digna puella, volo.

## XXVIII.

DE NEPHRITICO, SED PHRENETICO.

INVASIT medicum sica nephriticus, Aucte,  
Et præcidit Hylan: hic, puto, sanus erat.

De n. seu p. ed. Farnab. De phr. medico edd. vett. De phr. ed. Maitt. De Nasica ed. Barb. Ad Auctum cod. Pulmann.—1. 2 Medicus s. phreneticus Eucti edd. vett. Medicum Nasica phr. Aucti cod. Pulmann. Medici Nasica phr. Aucti ed. Barb. Medicum s. phr. Aucte ed. Maitt. Percidit ed. Barb. Vid. Not. Var.

## NOTÆ

1 Sica] Interpretare mentulam. significat 'vulnerare,' et 'pædicare.' Jocatur in verbo 'præcidit,' quod

## XXIX.

AD PHYLLIDEM.

LANGUIDA cum vetula tractare virilia dextra  
Cœpisti, jugulor pollice, Phylli, tuo.  
Nam cum me murem, cum me tua lumina dicis;  
Horis me refici vix puto posse decem.  
Blanditias nescis: dabo, dic, tibi millia centum, 5  
Et dabo Setini jugera culta soli:  
Accipe vina, domum, pueros, chrysendeta, mensas.  
Nil opus est digitis: sic mihi, Phylli, frica.

3 Vitam pro murem edd. vett. et Farnab. 'Murem in Miscellan. etiam Politianus defendit: nam, quod in Pulmann. cod. est, fratrem, mutatum videtur et suppositum pro murem.' Marg. ed. Par. 1617. Vide Not. inf.—8 'Conjeci dederitne f. Poëta (Nil o. e. d.) dic mihi, Phylli; fricas.' De Rooy.

## NOTÆ

2 Jugulor pollice, &c.] 'Mentula malibus. mensque cadit,' lib. VII. Epig. 17.

3 Murem, [Vitam,] &c.] Lib. X. Epig. 68. Murem legit Angelus Politianus cap. 96. Miscel. quasi dicat salacissimum: ita enim esse mures scribit probatque Ælianus lib. XII. de Ani-

5 Blanditias nescis, &c.] Quæ mihi placeant: neque enim excitor palpantis vetulæ blanditiis; sed pretio, sed muneribus.

7 Chrysendeta, mensas] Lib. II. Epig. 43.

## XXX.

IN ZOILUM.

Os male caudicis et dicis olere poëtis :  
Sed fellatori, Zoile, pejus olet.

## NOTÆ

1 *Os male*] Propter maledicta hæc? 2 *Fellatori*] Tibi nempe. De Zoilo  
An studio diutino impedita concoctio? Lib. iv. Epig. 4. vide lib. iii. Epig. 2.

## XXXI.

IN CÆCILIUM.

ATREUS Cæcilius cucurbitarum  
Sic illas, quasi filios Thyestæ,  
In partes lacerat, secatque mille.  
Gustu protinus has edes in ipso,  
Has prima feret, alterave cœna, 5  
Has cœna tibi tertia reponet.  
Hinc seras epidipnidas parabit;  
Hinc pistor fatuas facit placentas;  
Hinc et multiplices struit tabellas,  
Et notas caryotidas theatris: 10

*Cæcilius Atreus cucurbitarum sic dilaniat, et secat illas in mille partes, quasi filios Thyestæ: statim comedes has in ipso gustu, prima aut secunda cœna feret has, tertia cœna tibi reponet illas. Ex his instruet seras epidipnidas, ex his pistor conficit insulas placentas, ex his parat multiplices tabellas, et caryotidas notas thea-*

*In Cæcilianum* edd. Schrevel. et Maitt. quod nec admittunt in Epigramma, nec possunt.—4 *Edens* Ms. in marg. ed. Par. 1617.—7 *Epidinnicas* cod. Be-

## NOTÆ

1 *Atreus*] Hoc est, qui dissecat cucurbitas, veluti Atreus filios fratris sui Thyestæ. Seneca in Thyest.

4 *Gustu protinus in ipso*] Hoc est, in cœnæ exordio, lib. x. Epig. 31. in secunda pariter et tertia mensa apponebantur cucurbitæ.

7 *Epidipnidas*] Bellaria intellige, quæ in secundis mensis apponchan-

tur, a verbo ἐπιδειπνέω, id est, secundam cœnam perago.

9 *Tabellas*] Hoc est, quadras de placenta, ut dixit lib. iii. Epig. 76. 'Nec te liba juvant, nec sectæ quadra placentæ.'

10 *Caryotidas*] Quæ sunt baccæ palmarum, lib. viii. Epig. 33.

Hinc exit varium coco minutal,  
 Ut lentem positam fabamque credas:  
 Boletos imitatur, et botellos,  
 Et caudam cybii, brevesque mœnas:  
 Hinc cellarius experitur artes, 15  
 Ut condat vario vafer sapore  
 In rutæ folium Capellianæ.  
 Sic implet gabatas, paropsidasque,  
 Et leves scutulas, cavaque lances.  
 Hoc lautum putat, hoc putat venustum, 20  
 Unum ponere ferculis tot assem.

*tris; ex his cocus conficit minutal varium, ut putes lentem positam, et fabam; imitatur boletos et botellos, et caudam cybii, et breves mœnas; ex his promus experitur artes, ut callidus vario sapore condat in folium rutæ capellianæ. Sic implet gabatas, et paropsidas, et leves scutulas, et cava lances. Hoc appellat lautum, hoc credit venustum, impendere unum assem in tot fercula.*

\*\*\*\*\*

verl.—16 Gruterus ex Palat. legit *Ut credat*.—17 *Ruta Capelliana* ed. Barb. *Rute Capelliana* Ald. Junt. Colin. *Rutæ Capellianu* ed. Par. 1617. Vult De Rooy *Ut condiat v. v. s. In rutæ folio Capellianus*.—18 Palat. *paropsidasque*.—20 *H. l. vocat* edd. vett. et Farnab. Legit Gruterus *putat*: ex quo ceteri.

#### NOTÆ

11 *Minutal*] Cibus erat ex variis rebus minutim concisis factus.

12 *Ut lentem*] Hoc est, ut pulsem existimes confectam ex lente et faba.

13 *Botellos*] Genus nempe farciminis, de quo lib. v. Epig. 78. ubi et de cybio piseæ dictum.

14 *Mœnas*] Pisciculos de quibus Plinius lib. xxxiii. cap. 7.

17 *In rutæ folium*] Id est, instar folii rutæ capellianæ, sic denominatæ vel a capillorum multitudine, vel a capris sylvestribus quæ illam depascunt. Legunt alii, *In ruta folium capelliana*, male.

18 *Gabatas, paropsidasque*] Lances sunt varii generis.

### XXXII.

#### IN NESTOREM.

NEC toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus,  
 Nec tibi de bibula sarta palude teges:

*Nec habes togam, nec focum, nec cubile tritum cimice, nec tegetem confectam*

\*\*\*\*\*

Codex Thuan. pro *In plerumque* habet *Ad*.—5 *Noster* Ms. Beverl.

#### NOTÆ

2 *Teges*] Gallice *natte*.

Nec puer, aut senior, nulla est ancilla, nec infans,

Nec sera, nec clavis, nec canis, atque calix.

Tu tamen affectas, Nestor, dici atque videri

5

Pauper, et in populo quæris habere locum.

Mentiris, vanoque tibi blandiris honore.

Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

*ex herba udae paludis. Nec habes puerum aut seniore, nec ancillam, nec infantem, nec seram, nec clavam, nec canem, nec poculum. Nihilominus, o Nestor, tu affectas dici et videri pauper, et quæris habere locum in populo. Mentiris, et tibi blandiris vano honore: O Nestor, non est paupertas habere nihil.*

#### NOTÆ

4 *Nec sera*] Sensus est: Nec habes  
servum atriensem, nec canem, qui  
ianuam custodiat.

pauper.'

8 *Non est paupertas*] Sed mera mendicitas; pauperes enim non sunt qui

5 *Tu tamen*] Lib. VIII. Epig. 19.  
'Pauper videri vult Cinna, et est

nihil omnino habent, sed mendici apellandi.

### XXXIII.

#### DE PRASINO.

SÆPIUS ad palmam Prasinus post fata Neronis

Pervenit, et victor præmia plura refert.

I nunc, Livor edax, dic te cessisse Neroni:

Vicit nimirum, non Nero, sed Prasinus.

*Post mortem Neronis Prasinus sæpe refert palmam, et victor reportat plura præmia: I nunc, Invidia edax, dic te cessisse Neroni: vicit nimirum, non Nero, sed Prasinus.*

3 *Tu* edd. Vett.

#### NOTÆ

4 *Prasinus*] De aurigarum factionibus dictum lib. VI. Epig. 46. Nero favebat Prasinæ, cujus victoriam sæpius reportatam favori tribuebant in-

vidi: at cum vinceret etiam mortu Nerone, Prasinum, seu factionem Prasinam, merito vicisse concludit Poëta.

### XXXIV.

#### DE APRO.

ÆDES emit Aper, sed quas nec noctua vellet

Esse suas; adeo nigra, vetusque casa est.

*Aper emit domum, sed quam nec esse suam vellet bubo; adeo atrum et vetus tu-*

Vicinos illi nitidus Maro possidet hortos.  
Cœnabit belle, non habitabit Aper.

*gurinum est. Maro nitidus possidet hortos vicinos illi. Aper cœnabit belle, non habitabit belle.*

*In Aprun ed. Barb.—3 Illic Ms. Beverl.*

## NOTE

1 *Ædes emit*] Optimo quidem con- vitaretur a nitido et lauto Marone suo  
silio, ut nempe sapius ad cœnam in- vicino.

## XXXV.

## AD FABULLUM.

IGNOTOS mihi cum voces trecentos,  
Quare non veniam vocatus a te,  
Miraris, quererisque, litigasque.  
Solutus cœno, Fabulle, non libenter.

*Cum invites trecentos ignotos mihi, miraris, et quereris, et litigas, cur non eam invitatus a te. O Fabulle, non libenter cœno solus.*

## NOTE

4 *Solutus cœno*] Cum ignotis enim sibi videbatur cœnare solus.

## XXXVI.

## DE CAIO PROCULO.

CAIUS hanc lucem gemma mihi Julius alba  
Signat, io votis redditus, ecce, meis.  
Desperasse juvat, veluti jam rupta sororum  
Fila: minus gaudent, qui timuere nihil.  
Hypne quid expectas piger? immortale Falernum 5  
Funde: senem poscunt talia vota cadum.

*Io en Caius Julius restitutus meis votis notat mihi hunc diem gemma candida. Jucundum est desperasse, tanquam jam rupta fuissent fila Parcarum: minus lætantur, qui nihil metuerunt. O segnis Hypne, quid moraris? funde immortale Falernum, cadus vetus debetur hujusmodi votis. Potemus quincunces, et sex cya-*

## NOTE

1 *Gemma alba*] De hac formula dictum lib. viii. Epig. 45. Hujus vero 1. Epig. 71.  
3 *Desperasse*] Vitam Proculi.  
Proculi mentionem fecit Poëta lib.



Quincunces, et sex cyathos, bessemque bibamus,  
Caius ut fiat Julius, et Proculus.

*thos, et bessem, ut fiat Caius Julius, et Proculus.*

## NOTE

7 *Quincunces*] De hoc bibendi more cyathis, septem Justina bibatur.' dictum lib. I. Epig. 72. 'Nævia sex

## XXXVII.

IN ZOILUM.

ZOILE, quid tota gemmam præcingere libra  
Te juvat, et miserum perdere sardonycha?  
Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus:  
Non eadem digitis pondera conveniunt.

*O Zoile, quid te jurat circumdare gemmam integra libra auri, et perdere miserum sardonycha? paulo ante iste annulus convenerat tuis cruribus: non eadem pondera apta sunt digitis.*

3 *Tuus Ms. Beverl.*

## NOTE

1 *Quid tota gemmam*] Juvenalis Sat. I. sic invehitur in Crispinum: 'Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum, Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ.'

2 *Et miserum*] Hoc est, occultare nimio auro.

3 *Annulus iste*] Vide lib. III. Epig. 29. 'Has cum gemina compe de dicat catenas, Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.' Nam ex servo factus erat eques Zoilus, cujus cruribus magis quam digitis conveniebant anuli; sive *anuli*, ut scribebant veteres.

## XXXVIII.

DE MULIONE SURDO.

MULIO viginti venit modo millibus, Aule.  
Miraris pretium tam grave? surdus erat.

*Paulo ante mulio venditus est viginti millibus, Aule: an miraris mercedem tam ingentem? erat surdus.*

1 *Aucte ed. Barb. et sic alii legunt, notante Farnab.*

## NOTE

2 *Surdus erat*] Atque ita delator esse nequibat, si forte ejus dominus liberius quid dixisset; nec de crimi-

nibus sui domini a quoquam interrogandus erat.

## XXXIX.

## IN CHARIDEMUM.

CUNARUM fueras motor, Charideme, mearum,  
 Et pueri custos, assiduusque comes.  
 Jam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba,  
 Et queritur labris puncta puella meis.  
 Sed tibi non crevi : te noster villicus horret : 5  
 Té dispensator, te domus ipsa pavet.  
 Ludere nec nobis, nec tu permittis amare :  
 Nil mihi vis, et vis cuncta licere tibi.  
 Corripis, observas, quereris, suspiria ducis ;  
 Et vix a ferulis abstinet ira manum. 10  
 Si Tyrios sumsi cultus, unxive capillos ;  
 Exclamas, Nunquam fecerat ista pater.  
 Et numeras nostros astricta fronte trientes,  
 Tanquam de cella sit cadus ille tua.  
 Desine : non possum libertum ferre Catonem. 15  
 Esse virum jam me dicet amica tibi.

*O Charideme, fueras motor mearum cunarum, et custos pueri, atque assiduus comes. Jam sudaria nigrescunt tonsa mea barba, et puella puncta meis labris queritur: at non adolevi tuo judicio: noster villicus horret te, dispensator, domus ipsa timet te. Nec tu permittis nobis joculari, nec amare: nihil vis mihi, et vis omnia licere tibi. Reprehendis, observas, quereris, suspiras, et iracundia tua vix cohibet manum a ferulis. Si sumsi Tyrios cultus, aut unxi comas; exclamas, Nunquam genitor fecerat ista, et contracta fronte numeras nostros trientes, veluti ille cadus sit de tua cella. Cessa: nequeo pati libertum Catonem. \* \**

1 *Motor*. Vid. Var. Not.—4 *Juncta* Ms. Beverl.—7 *Nedum* pro *nec tu* malit de Rooy.—10 *Temperat ira tua* id.—15 *Liber tum* Thuau. cod.—16 *Decet* Beverl. Ms.

## NOTE

1 *Motor*] Hoc est, mihi infanti cunas movisti. Alii, *monitor*, minus bene.

3 *Sudaria*] Lintea quæ barbam tonsam excipiunt.

5 *Sed tibi non crevi*] Sed nondum adolevisse me existimas, et me ut imuberem redarguis.

11 *Si Tyrios*] Vestes purpureas intellige.

13 *Et numeras*] Sensus est: Numeras quot hauriam cyathos.

15 *Catonem*] Hoc est, Libertum tolerare nequeo, qui Catonem, seu censorem se gerat.

## XL.

## DE LUPERCO.

FORMOSAM Glyceren amat Luperceus,  
 Et solus tenet, imperatque solus :  
 Quam toto sibi mense non fututam  
 Cum tristis quereretur; et roganti  
 Causam reddere vellet Æliano :  
 Respondit, Glyceræ dolere dentes.

5

## NOTÆ

4 *Cum tristis*] Cum cansatus est non potiretur amica, aperte fatebatur dolorem dentium in causa fuisse, cur se capiti Glyceræ illudere.

## XLI.

## DE AMYNTA.

INDULGET pecori nimium dum pastor Amyntas,  
 Et gaudet fama, luxuriaque gregis :  
 Cedentes oneri ramos, sylvamque fluentem  
 Vicit, concussas ipse secutus opes.  
 Triste nemus diræ vetuit superesse rapinæ,  
 Damnavitque rogis noxia ligna pater.  
 Pingues, Lygde, sues habeat vicinus Iolas :  
 Te satis est nobis annumerare pecus.

5

*Dum pastor Amyntas nimis curat pecus, et letatur fama, et pinguedine gregis; superavit ramos imparce oneri, atque arlorem fatiscentem ipse secutus opes excussas. Pater prohibuit nemus triste superesse crudeli casui, et damnavit noxia ligna rogis Amyntæ. O Lygde, vicinus Iolas habeat pingues sues: nobis sufficit a te numerari pecus.*

4 *Decussas* vult de Rooy.

## NOTE

2 *Et gaudet fama*] Hoc est, inquit Farnabius, dum laudem quærit ex pinguibus factis snibus. *Luxuria* hic significat pinguedinem.

3 *Cedentes*] Sensus est: Amyntas conscendit quercum glandibus onustam, et incurvatam, cujus ramis fatiscentibus, et cedentibus oneri, nec tamen fractis, cecidit Amyntas; atque excussas opes, hoc est, glandes, se-

cutus periit.

5 *Diræ rapinæ*] Amyntæ scilicet sui filii, in cujus rogo arborem patulam nempe excisam comburi jussit.

7 *Pingues*] Sensus est: O Lygde, ne invidias alieno pecori, nec nostrum nimis cures, sed cave tibi a simili casu; sufficit enim te nullum ex snibus nostris amittere.

## XLII.

IN CÆCILIANUM.

VIVIDA cum poscas epigrammata, mortua ponis  
 Lemmata : qui fieri, Cæciliane, potest ?  
 Mella jubes Hyblæa tibi, vel Hymettia nasci :  
 Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api ?

O Cæciliane, cum requiras vegeta epigrammata, præbes mortua argumenta, quid potest fieri? Visne tibi nasci mella Hyblæa, aut Hymettia, cum apponis thyma Corsici api Atticæ?

2 Quid edd. vett. Quis flere Ms. Beverl.

## NOTE

1 Vivida] Hoc est, nobilia et præclara.

Mortua] Vilia atque abjecta.

3 Hyblæa] Vide Epig. 46. lib. II. et Epig. 88. lib. VII.

4 Et thyma Corsica] Amara scilicet, ex quibus vel apes Atticæ mel dulce conficere nequeant. Sic se api, argumentum vero flori comparat Poëta.

## XLIII.

IN UXOREM.

DEPRENSUM in puero tetricis me vocibus, uxor,  
 Corripis, et culum te quoque habere refers.

Dixit idem quoties lascivo Juno Tonanti ?

Ille tamen gracili cum Ganymede jacet.

Incurvabat Hylam posito Tiryntius arcu :

5

Tu Megaram credis non habuisse nates ?

Torquebat Phœbum Daphne fugitiva : sed illas

Æbalius flammas jussit abire puer.

Ad ux. ed. Barb.—4 Grandi Ms. in marg. ed. Par. 1617. et ed. Barb. et sic alii legunt, notante editore Delph.

## NOTE

5 Incurvabat, &c.] Ad turpe ministerium, quod Juven. 'inclinabat,' Sat. IX. 26. et Sat. X. 224. Tiryntius arcu] Hercules, a Tirynto oppido, ubi nutritus est cultusque.

6 Megaram, &c.] Uxorem Herculis.

8 Æbalius, &c.] Hyacinthus, ex Amyclis Laconicæ civitate. Vide lib. XIV. Epig. 173.

Bryseis multum quamvis aversa jaceret,  
 Æacidæ propior levis amicus erat.

10

Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus ;  
 Teque puta cum nos, uxor, habere duos.

## NOTE

9 *Bryseis multum, &c.*] Brysei filia Hippodamia, Achillis amica.

10 *Levis amicus erat*] Patroclus imberbis.

11 *Parce tuis igitur, &c.*] Ne putes illam partem in fœminis æque gratam esse atque in maribus : lib. xii. Epig. 97.

## XLIV.

## AD SENEM ORBUM.

ORBUS es, et locuples, et Bruto consule natus :

Esse tibi veras credis amicitias ?

Sunt veræ : sed quas juvenis, quas pauper habebas.

Qui novus est, mortem diligit ille tuam.

*Orbus es, et dives, et natus Bruto consule : an putas te habere veros amicos ? Sunt veri, sed quos habebas juvenis utque inops : qui recens est amicus, ille amat tuum interitum.*

Ad s. o. de amicis cod. Thuan.

## NOTE

1 *Bruto consule*] Hoc est, decrepitu-  
 tus es : Brutus exactis regibus pri-  
 mus consul fuit.

4 *Mortem*] Atque ita insidiatur tuæ hæreditati.

## XLV.

## IN CANTHARUM.

INTRASTI quoties inscriptæ limina cellæ,

Seu puer arrisit, sive puella tibi :

1 *Lintea*. Vid. Burmann. ad Petron.—5 *Suspectio* cod. in marg. ed. Par. 1617.

## NOTE

1 *Inscriptæ liminu*] Titulum profes-  
 sæ et habentis nomen inscriptum lu-  
 pæ, quæ ibi merebatur. Juven. Sat.  
 vi. 124. *Cellæ*] Gloss. *Cella, οἰκημα*.  
 Servulorum proprie receptacula, et  
 partes ædium abstrusiores, ubi servi  
 habitant, 'Cellæ' dicuntur. Sed

'cellæ' sæpe cubilia meretricum,  
*φωλεὶ ἐταρῶν*. Erant vero 'cellæ'  
 non ipsa lupanaria, sed receptacula  
 in lupanaribus, in quibus eran-  
 t plures cellæ, tanquam cubicula,  
 ubi scorta stabant. Quæ et præfixos ha-  
 bebant titulos, ubi nomina meretricum,

Contentus non es foribus, veloque, seraque,  
 Secretumque jubes grandius esse tibi.  
 Oblinitur minimæ si qua est suspicio rimæ,  
 Punctaque lasciva quæ terebrantur acu.  
 Nemo est tam teneri, tam solicitique pudoris,  
 Qui vel pædicat, Canthare, vel futuit.

5

et editio Matt. et sic legend. plane, notat Flosculus.

## NOTE

quæ ibi merebantur, inscripta erant ;  
 ita ut qua quæque cella staret, ex  
 inscriptione nosse posses. Juven.  
 Sat. vi. de Messalina: 'Et nigrum  
 flavo crinem,' &c. Ceterum nudæ  
 stabant meretrices, ut eas inspicere  
 possent amatores, ne qua occulta labe  
 fallerentur.

3 *Veloque, seraque*] Epig. 35. lib. 1.  
 vers. 5. et Juven. Sat. viii. 168.

4 *Secretumque, &c.*] Grandius sce-  
 lus cogitas, grandius secretum pos-  
 tulas.

6 *Lasciva acu*] Calamistro. 'Acu  
 lascivior comam sibi inserunt.' Ter-  
 tullianus de virgine velanda cap. 12.

## XLVI.

## IN MÆVIUM.

JAM, nisi per somnum, non arrigis, et tibi, Mævi,

Incipit in medios meiere verpa pedes :

Truditur et digitis pannucea mentula lassis,

Nec levat extinctum sollicitata caput.

Quid miseros frustra cunnos, culosque laccessis ?

5

Summa petas : illic mentula vivit anus.

1 *Et tibi nervus* cod. in Ms. marg. ed. Par. 1617.—2 *Et medios* Ald. Junt.  
 Colin. Farnab. *Et medicos* ed. Par. 1617. *In medios* melius esse notat  
 Schrevel. et post eum editor Delph.—5 *Q. frustra c. c. l. inepte* cod. in marg.  
 ed. Par. 1617.

## NOTE

3 *Pannucea, &c.*] Debilis, laxa, ru-  
 gosa : quod et de pomis dicitur. Pli-  
 nius lib. xv. cap. 15. et Macrobius  
 lib. iii. cap. 19.

6 *Summa petas*] Os. *Illic mentula  
 vivit*] Epig. 50. lib. iv. *Anus*] Vide  
 Epig. 40. et Epig. 106. lib. 1.

## XLVII.

## IN BLATTARAM.

OMNIA fœmineis quare dilecta catervis  
 Balnea devitat Blattara? ne futuat.  
 Cur nec Pompeia lentus spatiat in umbra,  
 Nec petit Inachidos limina? ne futuat.  
 Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus  
 Perfundit gelida Virgine? ne futuat.  
 Cum sic fœminei generis contagia vitet,  
 Cur lingit cunnum Blattara? ne futuat.

5

*In Lattaram* id. cod. Quam rationem servat in Epigrammate.—3 *Pompeiam* id. Ms.

## NOTÆ

- 3 *Pompeia, &c.*] Porticu Pompeii, ven. Sat. vi. 490.  
 Epig. 14. lib. 11.     5 *Lacedæmonio luteum*] Palæstram  
 4 *Inachidos limina, &c.*] Isidis porticum sen templum, ubi conventus et inveniebant exercebantque Lacedæmonii.  
 colloquia de adulteriis. 'Multos illa Ceromate corpus] Epig. 58. lib. 111.  
 facit, quod fuit ipsa Jovi.' Ovidius 11. 6 *Virgine, &c.*] Aqua, Epig. 20.  
 de Arte. 'Isiacæ sacraria lenæ.' Ju- lib. v.

## XLVIII.

## IN SILIUM ITALICUM.

SILIUS hæc magni celebrat monumenta Maronis,  
 Jugera facundi qui Ciceronis habet.  
 Hæredem dominumque sui tumulive Larisve  
 Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.

*Silius qui possidet villam eloquentis Ciceronis, colit hæc monumenta magni Maronis. Nec Maro nec Cicero optaret alium hæredem et dominum sui sepulcri et domus.*

*Italicum* omittunt edd. Par. 1617. et Farnab. *De Silio* Ald. Junt. Colin. *De Silio Italico* poëta ed. Barb.—1 *Hic* Ms. in marg. ed. Paris. 1617.—3 Sic cod. Beverl. *Tumulive* edd. vett. et Maitt. et Farnab.

## NOTÆ

- 1 *Silius*] De quo Epig. 63. lib. vii. cap. 1.  
 Virgilio sepulcrum in agro Neapolitano assidue coluit Silius, et Ciceronis villam emit, teste Plinio lib. xxxi. 4 *Non alium*] Fuit enim orator, et poëta.

## XLIX.

DE SILIO.

JAM prope desertos cineres, et sancta Maronis

Nomina qui coleret pauper, et unus erat.

Silius optatæ succurrere censuit umbræ,

Silius et vatem, non minor ipse, tulit.

*Jam pauper, et solus erat, qui veneretur cineres fere derelictos, et sancta nomina Maronis. Tandem Silius subvenit agello Arpino, atque ager ille non minus servit poetæ.*

*De eodem ed. Barb. Hoc et sequens Epig. inter se commutant edd. vett. et Farnab. et Delph.—1 Sicca Ms. Beverl.—3 Sci. id. Ms. S. Arpino tandem succurrere agello edd. vett. Vide Not. Var.—2 Minus edd. vett. Sunt consulendæ Not. Var. ‘Ita vss. contaminatissimos censeo scribendos, ex codd. vetustorum vestigiis: S. Andinæ succurrere censuit umbræ: S. en vatem, non minor ipse, colit.’ Heins. ad Ep. II. Sabini.*

## NOTÆ

1 *Jam prope desertos*] Idem argumentum ac Epig. 49. supra. De Virgiliano prædio apud Arpinates a Silio emto: non fuit tumultus Virgilii Arpini, sed duobus millibus passuum ab urbe Neapoli, ut Servius, et ex Servio Leander docet, in Campania, ubi fatetur nesciri hodie certum tumuli Virgiliani locum. Cineres ergo hic memoriam Virgilii interpretare, ut mens est Martialis, cum subjungit ‘nomina Maronis.’ Ita Raderus.

3 *Silius optatæ [Arpino]* Prope Arpinum possederat hunc agellum Vir-

gilius, quem emerat Silius, ut ejus memoriam illic celebraret. Legunt alii, *Silius optatæ succurrere censuit umbræ*. Alii, *Silius Andino tandem succurrit agello*. Andes vero Maronis patria, Lombardiæ transpadanæ vicus, Mantuani territorii. Judicet lector.

4 *Non minor [minus]* Ille non minus servit domino vati, nempe Silio, quam antea Virgilio. Lipsius lib. I. Epist. 5. legit, *Et vatem non minor ipse colit*. Quæ lectio videtur melior.

## L.

IN PHYLLIDA.

NULLA est hora tibi qua non me, Phylli, furentem

Despolies: tanta calliditate rapis.

Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto:

Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis.

*O Phylli, nullam præteris horam, qua non spolies me perditum amore tui; tam callide rapis. Nunc fraudulenta ancilla flet speculo attrito, vel gemma decidit a*

## NOTÆ

3 *Speculo relicto*] Hoc est, amisso, vel attrito; res enim relictæ, ut ait Delph. et Var. Clas.

Domitius, consumptæ dicuntur. 4 *Vel lapis*] Pretiosus nempe.

Martial.

3 G



Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt : 5  
 Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx.  
 Amphora nunc petitur nigri cariosa Falerni,  
 Expiet ut somnos garrula saga tuos.  
 Nunc ut emam grandemve lupum, mullumve bilibrem,  
 Indixit cœnam dives amica tibi. 10  
 Sit pudor, et tandem veri respectus, et æqui.  
 Nil tibi, Phylli, nego : nil mihi, Phylli, nega.

*digito, vel lapis ab aure. Nunc bombycina furtiva possunt lucro cedere. Nunc siccus onyx Cosmi ostenditur mihi. Nunc poscitur amphora mucida nigri Falerni, ut saga loquax procuret tuos somnos. Nunc ut emam aut grandem lupum, aut mullum bilibrem, dives amica invitavit se ad tuam cœnam. Tandem habes verecundum, et rationem veri, et æqui : o Phylli, nihil tibi recuso \* \*.*

## NOTE

5 *Nunc furtiva*] Sericæ vestes furtivæ, ait ancilla, tam vili pretio emi possunt, ut lucriferi videantur. 88. lib. I. et Epig. 81. lib. III.  
 7 *Cariosa*] Vinum vetus petitur.  
 8 *Expiet*] Vide Epig. 54. lib. VII.  
 6 *Siccus onyx*] Pyxidem intellige, 'Jam prior ad fœcem sed et hæc vindemia venit, Exorat noctes, dum mihi saga tuas.'

## LI.

## DE TITIO.

TANTA est quæ Titio columna pendet,  
 Quantam Lampsaciæ colunt puellæ.  
 Hic nullo comitante, nec molesto,  
 Thermis grandibus, et suis lavatur :  
 Anguste Titius tamen lavatur. 5

## NOTE

1 *Columna pendet*] Priapus, αἰδοῖον. 5 *Anguste Titius, &c.*] Ipse ingeus  
 2 *Lampsaciæ, &c.*] Epig. 17. lib. XI. et ἀνδροσάθης : an quia sub aquis mas-  
 et lib. III. Epig. 68. turb.

## LII.

## AD JULIUM CEREALEM.

CÆNABIS belle, Juli Cerealis, apud me :  
 Conditio est melior si tibi nulla, veni.

O *Juli Cerealis, bene cœnabis apud me : si nullum habes conditionem meliorem,*

- Octavam poteris servare : lavabimur una :  
 Scis, quam sint Stephani balnea juncta mihi.  
 Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo 5  
 Utilis, et porris fila resecta suis :  
 Mox vetus, et tenui major cordylla lacerto ;  
 Sed quam cum rutæ frondibus ova tegant.  
 Altera non deerunt tenui versata favilla ;  
 Et Velabrensi massa recocta foco : 10  
 Et quæ Picenum senserunt frigus olivæ :  
 Hæc satis in gustu : cetera nosse cupis ?  
 Mentiar, ut venias : pisces, conchylia, sumen,  
 Et cortis saturas, atque paludis aves :  
 Quæ nec Stella solet rara nisi ponere cœna. 15  
 Plus ego polliceor : nil recitabo tibi.

*accede. Potris observare horam octavam; lavabimur simul: novisti, quam vicina sint mihi balnea Stephani. Prima tibi apponetur lactuca idoneu solvendo ventri, et fila resecta ex suis porris; mox vetus cordylla, et major tenui lacerto; sed quam operiunt ova cum foliis rutæ. Altera ova non deficient versata tenui favilla; et massa recocta foco Velabrensi. Et olivæ quæ expertæ sunt frigus Picenum. Hæc sufficiunt in gustu. Visne scire cetera? ut venias mentiar pisces, conchylia, sumen, et pingues aves cortis, et paludis: quæ nec apponere solet Stella nisi rara cœna.*

2 Est omittunt Ald. Junt. Colin. Alios legere C. m. si t. n. venit notat Farnab.—9 Alea Vat.—10 Massica cocta Ms. Beverl. Coactu Gruter. ex Palat.—13 Id. vult ex eod. colyphia.—15 Mensa pro cœna Ms. Beverl.—17

## NOTÆ

- 1 *Juli Cerealis*] Qui fuit poëta illustis, de quo Plinius junior lib. II. Epist. 19. Vide Epig. 8. lib. IV.  
 4 *Stephani*] Cujus mentionem fecit Suetonius in Domit. nescio an sit idem.  
 5 *Lactuca*] De lactucis et porris Epig. 47. lib. III.  
 7 *Cordylla*] De hoc genere piscis Epig. 2. lib. III. et Epig. 1. lib. XIII.  
 8 *Sed quam*] Epig. 8. lib. X. ‘Secta coronabunt rutatos ova lacertos.’  
 9 *Tenui versata*] Sorbilia ova intellige. Sic Ovid. VIII. Metam. ‘Ovaque non acri leviter versata favilla.’  
 10 *Et Velabrensi*] Caseum Velabrensem interpretare foco et fumo induratum, Epig. 32. lib. XIII. Ve-
- labrum vero regio erat urbis Romæ.  
 11 *Et quæ Picenum*] Epig. 44. lib. I.  
 12 *Hæc satis in gustu*] Hoc est, in exordio cœnæ, Epig. 32. supra. Sensus est, inquit Raderus, caput cœnæ lautiori apponam verbis. In lautioribus conviviis locum præcipuum habebant pisces, ut fuse explicat Heraldus. *Conchylia* sunt ostrea, *Sumen* autem papilla suis effætæ: Epig. 44. lib. XIII.  
 15 *Quæ nec Stella*] De quo Epig. 8. lib. I.  
 16 *Nil recitabo*] Vide Epig. 79. lib. V. Horat. ‘Indoctum doctumque fugat recitator acerbus.’

Ipse tuos nobis relegas licet usque Gigantas,  
Rura vel æterno proxima Virgilio.

*Plus ego promitto, nihil recitabo tibi.* Licet vero ut ipse semper relegas tuos Gigantas, et rura proxima vel immortalis Virgilio.

Giganto cod. in marg. ed. Par. 1617. Vide Heins. ad Ov. Met. i. 152.—18 Rara Ms. Beverl. et Lugdunensis, et edd. Ald. Junt. Colin. Vid. Var. Not.

## NOTÆ

17 Gigantas] Hoc est, pœma de inferius Georgicis Virgillii. Gigantibus, et de agricultura, non

## LIII.

## DE CLAUDIA RUFINA.

CLAUDIA cœruleis cum sit Rufina Britannis

Edita, quam Latiā pectora plebis habet!

Quale decus formæ! Romanam credere matres

Italides possunt, Atthides esse suam.

Di bene, quod sancto peperit fœcunda marito,

Quod sperat generos, quodque puella nurus.

Sic placeat superis, ut conjuge gaudeat uno,

Et semper natis gaudeat illa tribus.

5

*Cum Claudia Rufina sit nata a cœruleis Britannis, qua ratione habet mores gentis Romanæ! quale ornamentum formæ! matres Romanæ et Atticæ possunt sibi vendicare illam. O factum bene, quod fœcunda peperit sancto marito. Quot generos expectat, et quot nurus illa mater! Sic placeat Diis, ut lætetur uno marito, et illa semper habeat jus trium liberorum.*

Rufina Ald. Junt. Colin. et sic in primo vs.—2 Cur edd. vett. et Farnab. Vid. Not. Var.—3 Matrem Ms. Beverl.—4 Achides id.—6 Quot . . . quotque edd. vett.

## NOTÆ

1 Claudia] Eadem forte de qua Epig. 13. lib. iv.

Cœruleis Britannis] Quod se glasto colorabant, vel quod cœrulei dicuntur insulares, ut ait Domitius. Vide Epig. 99. lib. xiv.

4 Italides] Vel propter linguam Latinam et Græcam, quam callebat, ut Domitius; vel propter formæ elegantiam, ut censet Raderus. Atthis

vero, a qua Atthides dicuntur, fuit una Cranai regis Atheniensium filia, a qua regio Attica denominata est.

6 Quot [Quot] Illa scilicet juvenis uxor speratura est plures generos suis filiabus, et plures nurus suis filiis.

8 Gaudeat illa tribus] De jure trium liberorum dictum Epig. 92. lib. ii.

## LIV.

## IN ZOILUM.

UNGUENTA, et casias, et olentem funera myrrham,  
 Thuraque de medio semicremata rogo,  
 Et quæ de Stygio rapuisti cinnama lecto,  
 Improbe de turpi, Zoile, redde sinu.  
 A pedibus didicere manus peccare protervæ. 5  
 Non miror furem, qui fugitivus erat.

*O Zoile nequam, restitue de turpi sinu unguenta, et casias, et myrrham olentem funera, et thura semicremata ex media pyra, et cinnama quæ abstulisti ex lecto Stygio. Manus petulantes peccare didicerunt a pedibus: non miror Zoilum furem, qui erat fugitivus.*

4 *De prompto* cod. Beverl.—6 *Præfert eras* de Rooy.

## NOTE

1 *Unguenta, et casias*] Munera nempe, quæ rogis imponi solebant, Epig. 97. lib. x. Stygius vero lectus feretrum est, quod violasse summum scelus habitum est.

5 *A pedibus*] Servus enim fugitivus fuerat Zoilus, atque ita fugiens a domino, jam se ipsum illi surripuerat: pedum ergo exemplum secutæ sunt manus. De Zoilo sæpius dictum.

## LV.

## DE LUPO, AD URBICUM.

HORTATUR fieri quod te Lupus, Urbice, patrem,  
 Ne credas: nihil est, quod minus ille velit.  
 Ars est captandi, quod nolis velle videri:  
 Ne facias optat, quod rogat ut facias.  
 Dicat prægnantem tua se Cosconia tantum: 5  
 Pallidior fiet jam pariente Lupus.

*O Urbice, ne credas quod Lupus impellit te fieri genitorem: nihil est quod ille minus cupiat. Ars est captandi velle videri quod nolis: cupit ne agas, quod orat ut agas. Cosconia tua duntaxat prædicet se prægnantem: Lupus fiet pallidior jam pa-*

*Ad U. de L.* ed. Barb. *De L.* omittunt edd. vett. et Delph.

## NOTE

1 *Fieri patrem*] Nempe adoptando filium, vel potius generando, cui relin-

5 *Tua Cosconia*] Uxor tua.

At tu consilio videaris ut usus amici,  
Sic morere, ut factum te putet esse patrem.

*riente. At ut tu videaris secutus consilium amici, sic occumbe, ut ille credat te factum genitorem.*

## NOTÆ

8 *Ut factum*] Hoc est, morere facto relinquant.  
testamento, in quo captatori nihil

## LVI.

## IN CHÆREMONEM.

QUOD nimium laudas, Chæremone Stoice, mortem,  
Vis animum mirer suspiciamque tuum.  
Hanc tibi virtutem fracta facit urceus ansa,  
Et tristis nullo qui tepet igne focus.  
Et teges, et cimex, et nudi sponda grabati,  
Et brevis, atque eadem nocte dicque toga.  
O quam magnus homo es, qui fæce rubentis aceti,  
Et stipula, et nigro pane carere potes!  
Leuconicis agedum tumeat tibi culcita lanis,  
Constringatque tuos purpura texta toros: 10

*O Chæremone Stoice, quod nimium commendas mortem, vis ut mirer animum tuum, et venerer. Urceus fracta ansa tibi conciliat hanc virtutem, et focus mæstus qui nullo igne tepet, et teges, et cimex, et sponda nudi grabati, et brevis toga, atque eadem die ac nocte. O quam magnus es homo, qui vales privare te fæce rubentis aceti, et stipula, et nigro pane! Agedum habes culcitram tumentem lanis Lingonicis, et purpura texta ardet tuos lectos. \* \* O quam tu optes ter agere annos Nes-*

5 *Atque cim.* Ald. Junt. Colin. et sic cod. in marg. ed. Par. 1617. Quod annotator in ejusd. marg. damnat.—9 Sic Ms. in ejusd. marg. *Lingonicis* edd. vett. *Leucoinicis* cod. Beverl. Vid. not. inf.—10 Malit de Rooy *Constatnatque. Pexa* Mss. Beverl. et in marg. ed. Par. 1617. et edd. Schrevel.

## NOTÆ

5 *Et teges, &c.*] Epig. 33. supra.  
6 *Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus.*

*Et nudi sponda*] Epig. 93. lib. 1.

7 *O quam*] Per ironiam.

9 *Leuconicis* [*Lingonicis*] Vide Epig. 159. lib. xiv. cujus lemma est ‘To-

mentum Lingonicum.’ Turnebus lib. viii. cap. 4. legit *Leuconicis*: tomenta enim Leuconica sic existimat dicta a Leuconico loco. Alii existimant lanas sic dictas a candoris præstantia. Vide etiam Epig. 54. lib. 1.

Dormiat et tecum, qui, cum modo Cæcuba miscet,

Convivas roseo torserat ore, puer :

O quam tu cupies ter vivere Nestoris annos,

Et nihil ex ulla perdere luce voles !

Rebus in angustis facile est contemnere vitam.

15

Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

*toris, et nihil amittere voles ex ullo die ! Facile est spernere vitam in rebus angustis. Ille agit fortiter, qui potest pati miseriam.*

Maitt. et Barb.—11 ' Ratio sermonis Latini requirit modo qui, dum C. miscet, &c.' Gronov. *Pocula miscens* cod. Beverl. *Miscens* et Ms. in marg. ed. Par. 1617.—13 *O quantum cuperes* id. Ms.

## NOTÆ

13 *Ter vivere*] De Nestore sæpius jam diximus.

16 *Qui miser esse potest*] Hoc est, qui non ægre fert paupertatem.

## LVII.

## AD SEVERUM.

MIRARIS, docto quod carmina mitto Severo,

Ad cœnam quod te, docte Severe, vocem ?

Jupiter ambrosia satur est, et nectare vivit :

Nos tamen exta Jovi cruda merumque damus.

Omnia cum tibi sint dono concessa Deorum :

5

Si quod habes, non vis ; ergo quid accipies ?

*O erudite Severe, miraris quod mittam versus erudito Severo, et quod te invitem ad cœnam. Jupiter satur est ambrosia, et vivit nectare. Nihilominus nos offerimus Jovi exta, thura, et vinum. Cum Dii tibi concesserint omnia, si recusas quod habes, ergo quid accipies ?*

2 *Cum pro quod* Ms. in marg. ed. Par. 1617. ed edd. Schrevel. Maitt. Barb.—3 ' *Scriverius vivo : idem.*' Farnab. Schrevel. *Vino* Ms. Beverl.—4 *Thura pro cruda* edd. vett. et Farnab. et Maitt. Consule Not. Var.

## NOTÆ

1 *Miraris, docto*] Vide Epig. 27. lib. 1x.

3 *Jupiter ambrosia*] Dona tamen nostra non respuit.

6 *Si quod habes*] Si ea daremus tantum quibus indiges, tibi omnium rerum copia abundanti nihil quicquam dare possemus.

## LVIII.

## IN TELESPHORUM.

CUM me velle vides, tentumque, Telesphore, sentis;  
 Magna rogas: puta me velle negare nihil.  
 Et nisi juratus dixi, DABO, subtrahis illas,  
 Permittunt in me quæ tibi multa, nates.  
 Quid si me tonsor, cum stricta novacula supra est, 5  
 Tunc libertatem, divitiasque roget?  
 Promittam: nec enim rogat illo tempore tonsor,  
 Latro rogat: res est imperiosa timor.  
 Sed fuerit curva cum tuta novacula theca,  
 Frangam tonsori crura manusque simul. 10  
 At tibi nil faciam: sed lota mentula læva  
 Αειχάζειν cupidæ dicet avaritiæ.

1 *Tecumque* edd. vett. *Tentum* reposuit Turnebus VIII. 4. *Certum* Ms. in marg. ed. Par. 1617. et sic alios legere notat Farnab.—2 *Puto* ed. Maitt. *Puta . . . licet?* edd. vett. et Delph. *Nihil* habet Ms. in marg. ed. Par. 1617. Legit Rutgers. *Magna rogas: puto me velle negare: licet?*—4 *Sibi* cod. in marg. ed. Par. 1617.—9 Vult Heins. *curta*. Vide eum ad nostram Ovidii Editionem, p. 3787.—11 *Lana* pro *læva* edd. vett. Vid. Var. Not.—12 Intervallum pro Αειχ. ponit ed. Colin. quæ habet *decet* pro *dicet*. Græca vox miserabiliter distorta est et luxata in ed. Junt. Ceterum consulas necesse Var. Not.

## NOTE

1 *Tentumque* [*Tecumque*] Alii *tentumque*. Epig. 74. infra.

4 *Permittunt*] Nam sunt in causa, cura a me multa imperiosus petas.

11 *Sed lota mentula læva* [*lana*] Id est, cum peracto opere abstersa fuerit mentula. Domitius: 'Sed lota men-

tula læva Αιάζειν cupidæ dicet avaritiæ.' Hoc est, sed lota sinistra masturbabor, et jubebo te avarum plorare. Sic Douzasecutus conjecturam Scaligeri. Vide Epig. 42. lib. IX. et 74. infra.

## LIX.

## DE CHARINO.

SENOS Charinus omnibus digitis gerit,  
 Nec nocte ponit, annulos;

*Omnibus digitis Charinus gestat senos annulos. An rogatis causum? Non habet dactylothemam.*

Nec cum lavatur: causa quæ sit, quæritis?  
Dactylithecam non habet.

4 *Dactylloth.* edd. vett. Nostram lect. habet cod. in marg. ed. Par. 1617. ubi eam rectam esse pronuntiatur, et tibi suadetur ut videas Turnebum vii. 4.

## NOTE

4 *Dactylithecam*] Repositorium annuli, quos ad certos tantum dies nempe in quo reponuntur et servantur conducebat Charinus.

## LX.

## DE CHIONE ET PHLOGIDE.

SIT Phlogis, an Chione Veneri magis apta, requiris?

Pulchrior est Chione; sed Phlogis ulcus habet.

Ulcus habet, Priami quod tendere possit alutam,

Quodque senem Pylum non sinat esse senem.

Ulcus habet, quod habere suam vult quisque puellam, 5

Quod sanare Criton, non quod Hygea potest.

At Chione non sentit opus, nec vocibus ullis

Adjuvat: absentem, marmoreamve putes.

Exorare, Dei, si vos tam magna liceret,

Et bona velletis tam pretiosa dare; 10

Hoc quod habet Chione corpus, faceretis haberet

Ut Phlogis; et Chione, quod Phlogis ulcus habet.

4 *Peliam* id. cod. et ed. Barb. cum aliis.—10 *Possetis* Palat. quod rectum censent Schrevel. et editor Delph. et edidit Barbovius.

## NOTE

3 *Ulcus habet*] Veneris sensum, urticas, pruriginem, lasciviam. *Priami quod, &c.*] 'Quo incendi jam frigidus ævo Laomedontiades et Nestoris hermia possit.' Juven. Sat. vi. 326. *Alutam*] Nervum languentem, et laxum instar alutæ.

4 *Quodque senem*] 'Quo Pylus juvenescere posset, Tithonusque annis fortior esse suis.' Ovid. Eleg. 6. lib. iii. Amor.

6 *Quod sanare, &c.*] Nam 'fœmina simplex,' Juven. Sat. vi. 328. cui me-

dicus non medica opem ferre potest. Sic infra Epig. 72. Hygeia autem filia Æsculapii. Pausanias in Atticis, et Plinius lib. xxxv. cap. 2. hoc est, 'sanitas.'

7 *Non sentit opus*] 'Fatua est,' ut de Laufella dixit Epig. 72. lib. iii. 'Infelix cui torpet hebes locus ille,' &c. Ovidius iii. de Arte. *Nec vocibus ullis*] Καί συ μένεις ἀπλῶς, οὐδὲν ἐρῶντος ἔχεις. Antholog. lib. vii. Epig. Philodemi, et infra Epig. 105.



## LXI.

## DE MANNEIO.

LINGUA maritus, mœchus ore Manneius,  
 Summœnianis inquinatior buccis :  
 Quem cum fenestra vidit a Suburana  
 Obscœna nudum lena, fornicem cludit,  
 Mediumque mavult basiare, quam summum : 5  
 Modo qui per omnes viscerum tubos ibat,  
 Et voce certa, consciaque dicebat,  
 Puer, an puella matris esset in ventre ;  
 (Gaudete cunni ; vestra namque res acta est)  
 Arrigere linguam non potest fututricem. 10  
 Nam, dum tumentis mersus hæret in vulva,  
 Et vagientes intus audit infantes,  
 Partem gulosam solvit indecens morbus :  
 Nec purus esse nunc potest, nec impurus.

//////////

*De Mæchio* Ald. Junt. Colin. *De Nanneio* ed. Barb. Hæ edd. has rationes servant in versu primo. *De Manneio seu Nanneio* Schrevel. sed *Manneius* exhibet in cod. vs. *Manneius* scribit Turneb. viii. 4.—4 *Læda* ed. Barb. et cod. in marg. ed. Par. 1617. ‘Alii *Læda*: recte, ut Ep. 4. lib. iv. vs. 9.’ Schrevel. et editor Delph. *Claudit* edd. vett. et Delph. et Farnab. *Claudit* Ms. in marg. ed. Par. 1617.—11 *Errat* id. Ms.

## NOTE

1 *Mæchus*, &c.] Δείχων, φοινικίζων, θύων.

2 *Summœnianis*, &c.] Ipsi prostibulis Suburanis, Epig. 35. lib. i. ‘Quorum artificis valet halitus oris,’ &c. Juven. Sat. x. 238.

4 *Nudum*] In lupanaribus nudæ prostabant meretrices. Petronius, Juvenalis vi. Xiph. in Heliogab.

5 *Mediumque*, &c.] Τὴν ἔδραν μάλλον τοῦ στόματος.

13 *Partem gulosam*, &c.] Linguam reddidit paralyticam, sideravit, ut infra Epig. 86. *Morbus*] Paralysisne ἀπὸ τῆς ἀφέδρου καὶ τῶν ἐμμηνηῶν, quorum malefico humore marcescunt segetes, apes immoriuntur, &c. Plinius cap. 15. lib. vii. an sideratio? ut Epig. 86. infra.

14 *Nec purus*, &c.] Morbo illo contaminatus. *Nec impurus*] Lingua nt prius mœchus.

## LXII.

DE LESBIA.

LESBIA se jurat gratis nunquam esse fututam.  
Verum est: cum futui vult, numerare solet.

## NOTÆ

1 *Gratis nunquam, &c.*] Sine pretio. telligit Poëta 'dato.'  
Voluit illa significare 'accepto,' in-

## LXIII.

IN PHILOMUSUM.

SPECTAS nos, Philomuse, cum lavamur;  
Et quare mihi tam mutoniati  
Sint leves pueri, subinde quæris.  
Dicam simpliciter tibi roganti:  
Pædicant, Philomuse, curiosos.

5

1 *Despectas* vult Ramires de Prado ad Epig. i. 117.

## NOTÆ

5 *Curiosos, &c.*] Similes tui cinædos, niatos. Vide Epig. 97. lib. i. et lib. ix. Epig. 60.  
spectas quærisque per balnea mutoniati.

## LXIV.

IN FAUSTUM.

NESCIO tam multis quid scribas, Fauste, puellis:  
Hoc scio, quod scribit nulla puella tibi.

## NOTÆ

2 *Hoc scio, quod scribit*] Interpretantur, quasi velit Martialis: Scio nullam puellam tibi scribere: et ejus sensus causas divinant. At ego credo Fr. Sanctio, 'Scio quod,' bene Latine non dici, quicquid contra molitur Scioppius, cui alio tempore respondimus. Nec tamen optimus Sanctius hic feliciter, cum explicat: Tu multa scribis puellis, cum sis pædico, ut videlicet te ostendas puellarum amatorem; sed ego scio quid sis, propter quod nulla tibi rescribit, quia pueros amas. Non hæc mens Martialis, sed ista: Haud scio rem quam tu scribis tam multis puellis: unam rem scio quam præ pudore nulla tibi audet scribere puella: nempe te esse aut fellatorem, aut irrumatorem, aut lingonem. Gronovius. *Nulla puella tibi*] An itaque pueri? An hinc voluit se videri in gratia esse apud puellas? Epig. 63. lib. iii. quarum tamen nulla illi rescripsit.

## LXV.

IN JUSTINUM.

SEXCENTI cœnant a te, Justine, vocati

Lucis ad officium, quæ tibi prima fuit :

Inter quos, memini, non ultimus esse solebam ;

Nec locus hic nobis invidiosus erat.

Postera sed festæ reddes solennia mensæ :

5

Sexcentis hodie, cras mihi natus eris.

*O Justine, sexcenti cœnant a te invitati ad solennitatem diei, quo natus es : inter quos memini, solebam non esse ultimus : nec locus hic nobis pariebat invidiam. Sed reddis solennes reliquias mensæ festæ : hodie natus eris sexcentis, cras vero mihi.*

5 Cœnæ cod. in marg. ed. Par. 1617.

## NOTÆ

2 *Lucis ad officium*] Hoc est, ad natalitium tuum convivium. ‘Officium’ verbum est hic omnino proprium, quod tamen interpretatus sum intelligentiæ causa. Juvenalis Sat. II. 134. ‘Quæ causa officii?’ &c.

4 *Nec locus hic*] Quia non primarius quidem, sed nec erat ultimus.

5 *Postera solennia*] Hoc est, convivii reliquias, ad quas scilicet me invitas.

6 *Sexcentis hodie*] Sic explicant interpretes, A te invitati hodie ad te mittant munera natalitia, ego vero cras mittam : hoc est, nunquam mitam. Sed Inbentius ego cum Grutero simpliciter interprete, quod Poëta malit se postero die ad reliquias convivii invitari, quam ipso natali die, propter nimiam convivarum turbam.

## LXVI.

IN VACERRAM.

Et delator es, et calumniator :

Et fraudator es, et negotiator :

Et fellator es, et lanista : miror

Quare non habeas, Vacerra, nummos.

*Et delator es, et calumniator : et fraudator, et mercator : \*\* et lanista : miror, o Vacerra, quare non habeas nummos.*

## NOTÆ

3 *Lanista*] De quo Epig. 82. lib. VI.

## LXVII.

IN MARONEM.

NIL mihi das vivus : dicis, post fata daturum.

Si non es stultus, scis, Maro, quid cupiam.

*Vicus nihil mihi donas, dicis te donaturum post mortem : si non es demens, o Maro, tenes quid expetam.*

## NOTE

2 *Quid cupiam*] Nempe tuam mortem, ut consequar quod mihi vivus promittis.

## LXVIII.

AD MATHONEM.

PARVA rogas magnos : sed non dant hæc quoque magni.

Ut pudeat levius te, Matho, magna roga.

*Petis res exiguas a magnis ; sed nec has etiam impetras a magnis. O Matho, ut minus pudeat te, pete magnas.*

## NOTE

2 *Ut pudeat levius*] Minor quippe parvæ repulsam patiaris. De Mathone causidico sæpius dictum.

## LXIX.

EPITAPHIUM CANIS LYDIÆ.

AMPHITHEATRALES inter nutrita magistros

Venatrix, sylvis aspera, blanda domi,

Lydia dicebar, domino fidissima Dextro,

Qui non Erigones mallet habere canem :

*Nutrita inter amphitheatrales magistros venatrix, acerba sylvis, mitis domi Lydia appellabar dextra fidissima hero, qui non magis optaret habere canem Eri-*3 *Dextra* edd. vett. et Farnab. *Dextro* cod. Thuan. Vid. Not. Var.—9 Hic

## NOTE

1 *Amphitheatrales*] In amphitheatro venationes sæpe exhibitæ. Vide lib. Spect. *Magistros*] Qui venationibus præerant.3 *Lydia dicebar*] Canis ipsa loquens inducitur.*Fidissima Dextro* [*dextra*] Tam fidahero meo, quam *dextra* propria. Alii legunt *Dextro*, ut sit nomen proprium heri sui.4 *Erigones*] Fuit filia Icarii, qui canem Meram secum duxerat cum Atticam peragrans interfectus est a pastoribus. Erigone autem, caue

Nec qui, Dictæa Cephalum de gente secutus, 5  
 Luciferæ pariter venit ad astra Deæ.  
 Non me longa dies, nec inutilis abstulit ætas,  
 Qualia Dulichio fata fuere cani.  
 Fulmineo spumantis apri sum dente peremta,  
 Quantus erat Calydon, aut, Erymanthe, tuus. 10  
 Nec queror, infernas quamvis cito rapta sub umbras :  
 Non potui fato nobiliore mori.

*gonæ : nec enim qui de gente Cretensi secutus Cephalum, similiter translatus est ad sidera Deæ luciferæ. Longa dies, nec ætas decrepita me rapuit, qualis mors contigit cani Dulichio : sum interfecta fulmineo dente spumantis apri, quantus erat tuus, o Calydon, aut tuus, o Erymanthe. Nec conqueror licet immature rapta sub infernas umbras : non potui perire morte præstantiore.*

//////////

vs. extat quoque in Inscript. Gruteri.—11 *Undas* cod. in marg. ed. Par. 1617.

#### NOTE

Mera duce, reperit cadaver Icarii mortui, quo viso se suspendit puella, et Mera canis, seu Neæra, ut volunt alii, desiderio dominorum contabuit, et in cælum translata canis cœlestis dicitur : 'Erigone' vero Virgo, et Astræa. Raderus ex Hygino.

5 *Nec qui, Dictæa*] In Creta canes egregii : hoc est, nec canis Lælaps, quem marito suo Cephalo dederat Procris, quorum historia satis nota, domino carior fuit ; nunc in cælum translatus, Sirius ardor, et Canicula dicitur, stellarum fulgentissima, atque infesta humanis corporibus. Sic idem Raderus ex eodem Hygino.

6 *Luciferæ*] Dianam seu Lunam intellige, quæ venationi dedita gaudet canibus.

8 *Dulichio*] Argus canis Ulyssis celebratur carmine Homeri Odys. lib.

xvii. Dulichium insula Ulyssi quondam subjecta cum Ithaco monte. Sic Raderus ex Mela et aliis. Dulichii insulæ meminit Strabo lib. x. quam eandem cum Cephallenia quidam affirmarunt, sed male, ut refert idem Strabo ex Homero, cujus testimonio ostendit neque Dulichium esse Cephalleniam, neque ad Cephalleniam pertinere, quod Andro scripsit : cum Dulichium Epei obtinuerint, totam Cephalleniam Cephallenes : hique Ulyssi paruerint, illi Megeti. Judicet lector.

10 *Calydon*] De apro Calydonio Epig. 15. lib. Spect.

*Erymanthe*] Mons est Arcadiæ, ubi erat Aper dictus Erymanthius, quem interfecit Hercules.

12 *Fato nobiliore*] Nempe interfecta a fera tam præstanti.

## LXX.

## IN TUCCAM.

VENDERE, Tucca, potes centenis millibus emtos ?  
 Plorantes dominos vendere, Tucca, potes ?  
 Nec te blanditiæ, nec verba, rudesque querelæ,  
 Nec te dente tuo saucia colla movent ?  
 Ah facinus ! tunica patet inguen utrimque levata ; 5  
 Inspiciturque tua mentula facta manu.  
 Si te delectat numerata pecunia, vende  
 Argentum, mensas, myrrhina, rura, domum.  
 Vende senes servos, agros et vende paternos :  
 Ne pueros vendas, omnia vende miser. 10  
 Luxuria est emere hos, (quis enim dubitavte, negavte ?)  
 Sed multo major vendere luxuria est.

1 *Terdenis* id. cod. et *Aspiciturque* vs. 6.

## NOTÆ

- 1 *Potes*] Sustines. 4 *Dente tuo saucia, &c.*] Dum amore  
 2 *Plorantes dominos, &c.*] Pueros furens impressisti eorum cervicibus  
 amasios, ut amicæ dictæ sunt ‘domi- memorem dente notam.  
 næ.’ Vel pueros plorantes orantes- 8 *Myrrhina, &c.*] Epig. 113. lib.  
 que te ne veneant dominis aliis. XIV.  
 3 *Rudesque querelæ*] Pueriles, non 12 *Sed multo, &c.*] Sic Epig. 63. lib.  
 fictæ. II. ‘Hæc mage luxuria est.’

## LXXI.

## DE LEDA.

HYSTERICAM vetulo se dixerat esse marito,  
 Et queritur futui Leda necesse sibi :  
 Sed flens atque gemens tanti negat esse salutem,  
 Seque refert potius proposuisse mori.

1 *Hictericam* edd. vett.

## NOTÆ

- 1 *Hystericam* [*Hictericam*] Vide dium medici validam congressus suc-  
 Epig. 8. supra, ubi scripsimus ‘icte- cussationem.  
 ricam’ sine aspiratione. Alii *Hys- 3 Sed flens, &c.*] Sed tamen lacry-  
 tericam, &c. uteri strangulatione labo- mans dissimulat mori se malle quam  
 ranteam, cui morbo præscribunt reme- hujusmodi convalescere remedio.

Vir rogat, ut vivat, virides nec deserat annos ; 5  
 Et fieri, quod jam non facit ipse, sinit.  
 Protinus accedunt medici, medicæque recedunt,  
 Tollunturque pedes: o medicina gravis!

## NOTE

- 5 *Virides, &c.*] Nec ætatis flore ve- 8 *Tollunturque, &c.*] In Venerem,  
 lit mori. Epig. 81. lib. x. *Gravis*] Sceptice.  
 7 *Medici, &c.*] Supra Epig. 61.

## LXXII.

## DE NATA.

DRAUCI Nata sui vocat pipinam,  
 Collatus cui Gallus est Priapus.

1 *Voratne penem* Scriver. 'In Ms. expresse legitur *bipinam*, quam vocem ut exponat, adi Turnebum, Advers. viii. 4.' *Marg. ed. Par.* 1617. *Pipinam* placet Calderino. Vid. Not. inf.

## NOTE

1 *Pipinam*] Turnebus lib. viii. (Epig. 36. lib. i. vers. 8.) videatur præ hoc Gallus eviratus. *Pisinnam* legit Janus Rutgersius, ut *Labeo* apud veterem Scholiasten Persii, 'Crudum manduces Priamum, Priamique *pisinnos*,' id est, pueros, filios. Vide Gasp. Barthii advers. lib. i. cap. 6.  
 1 *Pipinam*] Turnebus lib. viii. (Epig. 36. lib. i. vers. 8.) videatur præ hoc Gallus eviratus. *Pisinnam* legit Janus Rutgersius, ut *Labeo* apud veterem Scholiasten Persii, 'Crudum manduces Priamum, Priamique *pisinnos*,' id est, pueros, filios. Vide Gasp. Barthii advers. lib. i. cap. 6.  
 cap. 4. legit *bipennam*. Janus Parrhasius in var. Annot. et Cælius Rhod. lib. iv. cap. 6. legunt *vepenem*, exponuntque: Nata vastum subactoris sui virile, diminutivo nomine appellat *vepenem*, id est, parvulum *penem*, cui tamen si conferas *Priapum* ipsum

## LXXIII.

## IN LYGDUM.

VENTURUM juras semper mihi, Lygde, roganti:  
 Constituisque horam, constituisque locum.  
 Cum frustra jacui longa prurigine tentus,  
 Succurrit pro te sæpe sinistra mihi.

5 Sic cod. in marg. ed. Par. 1617. *Precor* edd. vett.

## NOTE

4 *Sinistra*] Epig. 42. lib. ix. et Epig. 59. supra.

Quid precer, o fallax, meritis et moribus istis? 5  
 Umbellam luscae, Lygde, feras dominæ.

## NOTE

6 *Umbellam*] De qua lib. xiv. Epig. 28. dominae, quoniam non vis amari a domino. Aliter explicat Domitius.  
*Lusca domina*] In servias deformi

## LXXIV.

## DE BACCARA.

CURANDUM penem commisit Baccara Græcus  
 Rivali medico : Baccara Gallus crit.

## NOTE

1 *Curandum medico*] Qui ejusdem puellæ vel pueri amore captus erat. significat castratum Cybeles sacerdotem, et Græco.  
 2 *Gallus*] Jocus est in Gallo, qui

## LXXV.

## IN CÆLIAM.

THECA tectus ænea lavatur  
 Tecum, Cælia, servus : ut quid, oro,  
 Non sit cum citharædus, aut choraules?  
 Non vis, ut puto, mentulam videre.  
 Quare cum populo lavaris ergo? 5  
 Omnes an tibi nos sumus spadones?  
 Ergo, ne videaris invidere,  
 Servo, Cælia, fibulam remitte.

## NOTE

1 *Theca tectus*] Fibula ære circumligata. Vide Epig. 35. et 82. lib. vii.  
 7 *Ne videaris invidere*] Ne videaris ejus conspectum nobis invidere, tibi reservare, refibula servum tuum.  
 6 *Omnes an tibi*] Sic Epig. 35. lib. vii. 'An sola est,' &c.



## LXXVI.

AD PÆTUM.

SOLVERE, Pæte, decem tibi me sestertia cogis :

Perdiderit quoniam Bucco ducenta tibi.

Ne noceant, oro, mihi non mea crimina : tu, qui

Bis centena potes perdere, perde decem.

O Pæte, cogis me solvere tibi decem sestertia : quoniam Bucco te fraudaverat ducentis. Quæso, ne aliena delicta obsint mihi : tu qui potes amittere ducenta, amitte decem.

2 *Perdiderat* edd. vett. et Delph. et Farnab. 'Gruterus e Mss. *Perdiderit* i. e. conturbarit.' Schrevel.

## NOTE

1 *Pæte*] Qui nempe iratus quod a Buccone fraudatus fuisset, reliquos quos fuit Martialis; qui festive a Pæto petit, ut ducentis amissis, perdat snos debitores aspere invasit, inter adhuc ducenta quæ ipse debebat.

## LXXVII.

IN VACERRAM.

IN omnibus Vacerra quod conclavibus

Consumit horas, et die tota sedet :

Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Quod Vacerra consumit horas in omnibus conclavibus, et sedet tota die ; Vacerra cupit cœnare, non cacare.

## NOTE

1 *In omnibus*] De Vacerra jam sumebat, ut invitaretur cum cœna esset pra Epig. 67. Compescendæ autem instructa.  
alvi gratia sedere et remanere se fin-

## LXXVIII.

AD VICTOREM SPONSUM.

UTERE fœmineis complexibus, utere, Victor,

Ignotumque sibi mentula discat opus.

*Ad V. sponsum* ed. Barb.—3 *Texantur* Ms. in marg. ed. Par. 1617. *Paratur*

Flammea texuntur sponsæ, jam virgo paratur,  
 Tondebit pueros jam nova nupta tuos.  
 Pædicare semel cupido dabit illa marito, 5  
 Dum metuit teli vulnera prima novi.  
 Sæpius hoc fieri nutrix, materque vetabunt,  
 Et dicent, Uxor, non puer, ista tibi est.  
 Heu quantos æstus, quantos patiere labores,  
 Si fuerit cunnus res peregrina tibi! 10  
 Ergo Suburanæ tironem trade magistræ.  
 Illa virum faciet: non bene virgo docet.

//////////

Gruturus e Mss. *Parata est* edd. vett. et Delph. et Farnab.—7 *Negabunt* cod. in marg. ed. Par. 1617.

## NOTE

3 *Flammea texuntur, &c.*] Flammeum erat velamentum luteum seu rubrum, quo nova nupta tegebatur pudoris gratia, vel in subjectionis symbolum.

4 *Tondebit pueros, &c.*] Tondebit catamitos tuos tanquam emeritos et exoletos, postquam uxorem duxeris: Epig. 18. lib. XII.

II *Ergo Suburanæ, &c.*] Trade te instituendum meretrici cuiquam Suburanæ, quæ melius docebit te officium viri, quam nova nupta et rudis.

## LXXIX.

## AD PÆTUM.

AD primum decima lapidem quod venimus hora,  
 Arguimur lentæ crimine pigritiæ.  
 Non est ista viæ, non est mea, sed tua culpa,  
 Misisti mulas qui mihi, Pæte, tuas.

*Me accusas de crimine tardæ inertia, quod hora decima veni ad primum lapidem. O Pæte, ista quidem non est mea, sed tua culpa, qui misisti ad me tuas mulas.*

//////////

1 *Qui id. Ms.*—3 *Quidem* pro *viæ* edd. vett.

## NOTE

1 *Ad primum lapidem*] Hoc est, ad bus horis ante noctem.  
 tuam villam mille passibus distantem

4 *Mulas tuas*] Tardissimas nempe.

ab urbe veni hora decima, id est, dua-

## LXXX.

## DE BAIIS.

LITTUS beatæ Veneris aureum Baias,  
 Baias superbæ blanda dona Naturæ,  
 Ut mille laudem, Flacce, versibus Baias:  
 Laudabo digne non satis tamen Baias.  
 Sed Martialem malo, Flacce, quam Baias. 5  
 Optare utrumque pariter, improbum votum est.  
 Quod si Deorum munere hoc tibi detur:  
 Quid gaudiorum est Martialis et Baiæ!

O Flacce, quamvis mille carminibus celebrem Baias littus aureum beatæ Veneris, Baias delicata munera naturæ magnificæ: nihilominus non satis pro dignitate celebrabo Baias. O Flacce, sed Martialis mihi carior est Baiis. Votum est improbi expetere utrumque simul: quod si hoc tibi concedatur dono Deorum, quanta est latitudo Martialis et Baiæ simul!

6 *Improbi* edd. vett. et Maitt. et Farnab. 'Alii *improbum*. Palat.' Schrevel.

## NOTE

- 1 *Baias*] Amœnissimas: Epig. 63. consulas.  
 lib. 1.  
 5 *Sed Martialem*] Hoc est: Malo meæ gloriæ et valetudini servire, quibus contingat et Martialis simul et Baiæ: hoc est, ut sim Martialis auctor, et clarus scriptis meis, et simul otio Baiano beatus; vel, ut simul bene valeam, et Baianis voluptatibus fruamur; ut tu, o Flacce, et bene vales, et Baianis voluptatibus una fruamur.
- 6 *Optare utrumque*] Delicias nempe, et gloriam aut valetudinem.  
 7 *Hoc tibi detur*] Ut simul et sapientiæ et voluptatibus operam des, vel ut simul deliciis indulgeas et valetudini

## LXXXI.

## DE SPADONE ET SENE.

CUM sene communem vexat spado Dindymus Æglen,  
 Et jacet in medio sicca puella toro:

3 'Lege *hic inutilis*.' Farnab. Schrevel. et editor Delph.

## NOTE

- 2 *Sicca puella*] Unde illud apud mulavit aqua.  
 Ovidium: 'Dedecus hoc sumta dissi-

Viribus hic operi non est, hic utilis annis.

Ergo sine effectu prurit uterque labor.

Supplex illa rogat pro se, miserisque duobus,

5

Hunc juvenem facias, hunc, Cytherea, virum.

## NOTÆ

3 *Hic operi non est*] Eunuchus: Epig. 39. lib. vi. Juven. Sat. vi. 367.

6 *Cytherea*] Venus, thalami præses.

## LXXXII.

## DE PHILOSTRATO.

A SINUESSANIS CONVIVA Philostratus undis

Conductum repetens nocte jubente larem,

Pæne imitatus obit sævis Elpenora fatis,

Præceps per longos dum ruit usque gradus.

Non esset, Nymphæ, tam magna pericula passus,

5

Si potius vestras ille bibisset aquas.

*Philostratus nocte cogente conviva rediens ab aquis Sinuessanis domum conductam, crudeli morte prope extinctus est imitatus Elpenora, dum præceps ruit per longos gradus ad inum. O Nymphæ, non subiisset tantu pericula, si potius ille potuisset vestras undas.*

## NOTÆ

1 *Sinuessanis*] De Sinuessa dictum Epig. 42. lib. vi. ubi erant balnea saluberrima, unde ebrius iste redibat domum conductam et altam, quibus verbis Poëta significat illum fuisse

pauperem.

3 *Elpenora*] Ulyssis socium, qui ebrius per scalarum gradus lapsus periit, Homer. Odys. K.

## LXXXIII.

## AD SOSIBIANUM.

NEMO habitat gratis, nisi dives et orbus, apud te.

Nemo domum pluris, Sosibiane, locat.

*Nullus nisi locuples et orbus habet domicilium gratis apud te. O Sosibiane, nullus pluris locat ædes.*

In S. ed. Barb.

## NOTÆ

1 *Nemo*] Hac enim nova arte divitum atque orborum hæreditates captabat.

## LXXXIV.

## DE ANTIOCHO TONSORE.

QUI nondum Stygias descendere quærit ad undas,  
 Tonsorem fugiat, si sapit, Antiochum.  
 Alba minus sævis lacerantur brachia cultris,  
 Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.  
 Mitior implicitas Alcon secat enterocelas, 5  
 Fractaque fabrili dedolat ossa manu.  
 Tondeat hic inopes Cynicos, et Stoica menta,  
 Collaque pulvereâ nudet equina juba.  
 Hic miserum Scythica sub rupe Promethea radat :  
 Carnificem nudo pectore poscet avem. 10  
 Ad matrem fugiet Pentheus, ad Mænadas Orpheus :  
 Antiochi tantum barbara tela sonent.

*Qui nondum cupit adire undas infernas, evitet tonsorem Antiochum, si sapit. Candida brachia dilaniantur cultris minus crudelibus, cum turba furiosa sævit ad modos Phrygios. Alcon blandior secat enterocelas intricatas, et fabrili manu excindit rupta ossa. Hic radat egenos Cynicos, et menta Stoicorum, et tondeat pulveream jubam equinorum collorum. Hic radat infelicem Prometheus sub rupe Scythica: nudo pectore alat avem carnificem. Barbara tela Antiochi crepident duntaxat, Pentheus fugiet ad genitricem, Orpheus ad Mænadas. Hæc quæcumque*

\*\*\*\*\*

*Ad Antiochum tonsorem edd. vett. et Delph.—3 Orba Vat. et cod. in marg. ed. Par. 1617.—6 Dum dolat Vat.—9 Stygia id.—10 Duro Ms. Beverl.*

## NOTÆ

4 *Enthea*] Hoc est, Deo plena turba sacerdotum, nempe Isidis, ut et Cybeles, qui illarum sacra celebrabant, et divino furore perciti humeros sibi et brachia vulnerabant.

*Ad Phrygios modos*] Hoc est, ad strepitum tympanorum; primum vero in Phrygia Cybeles sacra a Corybantibus celebrata sunt.

5 *Alcon*] Chirurgus quidam: ἔτροκοῦλη herniæ genus est: lib. x. Epig. 56. 'Enterocelarum fertur Podalirius Hermes.'

7 *Et Stoica*] Stoici et Cynici barbati erant.

8 *Juba*] Crines sunt ex equorum atque aliarum bestiarum collo pendentes.

9 *Promethea*] Ab aquila dilaniatum, lib. ix. Epig. 46.

11 *Pentheus*] Echionis, regis Thebarum, atque Agaves filius, qui Bacchi sacra contemnens, a matre, ceterisque Mænadibus discerptus est.

*Ad Mænadas Orpheus*] A quibus dilaniatus est.

Hæc quæcumque meo numeratis stigmata mento,  
 In vetuli pycetæ qualia fronte sedent,  
 Non iracundis fecit gravis unguibus uxor: 15  
 Antiochi ferrum est, et scelerata manus.  
 Unus de cunctis animalibus hircus habet cor:  
 Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.

*stigmata numerasti in meo mento, qualia hærent in picta fronte senis, non impressa sunt ab iracundis unguibus molestæ uxoris; sed a ferro, et scelerata manu Antiochi: ex omnibus animalibus unus hircus sapit: barbatus vivit ne experiatur Antiochum.*

*Puscat* edd. Par. 1617. Maitt. Barb.—13 Sic Vat. Numeratis edd. vett. et Maitt.—14 *Vituli pycetæ* cod. Thuan. Legit Schrevel. *pictæ*, edd. vett. et Maitt. *picta*, Barb. *Pycetæ*. Videantur Not. Var.

## NOTÆ

13 *Stigmata*] Notas impressas atque incisiones intellige, quales habent servi stigmatiæ, de quibus lib. II. Epig. 29. 14 *In vetuli pyc.* [*picta*] Alii scribunt *in vetuli Pycetæ*, et nomen esse volunt pugilis cicatricibus deformis.

## LXXXV.

## IN ZOILUM.

SIDERE percussa est subito tibi, Zoile, lingua,  
 Dum lingis certe, Zoile, nunc futues.

## NOTÆ

1 *Sidere percussa*] Lib. VII. Epig. 92. et supra Epig. 26. et 31.

## LXXXVI.

## IN PARTHENOPÆUM.

LENIAT ut fauces medicus, quas aspera vexat  
 Assidue tussis, Parthenopæe, tibi:  
 Mella dari, nucleosque jubet, dulcesque placentas,  
 Et quicquid pueros non sinit esse truces.

*O Parthenopæe, ut medicus mitiget tuas fauces, quæ perpetuo cruciantur acerba tussi; jubet tibi dari mella, et nucleos, et dulces placentas, et quicquid facit pueros*

## NOTÆ

4 *Et quicquid pueros*] Hoc est, ea placantur, aut truces mitescunt. omnia bellaria, quibus pueri lugentes

At tu non cessas totis tussire diebus.

5

Non est hæc tussis, Parthenopæe : gula est.

*blandos. Sed tu non desinis tussire totis diebus. O Parthenopæe, non est hæc tussis, helluatio est.*

//////////

6 Quid si legas *hoc tussis?* quærit de Rooy.

NOTÆ

6 *Gula est*] Tussis enim ut tibi dentur bellaria.

LXXXVII.

AD CHARIDEMUM.

DIVES eras quondam : sed tunc pædico fuisti,

Et tibi nulla diu fœmina nota fuit.

Nunc sectaris anus : o quantum cogit egestas!

Illa fututorem te, Charideme, facit.

//////////

*Caridem.* scribunt Ald. Junt. Colin.

NOTÆ

3 *Sectaris anus*] Ut inde rem facias. Vide Juven. Sat. 1. 38.

LXXXVIII.

DE CHARISIANO.

MULTIS jam, Lupe, posse se diebus

Pædicare negat Charisianus.

Causam cum modo quærerent sodales,

Ventrem dixit habere se solutum.

//////////

*Caris.* Ald. Junt. Colin. *Malis.* ed. Barb. Alios id legere notavit Farnab.

NOTÆ

4 *Ventrem dixit*] Qua imprudenti solutum, non agere. excusatione usus fatebatur se pati

## LXXXIX.

AD POLLAM.

INTACTAS quare mittis mihi, Polla, coronas?

A te vexatas malo tenere rosas.

*O Polla, cur mittis ad me intactas coronas? Malo tenere rosas attrectatas a te.*

## NOTÆ

2 *A te vexatas*] Et tuas manus re- tactis mihi gratiores erunt.  
dolentes rosæ recentibus atque in-

## XC.

IN CHRESTILLUM.

CARMINA nulla probas, molli quæ limite currunt,

Sed quæ per salebras, altaque saxa cadunt.

Et tibi Mæonio res carmine major habetur,

Luceilei columella heic situ' Metrophan' est.

Attonitusque legis, terrai frugiferai ;

Accius et quicquid Pacuviusque vomunt.

Vis imiter veteres, Chrestille, tuosque poëtas?

Dispeream, si scis, mentula quid sapiat.

5

*Nulli versus placent tibi, qui fluunt via blanda, sed qui cadunt per salebras, et rupes excelsas. Et tu existimas quid majus versu Homerico, Hic jacet Metrophanes columella Lucilii ; atque stupens legis, terrai frugiferai, et quicquid vomunt Pacuvius atque Accius. O Chrestille, visne ut imiter antiquos tuos poëtas? \* \**

//////////

3 Sic Gruter. ex Mss. *Quod majus pro res major* edd. vett. et Maitt. et Farnab.—4 *Lucilius* cod. Beverl. Habet Maitt. *Colum.* Habet Barbovius *Metrophanes' st.* Ceterum *Lucili Colum. hic situs Metrophanes* edd. vett. et Farnab. *Columella* nomen propr. esse censet Calderinus, negat Georgius.—8 *Ni* cod. in marg. ed. Par. 1617. Consule Var. Not.

## NOTÆ

2 *Sed quæ per salebras*] Hoc est, Non amas versus teneros et molles, sed duros atque asperos.

4 *Luceilei [Lucili]* Legunt alii *Luceilei columella heic situ' Metrophan' est.* De Lucilio Horatius Sat. 4. lib. 1. 'Durus componere versus: Nam fuit hoc vitiosus,' &c. Domitius existimat Columellam Metrophanem

servum Lucilii fuisse: sed Georgius censet columellam non esse nomen proprium, at apud veteres majoris domus servos dictos fuisse columellas, quasi columna. Judicet lector.

5 *Terrai*] Pro 'terræ,' diphthongo in duas vocales resoluta.

6 *Accius et Pacuvius*] Antiqui fuerunt poëtae lulentis et duri.



## NOTÆ

8 *Si scis*] Alii, *ni scis*, hoc sensu: pretare vulgatam lectionem: Tam Tu qui laudas durum carmen, nihilobardus es, ut acumen versus teneri minus molliter vivis. Vel sic internon sentias.

## XCI.

## EPITAPHIUM CANACES.

ÆOLIDON Canace jacet hoc tumulata sepulcro,  
 Ultima cui parvæ septima venit hyems.  
 Ah scelus, ah facinus! properas quid flere, viator?  
 Non licet hic vitæ de brevitate queri.  
 Tristius est leto leti genus: horrida vultus 5  
 Abstulit, et tenero sedit in ore lues:  
 Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi;  
 Nec data sunt nigris tota labella rogis.  
 Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,  
 Debuerant alia fata venire via. 10  
 Sed mors vocis iter properavit cludere blandæ,  
 Ne posset duras flectere lingua Deas.

*Canace ex Æolidis, cui parvæ septima hyems fuit ultima, jacet humata hoc tumulo. Ah scelus, ah facinus, o viator, quid festinas lacrymari? Non fas est hic conqueri de brevitate vitæ. Genus mortis gravius est morte: horrida lues corrumpit faciem, atque hæsit tenero ori: sævi morbi corroserunt ipsa busia, nec labra integra data sunt atræ pyræ. Si fata ventura erant tam præcipiti volatu, debuerant venire alia via. Sed mors festinavit obstruere iter teneræ voci, ne lingua posset exorare immites Deas.*

1 *Æolidos* edd. Barb. et Par. 1617. in cujus marg. unus codex notatur qui sic legit, et alter qui dat *Æolis heu*. Vid. Not. inf.—7 *Cærulei læscrunt* cod. in marg. ejusd. ed. *Læscrunt* et Ms. Beverl.—11 *Claudere* Ms. in marg. ed. Par. 1617.

## NOTÆ

1 *Æolidon*] Alludit Poëta, ut aiunt interpretes, ad Canacen regis Æoli filiam, cujus meminit Ovidius in suis epistolis. Dicitur 'Æolidon Canace' pro 'Æolidarum:' alii, *Æolidos Canace*: alii, *Æolis heu Canace*: Æolis vero dicitur, quod forte in Æolia nata esset.

4 *De brevitate*] Sed licet conqueri de mortis genere; misere enim perit Canace cancro corrosa.

12 *Deas*] Parcas scilicet, quæ voce tam blanda flecti potuissent.

## XCII.

IN ZOILUM.

MENTITUR, qui te vitiosum, Zoile, dixit.  
 Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.

O Zoile, qui nominavit te vitiosum, mentitur: non es homo vitiosus, sed vitium ipsum.

1 Dicit id. Ms. et ed. Barb.

## NOTE

1 Mentitur, qui] Excusans Zoilum magis accusat.

## XCIII.

DE THEODORO.

PIERIOS vatis Theodori flamma Penates  
 Abstulit: hoc Musis, hoc tibi, Phœbe, placet?  
 O scelus, o magnum facinus, crimenque Deorum,  
 Non arsit pariter quod domus, et dominus!

Ignē absumtæ sunt ædes Pieriæ Theodori poëtæ: o Phæbe, an hoc arridet tibi, et Musis? O scelus, o magnum facinus, et crimen Deorum, quod ædes, et dominus simul non sunt incensi.

In Theodorum ed. Barb.—2 Et tibi cod. Beverl.

## NOTE

1 Pierios] Quia Theodorus erat      4 Et dominus] Utpote poëta pessimus. Vide lib. I. Epig. 77.

## XCIV.

IN VERPUM ÆMULUM.

QUOD nimium lives, nostris et ubique libellis  
 Detrahis, ignosco: verpe poëta, sapis.

In v. poëtam ed. Barb.—4 Corripias edd. vett. et Delph. et Farnab. Compilus Pulmanni codex, et alius notatus in marg. ed. Par. 1617. Con-

## NOTE

2 Verpe poëta] Judæum intellige, nempe circumcisum.

Hoc quoque non curo, quod cum mea carmina carpas,

Compilas: et sic, verpe poëta, sapis.

Illud me cruciat, Solymis quod natus in ipsis, 5

Pædicas puerum, verpe poëta, meum.

Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis.

Non credo: jura, verpe, per Anchialum.

//////////

snlantur Not. Var.—8 Vult De Rooy *verpe poëta*, *Chiel*, s. *Chai-El*, quod fuit juramentum in usu Judæis. ‘Instituta est collatio ab Is. Vossio ad ed. Gryph. A. 1535. e codice, ut videtur, Thuani, laudato ad vi. 10. 12. et xi. 8. 14. præsertim ad P. Melan, I. p. 63. ubi ita: ‘Optimus cod. Thuani, jam ante octingentos annos (Sæc. VIII.) exaratus, qui excerpta continet Martialis Epigrammata, legit hoc loco *anchalium*.’ Locus est xi. 95. [94.] ubi pro *Anchialum* ascribitur Th. *Anchalium*. Servatur hæc in Biblioth. L. Bat.’ *Epistola quam, ad se scriptam, præfigit suæ ed. de Rooy*. Ceterum consule Var. Not.

#### NOTÆ

8 *Per Anchialum*] Sensus est: Non mirum in modum vexatus est a viris tibi credam, nisi juraveris per Deum doctis Seldeno, Vossio, Petito, et viventem quem colis, &c. Hic locus aliis, quos vide si lubet.

### XCv.

AD FLACCUM.

INCIDERIS quoties in basia fellatorum,

In solio puto te mergere, Flacce, caput.

//////////

1 *Solium* cod. in marg. ed. Par. 1617. *Solium puta* Gruter. legit ex Palat.

#### NOTÆ

2 *Solio*] Lib. II. Epig. 42.

### XCvi.

AD GERMANUM.

MARTIA, non Rhenus, salit hic, Germane: quid obstas,

Et puerum prohibes divitis imbres lacus?

*Martia salit hic, non Rhenus, o Germane, quid impedis, et arcus puerum ab aqua*

#### NOTÆ

1 *Martia*] De aqua Martia dictum Germanis devictis non esse arcendos lib. VI. Epig. 42. Sensus totius Epigrammatis est, Romanos victores a ab aqua Martia.

Barbare, non debet, summoto cive, ministro  
Captivam victrix unda levare sitim.

*largi lacus? O barbure, repulso cive ministro non debet unda victrix lenire sitim captivi.*

*In G. Ald. Junt. Colin.—3 'Lego ministri, h. c. captivi et famuli, qualis tu es.' Gronov.*

## XCVII.

IN THELESILLAM.

UNA nocte quater possum: sed quatuor annis  
Si possum, peream, te Thelesilla semel.

*In Thelesinam Ald. Junt. Colin. et Thelesina vs. 2.*

## NOTÆ

1 *Quatuor annis]* Oppositis dietio- quatuor annis, et una nocte. Domi-  
nibus acumen est, semel, et quater; tius.

## XCVIII.

AD BASSUM.

EFFUGERE non est, Basse, basiatores.  
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt,  
Et hinc, et illinc, usquequaque, quacumque.  
Non ulcus acre, pustulæve lucentes,  
Nec triste mentum, sordidique lichenes, 5  
Nec labra pingui delibuta ceroto,

*O Basse, basiatores vitari nequeunt. Urgent, morantur, persequuntur, obviam fiunt, et hinc et illinc, usquequaque, quacumque. Non ulcus acre, aut pustulæ igneæ, nec squalidum mentum, et sordidi lichenes, nec labra oblita pingui ceroto, nec gutta*

*Ad B. de basiatoribus ed. Barb.—4 Alios legere pusulæ notat Schrevel.—6 Cerato alios legere idem monet. Sic legit cod. in marg. ed. Par. 1617. ubi*

## NOTÆ

1 *Basiatores]* De quibus jam dictum lib. VII. Epig. 95.

4 *Non ulcus]* Hoc est, nullum morbi genus deterrebit eos.

5 *Sordidique lichenes]* Gallice, *dur-*

*tres, gratelle.*

6 *Nec labra]* Delibuta unguento e cera, aut cerussa, ad fissuras et ulcera. Farnabius.

Nec congelati gutta proderit nasi.  
 Et æstuantem basiant, et algentem,  
 Et nuptiale basium reservantem.  
 Non te cucullis asseret caput tectum, 10  
 Lectica nec te tuta pelle veloque,  
 Nec vindicabit sella sæpius clusa.  
 Rimas per omnes basiator intrabit.  
 Non consulatus ipse, non tribunatus,  
 Sævique fasces, nec superba clamosi 15  
 Lictoris abiget virga basiatorem.  
 Sedeas in alto tu licet tribunali,  
 Et e curuli jura gentibus reddas ;  
 Ascendet illa basiator, atque illa :  
 Febricitantem basiabit et flentem : 20  
 Dabit oscitanti basium, natantique :  
 Dabit et cacanti : remedium mali solum est,  
 Facias amicum, basiare quem nolis.

*nasi congelati proficiet. Osculantur et sudantem, et frigentem, et reservantem osculum nuptiale. Caput tectum cucullis non tuebitur te, nec lectica tuta velo et pelle, nec sæpius clausa sella liberabit te. Basiator ingreditur per omnes rimas. Basiator non amorebitur nec ab ipso consulatu, nec tribunatu, nec sævis fascibus, nec superba virga clamosi lictoris. Quamvis tu sedeas in excelso tribunali, atque e curuli sella dicas jus populis; basiator ascendet illa, atque illa: osculabitur febricitantem et flentem. Libabit osculum oscitanti, et natanti: libabit et cacanti. Unicum est remedium mali, in eas amicitiam cum eo quem osculari nolis.*

~~~~~

notatur: 'Græce tamen dicitur κήρωρον.'—10 *Auferet* cod. Beverl.—12 *Vend.* edd. vett. et Delph. et Farnab. In marg. ed. Par. 1617. notatur: 'Fort. vind.'—15 *Senique* dat Schrevel. et ait: 'Palat. legit *senire*, [hoc dat ed. Barb.] nec dubito intelligi præturam.'

NOTÆ

9 *Et nuptiale*] Hoc est, atque cum *cebant.*
 basiant, qui pura sua oscula servat *23 Facias amicum*] Ut basiis nihil
 uxori, vel sponsæ. sit opus, quibus tuam sibi amicitiam
 18 *Curuli*] Sella nempe eburnea, conciliet basiator.

XCIX.

IN LESBIAM.

DE cathedra quoties surgis, jam sæpe notavi,
 Pædicant miseram, Lesbia, te tunicæ.
 Quas cum conata es dextra, conata sinistra
 Vellere, cum lacrymis eximis, et gemitu.
 Sic constringuntur gemina Symplegade culi,
 Et Minyas intrant, Cyaneasque nates. 5
 Emendare cupis vitium deforme? docebo:
 Lesbia, nec surgas censeo, nec sedeas.

5 Sic cod. in marg. ed. Par. 1617. *Si constringuntur* edd. vett. et Delph. *Si constringuntur* ed. Barb.

NOTÆ

2 *Pædicant*] Adhærent tuis natibus.

5 *Gemina Symplegade*] Symplegades scopuli sunt, de quibus lib. VII. Epig. 18. Dicuntur Cyaneæ, et Minyæ ob cursum quem illæ Minyæ, id est, Argonautæ, tenuerunt. Domitius.

Valerius Flaccus lib. v. Argon. 'Æquore Cyaneas Minyæ timuere relictas.'

8 *Nec sedeas*] Sed jaceas natibus supinis.

C.

AD FLACCUM.

HABERE amicam nolo, Flacce, subtilem,
 Cujus lacertos annuli mei cingant,
 Quæ clune nudo radat, et genu pungat:
 Cui serra lumbis, cuspis eminent culo.
 Sed idem amicam nolo mille librarum. 5
 Carnarius sum, pinguiarius non sum.

Ad F. qualem velit amicam ed. Barb.

NOTÆ

1 *Subtilem*] Gracilem, exilem, junceam.

3 *Quæ clune*] Quæ depygis, macilenta, et quasi nudis ossibus.

4 *Cui serra lumbis*] Cujus dorsi spinæ serram præ se ferat. *Cuspis emi-*

net culo] Uropygium lib. III. Epig. 93.

6 *Carnarius sum, pinguiarius non sum*] Puellam volo corporis solidi et carnosam, non pinguedine tumidam gravemque.

CI.

AD FLACCUM.

THAIDA tam tenuem potuisti, Flacce, videre ?

Tu puto, quod non est, Flacce, videre potes.

O Flacce, potuistine intueri Thaida tam exilem ? O Flacce, opinor, tu potes intueri quod non est.

Ad eundem ed. ead.

NOTE

2 *Tu puto*] Sensus est: Oculi tui, Thaida tam exilem deprehendere poterint. Flacce, perspicacissimi sunt, qui

CII.

IN LYDIAM.

NON est mentitus, qui te mihi dixit habere

Formosam carnem, Lydia, non faciem.

Est ita, si taceas, et si tam muta recumbas,

Quam silet in cera vultus, et in tabula.

Sed quoties loqueris, carnem quoque, Lydia, perdis; 5

Et sua plus nulli, quam tibi, lingua nocet.

Audiat ædilis ne te, videatque, caveto:

Portentum est, quoties cœpit imago loqui.

O Lydia, non est mentitus, qui dixit mihi te habere pulchram carnem, non faciem. Ita est, si sileas, et si recumbas tam muta, quam tacet vultus in cera atque in tabula. At quoties loqueris, o Lydia, amittis etiam carnem; nec ulli magis obest sua lingua, quam tibi. Caveto, ne ædilis audiat te, aut videat. Prodigium est, quoties imago capit loqui.

NOTE

5 *Carnem quoque*] Nam injucundis atque insulsis tuis sermonibus corporis pulchritudinem deturpas: aut simpliciter intellige deformitatem oris Lydiæ, dum loqueretur.

7 *Ædilis*] Expiabat portenta: ima-

ginem vero loqui portentum erat: idcirco autem Lydiam vocat imaginem, quod formosa quidem esset, sed immobilis, atque illecebris careret. De Ædilis muneribus lib. v. Epig. 84.

CIII.

AD SOPHRONIUM.

TANTA tibi est animi probitas orisque, Sophroni,
Ut mirer fieri te potuisse patrem.

O Sophroni, habes tantam animi et vultus probitatem, ut mirer te potuisse fieri genitorem.

Ad Sophonium et Sophoni ed. Schrevel.

NOTÆ

2 *Ut mirer*] Te duxisse uxorem, atque ex ea suscepisse liberos.

CIV.

IN UXOREM.

UXOR, vade foras, aut moribus utere nostris:
Non ego sum Curius, non Numa, non Tatius.
Me jucunda juvant tractæ per pocula noctes:
Tu properas pota surgere tristis aqua.
Tu tenebris gaudes: me ludere teste lucerna, 5
Et juvat admissa rumpere luce latus.
Fascia te, tunicæque, obscuraque pallia celant:
At mihi nulla satis nuda puella jacet.
Basia me capiunt blandas imitata columbas:
Tu mihi das, aviæ qualia mane soles. 10

2 *Non sum ego C. nec N. nec T.* edd. vet. et Delph. et Farnab.—7 Sic Gruter. e Mss. cui consentit Bodlician. Sic et cod. in marg. ed. Par. 1617. *Tunicæque tegunt obscuraque palla* edd. vet. et Delph. et Farnab.—8 Sic Ms. in marg. ed. Par. 1617. ubi notatur: '*Patet*, antitheton celandi, probatur

NOTÆ

1 *Aut moribus, &c.*] Quasi divortii antitheton celandi probatur magis. causa sit inæqualitas morum, vel in uxore magis probatorum quam in viro. Quasi dicat, nunquam tam nuda est, quin magis nudam esse optem.

2 *Non ego, &c.*] Non sum continens, 9 *Imitata columbas*] Lasciva, qualia sibi ingeminant columbæ et passer-culi salaces.

6 *Rumpere latus*] Ἐν τῷ τοῦ πολυχρόσου Ἀφροδίτης ἔργῳ. 10 *Aviæ qualia mane soles*] Casta, qualia sibi invicem libant οἱ συγγενεῖς

8 *Jacet* [*patet*] Alii *jacet*. Sed *patet* ἀσπάζοντες καὶ φιλοῦντες.

Delph. et Var. *Clas*.

Martial.

3 I

Nec motu dignaris opus, nec voce juvare,
 Nec digitis: tanquam thura merumque pares.
 Masturbabantur Phrygii post ostia servi,
 Hectoreo quoties sederat uxor equo.
 Et quamvis Ithaco stertente, pudica solebat 15
 Illic Penelope semper habere manum.
 Pædicare negas: dabat hoc Cornelia Graccho,
 Julia Pompeio, Porcia, Brute, tibi.
 Dulcia Dardanio nondum miscente ministro
 Pocula, Juno fuit pro Ganymede Jovi. 20
 Si te delectat gravitas, Lucretia toto
 Sis licet usque die: Laida nocte volo.

magis.—22 *Thaida* edd. vett. et Maitt.

NOTE

- 11 *Nec motu, &c.*] Supra Epig. 61.
 12 *Tanquam thura, &c.*] Tanquam pura, et rem divinam thure meroque factura. ‘Sic surgit mane puella, Protinus ut sanctos possit adire Deos.’ Ovid.
 14 *Hectoreo, &c.*] Quoties Andromache et ipsa pudica per lascivum ludum Hectori insedit. Hisp. *cavalgava à Hect.* vel allusum ad versum Ovid. III. de Arte: ‘Thebais Hectoreo nupta resedit equo.’
 15 *Et quamvis, &c.*] Et Ulysse dormiente, illa castæ famæ Penelope erat *λεσβιάς τρῆβουσα*.
 17 *Dabat, &c.*] Verecundissimæ matronæ Romanæ non negabant illud maritis suis viris gravissimis: lib. IX. Epig. 68.
 19 *Dardanio ministro*] Ganymede.
 20 *Juno*] Et ipsa castissima conjugii præses: tamen—
 21 *Lucretia*] Gravis et casta, ut Lucretia.
 22 *Laida [Thaida] nocte volo*] Alii *Laida*. Facilem et lascivam ut *Laida*.

CV.

AD GARRICUM.

MITTEBAS libram: quadrantem, Garrice, mittis.
 Saltem semissem, Garrice, solve mihi.

Mittebas libram, o Garrice, mittis quadrantem. O Garrice, saltem solve mihi semissem.

NOTE

- 2 *Saltem semissem*] Nam per semissem ad quadrantem. Vide lib. VIII. Epig. 71.
 sem seu selibrum descendere debebas

CVI.

AD ALBIUM MAXIMUM.

ALBI Maxime, si vacabit hora,
 Hoc tantum lege: namque et occupatus,
 Et non es nimium laboriosus.
 Transis hos quoque quatuor? sapisti.

Albi Maxime, si per tempus licebit, hoc tantum lege: namque et es occupatus, nec nimis laboriosus. Omittis hos etiam quatuor versus. Sapisti.

//////////

1 *Vacas habere* ed. Barb. 'Vacas arere Salmas. Vacus ab ære J. Vossius, qui rem acu tetigit: nam iste Albius Maximus præfectus erat ærarii.' *Beerland.* Consule Var. Not.

NOTE

4 *Sapisti*] Hos enim si legeres, notatam tuam inertiam animadverteres.

CVII.

AD SEPTICIANUM.

EXPLICITUM nobis usque ad sua cornua librum,
 Et quasi perlectum, Septiciane, refers.
 Omnia legisti: credo, scio, gaudeo, verum est.
 Perlegi libros sic ego quinque tuos.

O Septiciane, ad me reportas librum explicitum usque ad cornua, et quasi absolute. An legisti omnia? puto, scio, lætor, verum est. Ego etiam sic legi tuos libros.

//////////

2 *Perfect.* edd. vett.

NOTE

1 *Explicitum*] Apertum 'ad cornua,' hoc est, ad extrema usque verba: de cornibus quibus libri ornarentur, vide lib. I. Epig. 67.

2 *Perlectum* [*perfectum*] Alii, *perlectum*. Minus bene.

4 *Sic ego*] Explicui nempe tuos libros, et rursus involvi.

CVIII.

AD LECTOREM.

QUAMVIS tam longo possis satur esse libello,
 Lector; adhuc a me disticha pauca petis.

O lector, licet possis satur esse tam longo libro, adhuc me rogas pauca disticha.

Sed Lupus usuram, puerique diaria poscunt.
Lector, solve: taces, dissimulasque? vale.

Sed Lupus petit fœnus, et servi petunt diaria. O lector, solve: siles, et dissimulas. Vale.

~~~~~

1 *Jam* ed. Barb. et alios sic legere notavit Farnabius.

NOTE

3 *Diaria]* Hoc est, quotidianum victum petunt servi.

4 *Vale]* Cum fingas te non intelligere quid rogem.

M. VAL. MARTIALIS  
EPIGRAMMATUM

LIBER XII.

---

M. VAL. MARTIALIS PRISCO SUO SALUTEM.

SCIO<sup>1a</sup> me patrocinium debere contumacissimæ triennii desidiæ: quæ<sup>2</sup> absolvenda non esset inter illas quoque occupationes urbicas, quibus facilius consequimur, ut molesti potius quam officiosi esse videamur: nedum in hac provinciali solitudine, ubi nisi<sup>3</sup> etiam intemperanter studemus, et sine solatio, et sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationem; in qua hoc maximum et primum est, quod civitatis aures,<sup>b</sup> quibus assueveram, quæro, et

*Novi me debere defendere valde obfirmatam inertiam triennii: quæ nec excusanda esset inter illa etiam officia urbana, quibus facilius assequimur, ut potius importuni esse appareamus, quam obsequiosi: non modo in hoc provinciali secessu, ubi nisi etiam immoderate studeamus, et sine consolatione, et sine causa semigravimus. Disce igitur causam, in qua hoc maximum et præcipuum est, quod requiro aures*

1 Spero in Beverlandi Ms. qui etiam—2 pro quæ habet quo—3 pro nisi, non

NOTÆ

<sup>a</sup> Scio] Per tres annos, a quibus secesserat in patriam, nihil scripserat Martialis: dinturni vero silentii causas explicat Proculo advenienti ab urbe Roma in Hispaniam; et petenti Epigrammata obsecutus est. Itaque librum hunc duodecimum paucissimis

diebus composuit, et Prisco suo amico obtulit.

<sup>b</sup> Civitatis aures] Nempe politos auditores desidero, quibus placeant mea carmina: enimvero excitat auditor studium.

videor mihi in alieno foro litigare. Si quid est enim in libellis meis, quod placeat, dictavit auditor. Illam iudiciorum subtilitatem, illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, conventus, in quibus studere se voluptatibus<sup>4</sup> non sentiunt: ad summam omnium ea, quæ<sup>5</sup> delicati reliquimus,<sup>6</sup> quasi destituti desideramus. Accedit his<sup>7</sup> municipalium rubigo dentium, et iudicii loco livor, et unus aut alter<sup>d</sup> mali, in pusillo loco multi, adversus quos<sup>8</sup> difficile est habere quotidie bonum stomachum. Ne mireris igitur abjecta ab indignante, quæ a gestiente fieri solebant. Ne quid tamen et adveniēti tibi ab urbe, et exigenti negarem, (cui non refero gratiam,<sup>e</sup> si tantum ea præsto,<sup>9</sup> quæ possim,) imperavi<sup>10</sup> mihi, quod indulgere<sup>11</sup> consueveram,<sup>12</sup> et studui paucissimis diebus, ut familiarissimas

*urbis, quibus assueveram, et videor mihi litigare in alieno foro. Requiritur illam subtilitatem iudiciorum, illud ingenium materiarum, bibliothecas, theatra, conventus, in quibus, qui adsunt, non intelligunt se favere delectationibus poetarum: postremum veluti derelicti requiritur ea, quæ mollior reliquimus. Additur his malevolentia municipalium meorum, atque invidia loco iudicii, et unus aut duo mali, multi quidem in exiguo loco, quos patienter ferre quotidie difficile est. Ergo ne tibi mirum sit esse abjecta cum indignatione, quæ solebant fieri cum voluptate. Ne quid tamen et adveniēti tibi ab urbe, et petenti recusarem, erga quem non sum gratus, si tantum ea præsto, quæ possim, imperabo mihi, cui obsequi solitus eram, et decrevi paucissimis diebus, ut exciperem adventoria sua aures tuas mihi familia-*

//////////

nisi, et—4 *convinctus omnibus studere se voluntates.*—5 *Illud quod* in marg. ed. Langii, Par. 1617.—6 *Delinquimus* Beuerland.—7 *His autem idem.*—8 *Quod Pulmanni cod.*—9 *Præstabo* Beverlandi Ms.—10 *Edd. vett. imperabo:* alii *imperavi.*—11 *Cui indulgere* in Ald. Junt. et plerisque edd. antiquis.—12

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Studere se voluptatibus*] Hoc est, auditores non sentiunt se argumentum præbere versibus, quos poeta cum voluptate et delectatione componunt. Unde infra dicit 'quæ a gestiente fieri solebant.' Vel intellige ipsos poetas etiam non cogitantes, dum spectaculis adsunt, studere cum animi delectatione, quod nempe reversi domum faciant versus de iis, quæ aut viderint, aut audierint.

<sup>d</sup> *Unus aut alter*] Quamvis pauci sint, forte duo, qui carpant mea Epi-

grammata, ratione tamen loci exigui plures videntur.

<sup>e</sup> *Cui non refero gratiam*] Eleganter hanc sententiam expressit Cicero lib. iv. Epist. octava. 'Reliquum est igitur, ut tibi me in omni re eum præbeam præstemque, ut ad omnia quæ tui velint ita sim præsto, ut me non solum omnia debere tua causa, sed ea quoque, etiam quæ non possim, putem.'

<sup>f</sup> *Imperavi [Imperabo]* Id est, Vcl nolens te iubente scribam versus.

mihi aures tuas exciperem adventoria sua.<sup>g</sup> Tu velim ista, quæ tantum apud te non periclitantur, diligenter æstimare<sup>13</sup> et excutere non graveris; et, quod tibi difficillimum est, de nugis nostris iudices nitore seposito,<sup>h</sup> ne Romam, si ita decreveris,<sup>14</sup> non Hispaniensem<sup>i</sup> librum mittamus, sed Hispanum.

*rissimas. Te rogo ut accurate ista perpendas, et patienter exigas, quæ solum apud te tuta sunt, et quod tibi difficillimum est, iudices de nugis nostris benignitate remota, ne, si ita censueris, Romam mittamus librum non Hispaniensem, sed Hispanum.*

Consueram, et statui in iisdem.—13 Existinare Beverland.—14 Decreveram idem.

## NOTE

<sup>g</sup> *Adventoria sua*] Turneb. lib. xxx. cap. 26. sic explicat hunc locum. De libro autem ut 'de adventoria cœna' loquitur, qua excipere solemus amicos peregre redeuntes, aut longo intervallo ad nos venientes.

<sup>h</sup> *Nitore seposito*] Raderus recte nitorem referre videtur ad elegantiam et humanitatem, quam Priscus ad

carmina Martialis afferre solebat.

<sup>i</sup> *Non Hispaniensem*] Id est, scriptum in Hispania, sed prorsus Hispanum, seu inelegantem et rudem. Hispaniensis autem est ille qui incolit Hispaniam, licet aliunde oriundus sit: Hispanus vero est ille qui natus est in Hispania, quem hic sumit pro barbaro et inculto.

## I.

## AD EUNDEM.

RETIA dum cessant, latratoresque Molossi,

Et non invento sylva quiescit apro:

Otia, Prisce, brevi poteris donare libello.

Hora nec æstiva est, nec tibi tota perit.

*Dum retia conquiescunt, et Molossi latratores, et sylva silet non reperto apro: O Prisce, poteris dare operam brevi libro. Nec est hora æstiva, nec perdis illam totam.*

In edd. vett. *Ad Priscum*.—4 Cartha pro tota Beverland.

## NOTE

1 *Retia dum*] Dum non est venandi tempus.

*Molossi*] Canes acerrimi, sic dicti a Molossis Epiri populis, ubi erant optimi.

4 *Nec æstiva est*] Hoc est, non opus est hora longissima ad legendum

meum librum. Diem æstivum, ut et hybernum, in duodecim partes dividebant veteres; unde necessario horæ æstivæ hybernismulto longiores erant. Vide lib. iv. Epig. 8. Hinc constat hunc librum Prisco oblatum fuisse vel extremo autumnno, aut brumæ

## NOTÆ

tempore, quod aptissimum sit venationi aprorum. Alii aliter explicant: nempe non est hora æstiva, quia scilicet æstatis tempore præ nimio calore facile defatigatur lector. *Nec tibi tota perit*] Etenim liber non est tam malus, quin ex eo fructum aliquem percipias.

## II.

## AD SUA CARMINA.

QUÆ modo littoreos ibatis carmina Pyrgos,  
Ite Sacra, jam non pulverulenta via est.

*O versus, qui modo petebatis Pyrgos maritimos, ite via Sacra, jam iter non est pulverulentum.*

## NOTÆ

1 *Quæ modo*] Ex urbe quondam timum.  
libros meos misi Pyrgos, ut inde in alias orbis partes mitterentur: jam vero ex Hispania illos mitto in urbem. Pyrgi oppidum fuit Hetruriæ maritime.  
2 *Ite Sacra*] Hinc colligere est hunc librum missum esse vel vere vel autumnno, quia tunc humidum est cælium. Vide Epigramma præcedens.

## III.

## AD LIBRUM SUUM.

AD populos mitti qui nuper ab urbe solebas,  
Ibis io Romam nunc peregrine liber,  
Auriferi de gente Tagi, tetricique Salonis,  
Dat patrios Manes quæ mihi terra potens.

*O liber peregrine, qui nuper solebas ab urbe mitti ad populos, tu nunc petes Romam ex provincia auriferi Tagi, et Salonis rustici, quæ terræ potens mihi præbet*

2 *Ibis tu Romam vulgg.* Nunc Romam sed Beverlandi Ms. 'Io vox frequenter est corrupta, imprimis apud Martialem; apud quem pro *Ibis io Romam tu peregrine liber, Ibis nunc* reposuerant homines insciti.' Heins. 2. Oc. p. 172.  
—4 *Quod Beverland.* Pro *potens alii parens.*—6 In quibusdam *domus una.*

## NOTÆ

1 *Ad populos*] Hoc Epigramma ejusdem argumenti est cum superiore.  
2 *Salonis*] De quo lib. 1. Epig. 50. quem tetricum vocat propter agrestes sen tetricos ejus accolæ.  
3 *Dat patrios Manes*] In qua scilicet terra conditi sunt cineres meorum parentum, et quæ patria mea est.

Non tamen hospes eris, nec jam potes advena dici, 5  
 Cujus habet fratres tot domus alta Remi.  
 Jure tuo veneranda novi pete limina templi,  
 Reddita Pierio sunt ubi templa choro.  
 Vel si malueris, prima gradiere Subura:  
 Atria sunt illic consulis alta mei. 10  
 Laurigeros habitat facundus Stella Penates,  
 Clarus Hyanteæ Stella sititor aquæ.  
 Fons ibi Castalius vitreo torrente superbit,  
 Unde novem dominas sæpe bibisse ferunt.  
 Ille dabit populo, patribusque, equitique legendum, 15  
 Nec nimium siccis perleget ipse genis.  
 Quid titulum poscis? versus duo tresve legantur,  
 Clamabunt omnes te, liber, esse meum.

*Manes patrios. Nihilominus non eris externus, nec jam dici potes advena, cujus tot sunt fratres in superbis ædibus Remi. Jure tuo adi colenda limina novi templi, ubi templa sunt restituta choro Pierio. Vel si libuerit, ibis prima Subura: ibi est superba domus mei consulis. Stella disertus habitat ædes laurigeras, insignis Stella sititor aquæ Hyanteæ, ubi Castalius fons superbit vitreis aquis, unde sæpe bibisse dicuntur novem dominæ. Ille dabit te legendum populo, et patribus, et equitibus, et ipse perleget genis non nimium siccis. Quid petis titulum? Legantur duo aut tres versus: o liber, clamabunt omnes te esse meum.*

7 'Corrigo limina tecti: quia *templa* jam dedit vs. proximo. Mavis tu tamen retinere *limina templi*, per me licebit; modo vs. sq. pro *templa*, legas *tecta*.' De Rooy.—12 'Toties totiesque monui, ut scribatur *Iantheæ*, 'Ἰάνθιος, inquit Scriverius: at ille fallitur. *Hyanteæ* scripsit Martialis.' Gronov. Edd. vett. *petitor*.—13 *Superbus* Beverland.—14 *Ferant* idem.—16 *Iste* in marg. ed. Langii Par. 1617. *ista* Beverland.

## NOTE

6 *Cujus habet fratres*] Romæ quippe, quam Remi domum vocat, præcedentes libros scripserat: Romæ autem trigiuta et quatuor annis manserat, lib. x. Epig. 104.

8 *Reddita Pierio*] In palatio Musarum atque Apollinis templum excitaverat Augustus, ubi probata pœtarum scripta reponerantur, quod Nerva deinde restituit in gratiam chori Pierii seu Musarum, et ipsorum etiam pœtarum.

9 *Prima Subura*] In cujus aditu habitabat Stella, de quo lib. i. Epig.

8. De fonte Ianthidos vide lib. vii. Epig. 50. et lib. vi. Epig. 47. Gronovius contendit scribendum esse *Hyanteæ*, ut scribitur etiam in antiquis codicibus: *Hyantea* aqua, inquit, est unda Castalis. Ausonius, 'Hyantea Aganippe.' Statio, 'Hyanteæ sorores,' &c.

14 *Novem dominas*] Musas intellige.

16 *Nec nimium siccis*] Præ desiderio mei flebit.

17 *Quid titulum*] Hoc est, nomen auctoris.



## IV.

AD PRISCUM.

QUOD Flacco, Varioque fuit, summoque Maroni,  
 Mæcenas atavis regibus ortus eques,  
 Gentibus et populis hoc te mihi, Prisce Terenti,  
 Fama fuisse loquax, chartaque dicet anus.  
 Tu facis ingenium; tu, si quid posse videmur: 5  
 Tu das ingenuæ jus mihi pigritiæ.

*Qualis Mæcenas eques natus ab atavis regibus fuit Horatio, et Vario, et summo Maroni, o Prisce Terenti, talem te mihi fuisse fama loquax, et charta vetus narrabit gentibus et populis. Ingenium meum pendet a te, et si quid posse videmur, tu muneribus donas ingenuam inertiam.*

1 Varro Beverlandi Ms.—6 *Ingenuæ munera pigritiæ* Ald. Junt. Colin. Par. 1617. Delph. Farnab. Nostram lect. exhibent edd. Schrev. Barbou, Maitt. Vid. Not. inf.

## NOTÆ

1 *Vario*] Cujus meminit lib. viii. Epig. 18.

2 *Mæcenas*] Alludit ad illum Horatii versum lib. i. Ode 1. 'Mæcenas atavis edite regibus,' &c.

4 *Chartaque*] Hoc est, te meis in versibus donabo immortalitate.

6 *Ingenuæ pigritiæ*] Otium literarum intellige, homine ingenio dignum. Sex ultimos versus Epigrammatis sexti huic conjungendos censet Turnebus lib. xxx. cap. 26. Sed tam Nervæ quam Prisco convenire posse videntur.

## V.

AD CÆSAREM.

LONGIOR undecimi nobis, decimique libelli  
 Arctatus labor est, et breve rasis opus.

*Contraxi longiorem laborem undecimi et decimi libelli, et opus breve factum est.*

2 Aldus legit *vasit*, De Rooy ut supra Lib. ix. Ep. 27. tentat *ludit opus*.

## NOTÆ

1 *Longior*] Editum jam decimum atque undecimum librum revocavit et contraxit; ad nos tamen integros pervenisse merito existimat Raderus; sunt enim æque longi ac priores.

2 *Breve rasis*] Hoc est, castigando et emendando multa erasit. Alii *vasit*, hoc est, evasit.

Plura legant vacui, quibus otia tuta dedisti :

Hæc lege tu, Cæsar : forsân et illa leges.

*Otiosi legant plura quibus concessisti securam quietem. O Cæsar, tu lege hæc, forsân et leges illa.*

## NOTÆ

4 *Hæc lege*] Hoc est, hos libros sar, otium tutum concessisti, quo contractos : alios vero longiores legendos iis relinque, quibus tu, o Cæ-

## VI.

## IN COMMENDATIONEM NERVÆ.

CONTIGIT Ausoniæ procerum mitissimus aulæ

Nerva : licet toto nunc Helicone frui.

Recta Fides, hilaris Clementia, cauta Potestas

Jam redeunt : longi terga dedere Metus.

Hoc populi, gentesque tuæ, pia Roma, precantur : 5

Dux tibi sit semper talis, et iste diu.

Macte animi, quem rarus habet, morumque tuorum,

Quos Numa, quos hilaris posset habere Cato.

Largiri, præstare, breves extendere census,

Et dare, quæ faciles vix tribuere Dei, 10

Nunc licet, et fas est : sed tu sub principe duro,

Temporibusque malis, ausus es esse bonus.

*Nerva lenissimus procerum datus est Imperio Romano : nunc fas est frui toto Helicone. Recta fides, hilaris clementia, provida potestas jam revertuntur : longi terrores evanuerunt. O pia Roma, populi, et gentes tuæ rogant hoc, ut semper habeas talem Imperatorem, et istum diu. O Nerva macte animi, qui contigit paucis, et macte tuorum morum, quos habere posset Numa, et Cato hilariter. Nunc fas est donare, præstare, augere breves census, et dare, quæ vix concessere Dii faciles. At tu sub Imperatore inhumano, et ausus es esse bonus temporibus malis.*

7 Dividendum hoc Epigramma in duo ad hunc vs. vult Jan. Rutgers.

## NOTÆ

2 *Nerva*] De Trajano hoc Epigramma et præcedens intelligi potest; Trajanus enim a Nerva adoptatus dictus est Nerva Trajanus.

*Helicone frui*] Hoc est, libere Musis vacare.

4 *Longi Metus*] Quibus percellerantur Romani regnante Domitiano.

6 *Talis*] Qualis est Nerva.

7 *Macte animi*] Sensus est : Beatus et felix sis illo animo, atque illis moribus quibus ornari se crederet Numa, et lætaretur Cato, quantumvis morosus, et Stoicæ frontis.

9 *Largiri*] Id est : Nunc liberalitatem exercere potes, tu qui etiam sub principe crudeli bonus esse ausus es.

## VII.

## DE LIGEIA.

TOTO vertice quot gerit capillos,  
Annos si tot habet Ligeia, trima est.

*Si Ligia habet tot annos, quot crines gestat toto vertice, triennis est.*

## VIII.

## IN COMMENDATIONEM TRAJANI.

TERRARUM Dea gentiumque Roma,  
Cui par est nihil, et nihil secundum,  
Trajani modo læta cum futuros  
Tot per sæcula computaret annos,  
Et fortem, juvenemque, Martiumque  
In tanto duce militem videret;  
Dixit præside gloriosa tali:  
Parthorum proceres, ducesque Serum,  
Thraces, Sauromatæ, Getæ, Britanni,  
Possum ostendere Cæsarem; venite.

5

*Roma Dea terrarum et nationum, cui nihil est par et nihil secundum, cum modo hilaris computaret annos futuros Trajani per tot sæcula, et spectaret militem et fortem, et juvenem, et Martium in tanto Imperatore; dixit superba tali duce: O proceres Parthorum, duces Serum, Thraces, Sauromatæ, Getæ, Britanni, accedite, possum vobis monstrare Cæsarem.*

8 Syrorum Beverlandi Ms.

## NOTÆ

8 *Parthorum*] Quos bello superaverat Trajanus. *Ducesque Serum*] Cluverius lib. v. suæ Introductionis cap. 2. Sericam Scythiam hodie Cataiæ regnum esse dicit. De sequentibus populis sæpius actum supra.

10 *Venite*] Pacem scilicet oraturi: habeo enim Trajanum, qui vos a me deficientes castigare poterit. De virtutibus Trajani fuse Plinius junior in suo Panegyrico.

## IX.

AD CÆSAREM.

PALMA regit nostros, mitissime Cæsar, Iberos,  
 Et placido fruitur pax peregrina jugo.  
 Ergo agimus læti tanto pro munere grates :  
 Misisti mores in loca nostra tuos.

*O clementissime Cæsar, Palma gubernat nostros Hispanos, et pax peregrina fruitur jugo tranquillo. Ergo hilares agimus gratias pro tanto dono: misisti mores tuos in nostras regiones.*

## NOTÆ

1 *Palma*] Cujus Præfecti Syriae, et Trajano gratissimi, mentionem facit Dio in Trajano: iterum meminit in Adriano a quo interfectus est Palma. Alii hoc loco Palmam sumunt pro  
 symbolo victoriae.  
 2 *Pax peregrina*] Nempe in Hispania.  
 4 *Misisti*] Palmam præfectum, et tuorum morum æmulum.

## X.

DE AFRICANO.

HABET Africanus millies, tamen captat.  
 Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

*Africanus habet millies, et nihilominus aucupatur. Fortuna nimium largitur multis, satis vero nemini.*

## NOTÆ

1 *Millies*] Centena scilicet sestertium millia.  
*Tamen captat*] Hoc est, servilibus officiis rem facere quærit.  
 2 *Satis nulli*] Argute Aristophanes in Pluto: "Ὅστ' οὐδὲ μιστὸς σου γέγον' οὐ-  
 δεῖς πόποτε· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐστὶ πάντων πλησμονή. Hoc est: 'Neque quamquam hominem tui unquam (supple, o Plute) cepit satietas; nam aliarum rerum satietas est omnium.'

## XI.

MITTIT LIBRUM AD PARTHENIUM.

PARTHENIO dic, Musa, tuo nostroque salutem :  
 Nam quis ab Aonio largius amne bibit ?

*O Musa, saluta nostrum Parthenium, et tuum: quis enim largius potat ab amne*

## NOTÆ

1 *Parthenio*] Vide lib. v. Epig. 6. Suetonius in Domit. cap. 16. ta nobilior? De antro Πιμπλαο lib. II. Epig. 4.  
 2 *Nam quis*] Hoc est, quis est poë-

Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro ?

Quem plus Pierio de grege Phœbus amat ?

Et si forte, sed hoc vix est sperare, vacabit,

5

Tradat ut ipse duci carmina nostra, roga ;

Quatuor et tantum timidumque brevemque libellum

Commendet verbis : Hunc tua Roma legit.

*Aonio? cujus lyra nobilior exit ab antro Pimplæo, quis de grege Pierio magis diligitur a Phœbo? et, si forte feriabitur, sed vix hoc sperandum est, ora ut ipse offerat versus nostros Imperatori, et commendet meticulousum et brevem librum quatuor tantum verbis: Tua Roma legit hunc.*

#### NOTÆ

4 *Pierio de grege]* Hoc est, e pœ- nium lib. v. Epig. 6.  
tis, lib. i, Epig. 77.

*Duci]* Nervæ, ant potius Trajano,

6 *Tradat ut]* Idem rogavit Parthe- ut opinor. Vide lib. ii. Epig. 1.

## XII.

### IN POSTHUMUM.

OMNIA promittis, cum tota nocte bibisti :

Mane nihil præstas. Posthume, mane bibe.

*Polliceris cuncta, cum potasti tota nocte : mane nihil præstas : o Posthume, pota mane.*



*Ad Pollionem* inscribitur in cod. Thuan.—2 *Pollio* Beverlandi Ms.

#### NOTÆ

2 *Mane bibe]* Ut promittas, atque enti enim tibi promissa excidunt ex eodem die memor præstes ; dormi- memoria.

## XIII.

### AD AUCTUM.

GENUS, Aucte, lucri divites habent iram,

Odisse, quam donare, vilius constat.

*O Aucte, locupletes percipiunt genus lucri ex ira. Vilius constat odisse, quam donare.*

#### NOTÆ

1 *Genus lucri]* Nimirum divites fin- III. Epig. 37.  
gebant iram, ne aliquid donarent. lib.

## XIV.

## AD PRISCUM.

PARCIUS utaris, moneo, rapiente veredo,  
 Prisce, nec in lepores tam violentus eas.  
 Sæpe satisfecit prædæ venator, et acri  
 Decidit excussus, nec rediturus, equo.  
 Insidias et campus habet: nec fossa, nec agger, 5  
 Nec sint saxa licet, fallere plana solent.  
 Non deerunt qui tanta tibi spectacula præsent,  
 Invidia fati sed levioire cadant.  
 Si te delectant animosa pericula, Tuscis  
 (Tutior est virtus) insidiamur apris. 10  
 Quid te fræna juvant temeraria? sæpius illis,  
 Prisce, datum est equitem rumpere, quam leporem.

*O Prisce, hortor moderatius utaris celeri veredo, nec tanto impetu insequaris lepores. Sæpe venator dedit pœnas prædæ; atque acri equo excussus cecidit, nec reversurus. Et agri habent insidias, et quamvis non sint saxa, nec fossa, nec agger, plana solent circumvenire. Non deerunt qui exhibeant tibi tanta spectacula, sed cadunt minore invidia fati. Si pericula animosa tibi placent, insidiamur apris Tuscis; virtus est cautiore. Quid te delectant cursus præcipites? O Prisce, con-  
 tigit sæpius illis frangere equitem, quam leporem.*

7 *Deerit Beverlandi Ms. qui etiam præstet.*—8 *Cadat idem.*—9 *Legunt alii tu scis.*

## NOTÆ

1 *Rapiente veredo*] Turneb. lib. xviii. cap. 1. Opinio est, inquit, veredum equum esse, qui vehat rhedam: sed ego veredum equum puto, qui neque rhedam, neque cisium trahat, &c. Gallice possis interpretari *un coureur*.

7 *Non deerunt*] Alii scilicet, qui te comitabuntur.

8 *Sed levioire*] Sed minor est aliorum jactura, et levior inde invidia in Deos. Vide lib. i. Epig. 13.

9 *Animosa*] In quibus opus est magna fortitudine.

*Tuscis*] Ingentibus et ferocibus, quales habet Tuscia: lib. vii. Epig. 27. 'Tuscæ glandis aper populator.' Legunt alii, *tu scis*, hoc est, tu novisti rem ita se habere. Eligat lector.

10 *Tutior est virtus*] Nam ab insidiis magis sibi caveant venatores.

12 *Equitem rumpere*] In hac leporum venatione sæpius venator incautus perit, quam lepus.

## XV.

## ADULATORIUM.

QUICQUID Parrhasia nitebat aula,  
 Donatum est oculis, Deisque nostris.  
 Miratur Scythicas virentis auri  
 Flammas Jupiter, et stupet superbi  
 Regis delicias, gravesque luxus. 5  
 Hæc sunt pocula, quæ decent Tonantem:  
 Hæc sunt, quæ Phrygium decent ministrum.  
 Omnes cum Jove nunc sumus beati:  
 At nuper (pudet, ah pudet fateri)  
 Omnes cum Jove pauperes eramus. 10

*Quicquid fulgebat in aula Palatina, datum est oculis, et numinibus nostris. Jupiter miratur Scythicas flammæ auri virentis, et superbus stupet delectamenta regis, et graves lusus. Hæc sunt pocula, quæ conveniunt Tonanti: hæc sunt quæ conveniunt ministro Phrygio. Omnes nunc sumus felices cum Jove. Sed nuper, pudet, ah pudet fateri, omnes eramus inopes cum Jove.*

4 *Superbus* in edd. vett. *superbas* Farnab.—5 *Gravesque lusus* alii.—9 *At piget* in marg. ed. Langii, Par. 1617.

## NOTE

- 1 *Parrhasia*] Id est, Palatina, lib. viii. Epig. 56.
- 2 *Donatum est*] Templis consecratum est ab omni populo spectandum.
- 3 *Miratur Scythicas*] Vide lib. iv. Epig. 28. hoc est, smaragdos virides: nam cum poculis aureis inseruntur, communicant suum colorem.
- 5 *Regis*] Domitiani, quem vivum summis laudibus extulit, jam mortuum vituperat Poëta.
- Gravesque luxus* [*lusus*] Ut ornaret templa, spectacula ederet, et suis voluptatibus indulgeret, Romanos spoliabat Domitianus, unde ejus lusus graves erant populo.
- 7 *Phrygium ministrum*] Ganymedem nempe; pocula Domitiani Jovi consecravit Trajanus.
- 10 *Cum Jove*] Quem donis ingentibus exornavit Trajanus.
- Omnes cum Jove pauperes*] Attamen lib. ix. Epig. 4. dixit Poëta Jovem non fore solvendo si ab eo Domitianus repetiisset impensas, quas in templis Capitolinis fecerat. Melius autem, ut opinor, aliter explicabis, cum Jove, hoc est, cum Domitiano, qui alteram Jovem haberi se volebat. Vide lib. ix. Epig. 37.

## XVI.

IN LABIENUM.

ADDIXTI, Labiene, tres agellos :  
Emisti, Labiene, tres cinædos :  
Pædicas, Labiene, tres agellos.

## NOTÆ

1 *Addixti*] Eodem fere sensu, lib. vum vendiderat, ut laute cœnaret.  
x. Epig. 31. invehitur in eum qui ser-

## XVII.

IN LENTINUM.

QUARE tam multis a te, Lentine, diebus  
Non abeat febris, quæris, et usque gemis.  
Gestatur tecum pariter, pariterque lavatur :  
Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.  
Ebria Setino fit sæpe, et sæpe Falerno: 5  
Nec nisi per niveam Cæcuba potat aquam.  
Circumfusa rosis, et nigra recumbit amomo ;  
Dormit et in pluma, purpureoque toro.  
Cum sit ei pulchre, cum tam bene vivat apud te,  
Ad Damam potius vis tua febris eat? 10

O *Lentine*, semper conquereris, et rogas, cur tam multis diebus febris non cedat a te. Tecum gestatur in sella, et simul lavatur, cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum; sæpe fit temulenta *Setino*, et sæpe *Falerno*: nec bibit *Cæcuba* nisi post aquam *niveam*; circumdata *rosis*, et *nigra amomo* recumbit, et dormit in *pluma* et *cubili purpureo*, cum febris tua tam eleganter et tam belle rirat apud te, visne ut potius corripiat *Dammam*?

*Latinum* Thuan.—1 *Latine* Beverlandi Ms.—2 *Scriver*. legit *Non abeat quereris febris*.—3 *A te gestatur* Var.—9 *Recubet* pro *sit ei* Beverlandi Ms. *Sic tam pulchre, tam belle* vulgg.—10 In edd. vett. *Dammam*.

## NOTÆ

1 *Quare tam*] A vino generoso et febrī laboraret.  
delicatis dapibus se non abstinebat 10 *Ad Damam*] Nomen servi, a  
*Lentinus*, unde merito illum Poëta quo scilicet pessime exciperetur.  
irridet conquerentem, quod semper



## XVIII.

AD JUVENALEM.

DUM tu forsitan inquietus erras  
 Clamosa, Juvenalis, in Subura,  
 Aut collem dominæ teris Dianæ ;  
 Dum per limina te potentiorum  
 Sudatrix toga ventilat, vagumque 5  
 Major Cœlius, et minor fatigant ;  
 Me multos repetita post Decembres  
 Accepit mea, rusticumque fecit,  
 Auro Bilbilis et superba ferro.  
 Hic pigri colimus labore dulci 10  
 Boterdum, Plateamque: Celtiberis  
 Hæc sunt nomina crassiora terris.  
 Ingenti fruor, improboque somno,  
 Quem nec tertia sæpe rumpit hora,  
 Et totum mihi nunc repono, quicquid 15  
 Ter denos vigilaveram per annos.

*O Juvenalis, dum tu forte sollicitus vagaris in clamosa Subura, aut teris collem dominæ Dianæ; dum sudatrix toga ventilat te per limina potentiorum, et major Cælius, et minor delassant te errantem; mea Bilbilis superba auro et ferro repetita post multos annos excepit me, et fecit rusticum. Hic otiosi suavi labore colimus Botrodam, et Plateam: terræ Celtiberæ habent hæc nomina rudiora. Fruor alto atque ingenti somno, qui sæpe nec rumpitur hora tertia, et nunc mihi rependo totum,*

7 Per Ms. Beverl.—11 *Botrodam* Ald. Junt. Colin. *Bothrod.* edd. Par. 1617. et Maitt. Nostram lect. dat cod. Beverl.—13 ‘*Ingenti* non placebat Grutero; neque mihi arridet. An repetend. h. l. τὸ *Hic*, et legend. *Hic*

## NOTÆ

2 *Juvenalis*] Poëta satiricus satis notus. *Clamosa Subura*] Ubi nempe frequens clamor, quod illic esset forum rerum venalium, lib. vii. Ep. 31.

3 *Collem Dianæ*] Montem Aventinum intellige, in quo erat templum Dianæ sacrum, lib. vi. Epig. 64.

5 *Sudatrix toga*] Clientes toga induti adibant suos patronos.

6 *Major Cælius, et minor*] Montes. Majorem olim Querquetulanum dictum scribit Tacitus. Cælium postea

a Cæle Vibenna Hetruscæ gentis duce; minor Cæliolus, aut Cælicolus dictus. Vide Marliannum lib. iv. cap. 18.

7 *Multos post Decembres*] Post annos nempe 31. lib. x. Epig. 104. De Bothrodo aut Botrodo lib. i. Epig. 50. De Platea vero egimus lib. iv. Epig. 55.

14 *Tertia hora*] Nimirum ab ortu solis. Vide lib. iv. Epig. 8.

Ignota est toga: sed datur petenti  
 Rupta proxima vestis e cathedra.  
 Surgentem focus excipit superba  
 Vicini strue cultus iliceti, 20  
 Multa villica quem coronat olla.  
 Venator sequitur; sed ille, quem tu  
 Secreta cupias habere sylva.  
 Dispensat pueris, rogatque longos  
 Levis ponere villicus capillos. 25  
 Sic me vivere, sic juvat perire.

*quicquid vigilaveram per triginta annos. Toga ignota est: sed mihi poscenti traditur proxima vestis suspensa ex cathedra rupta. Me surgentem excipit focus instructus alta strue vicini iliceti, quem multis ollis cingit cillica. Venator sequitur \* \*. Villicus tonsus mandat officia servis, atque orat ut deponantur longæ eorum comæ. Placet mihi sic vivere, et sic mori.*

//////////

*pingui fr. De Rooy. Urgenti Grut. Ingentis cod. Palat.—18 Rupta et a cath. Ms. Beverl.—19 Accipit Ms. in marg. ed. Par. 1617.—20 Fultus cod. Beverl.—23 Dispensant pueri ed. Barb. et sic alios legere notavit Farnab.*

#### NOTE

- 17 *Ignota est toga*] Sensus est: Officia togatorum hic nulla sunt. Epig. 50.  
 18 *Rupta proxima*] Morem ostendit hominis rusticantis, qui solutus curis dum it dormitum, vestem conjicit in cathedram. Sic Domitius. 21 *Dispensat*] An officia, aut cibaria?  
 19 *Surgentem focus*] ‘Vicina in ipsum sylva descendet focum,’ lib. I. *Rogatque*] Villicus scilicet ad eum rasmus rogat herum, ut sibi liceat tondere servos, quo aptiores fiant operi rustico.

### XIX.

#### DE ÆMILIO.

IN thermis sumit lactucas, ova, lacertum,  
 Et cœnare foris se negat Æmilius.

*Æmilius in thermis comedit lactucas, ova, lucertum, et negat cœnare se foris.*

#### NOTE

- 1 *In thermis*] Divites iis quibuscum lavabant cibos in ipsis thermis distribuebant: hos Æmilius vorabat, ita ut non indigeret cœnare foris: interim prædicabat se non captare ali- enam cœnam, quasi perinde non esset in alienis thermis, aut in alienis ædibus cœnare. Epig. 70. infra, de Apro: ‘Sobrius a thermis nescit abire domum.’

## XX.

AD FABULLUM.

QUARE non habeat, Fabulle, quæris  
Uxorem Themison? habet sororem.

O Fabulle, rogas cur Themison non habeat uxorem: habet sororem.

## NOTÆ

2 *Habet sororem*] Hoc est, amicam. Vide lib. II. Epig. 4.

## XXI.

AD MARCELLAM.

MUNICIPEM rigidi quis te, Marcella, Salonis,  
Et genitam nostris quis putet esse locis?  
Tam rarum, tam dulce sapis: Pallatia dicent,  
Audierint si te vel semel, esse suam:  
Nulla nec in media certabit nata Subura, 5  
Nec Capitolini collis alumna tibi.  
Nec cito ridebit peregrini gloria partus,  
Romanam deceat quam magis esse nurum.

O Marcella, quis credat te esse popularem rigidi Salonis, et genitam esse in nostra regione? tam rarum, tam suave est tuum ingenium: Pallatia vendicabunt te sibi, si audierint te vel semel. Nulla nec genita vel in media Subura, nec alumna collis Capitolini contendet tecum. Nec gloria peregrini partus cito ridebit,

//////////

2 *Qui Ms. Beverl.*—5 ‘*Ulla lego.*’ *Marg. ed. Par. 1617. Certarit:* vid. *Var. Not.*—7 ‘*Legend. ex vet. libro Te cito r. p. g. p. R. d. q. m. e. n. Hi vero vss. miris modis olim vexati sunt.*’ *Flosculus.* ‘*Nihil hic mutand. existimo. Sententia est, aut fallor: Nec temere ullus alius partus peregrinus erit, quem Romanum existimari magis deceat. Nam pro ducat probo deceat, quod in vet. libb.*’ *Heraldus.* Vid. *Not. Var. Sicori debet Ms. Beverlandi,* qui, ‘*I. e. debetur,*’ ait. ‘*Non Sicori, inquit, debetur gloria peregrini partus, ipse siquidem Sicoris non inficiabitur te, ingenio et moribus Romanis præditam, Romanam potius quam Hispanam esse dicendam. J. Vossius. Irrito itaque conatu frivolum suam emend. astruit Scaliger in Câtull. LXII. Dicit te J. Voss. et ita Ms.*’ *Ducat edd. vet. et Farnab. Dicit cum, ni fallor, cod. in marg. ed. Par. 1617.*

## NOTÆ

1 *Marcella*] Poëtæ uxor, de qua Epig. 31. infra.

*Rigidi Salonis*] Lib. IV. Epig. 55. ‘*Armorum Salo temperator.*’

5 *Certabit*] Alii *certarit*, hoc est, nec ulla mulier vel media in urbe

nata tecum contendet de elegantia et comitate morum, &c.

7 *Nec cito*] Hunc versum sic explicat Raderus, ‘*Nec gloria peregrini partus.*’ Id est, nec ulla puella extra urbem nascetur, et nata arridebit pa-

Tu desiderium dominæ mihi mitius urbis  
Esse jubes: Roman tu mihi sola facis. 10

*cui magis conveniat esse nurui Romanæ. Tu in causa es cur minus agre feram desiderium urbis dominæ: tu una mihi efficis Roman.*

## NOTÆ

tri, aut matri, quam magis deecat ex- log. iv. ' Incipe, parve puer, risu  
istimari Romanam vel ab ipsis Roma- cognoscere matrem.'  
nis, ac te, o Marcella. Virgilius Ec-

## XXII.

## DE PHILÆNIDE.

QUAM sit lusca Philænus indecenter,  
Vis dicam breviter tibi, Fabulle?  
Esset cæca decentior Philænus.

*O Fabulle, placet definiam paucis verbis, quam indecore lusca sit Philænus? Philænus cæca esset venustior.*

## NOTÆ

3 Decentior] Capta enim utroque 11. Epig. 33.  
oculo minus deformis videretur, lib.

## XXIII.

## IN LÆLIAM.

DENTIBUS, atque comis, nec te pudet, uteris emtis.  
Quid facies oculo, Lælia? non emitur.

*O Lælia, uteris dentibus et capillis emtis, nec erubescis, quid facies oculo? non emitur.*

2 Q. facies? oculus, Lælia, non e. Pulmanni cod. Consule Var. Not.

## NOTÆ

2 Quid facies oculo] Qua arte oculi et dentes, non emuntur.  
deformitatem teges? oculi, ut capilli

## XXIV.

## AD JUVENCUM, DE COVINO CURRU.

O JUCUNDA, covine, solitudo,  
Carruca magis, essedoque gratum

*O covine, amæna solitudo, donum deserti Heliani mihi jucundius carruca, atque*

Facundi mihi munus Æliani;  
 Hic mecum licet, hic, Juvence, quicquid  
 In buccam tibi venerit, loquaris. 5  
 Non rector Libyci niger caballi,  
 Succinctus neque cursor antecedit.  
 Nusquam est mulio: mannuli tacebunt.  
 O si conscius esset hic Avitus,  
 Aurem non ego tertiam timerem. 10  
 Totus quam bene sic dies abiret!

*essedo; o Juvence, hic mecum, hic fas est dicas quicquid tibi venerit in buccam. Non rector niger equi Libyci, nec cursor expeditus anteit. Nusquam est mulio: mannuli silebunt. O si Avitus socius hic adesset, ego non metuerem tertium aurem. Quam festine sic laberetur totus dies!*

1 *Coccine* cod. Beverl.—3 *Æliani* edd. Colin. Paris. 1617. et Farnab. *Neliani* Junt. per errorem. Alios *Hadriani* legere notat Farnab. et sic legit cod. in ed. Par. 1617. *Adiani* Vat. nisi errat Beverlandus.—6 *Vector* edd. vett. et Farnab. *Caballo* Ms. Beverl.—8 *Mannuli* id.—9 *Hinc amicus* id.

## NOTÆ

- 1 *Corine*] Vehiculi falcati genus est, quo Galli in præliis utebantur.  
 2 *Jucunda solitudo*] Nempe propter umbram covini tecti et velati, ut ait Raderus: sed melius, meo judicio, Farnabius covinum solitudinem dici a Poëta censet, quod regeretur sine mulione.  
 3 *Carruca, essedoque*] Sunt etiam currum genera.
- 6 *Non rector*] Maurum intellige insidentem equo Massyleo, lib. ix. Epig. 23.  
 8 *Mannuli*] Parvi equi qui sermones nostros non deferent, a quibus scilicet trahebatur covinus.  
 9 *Avitus*] De quo Epistola libri ix. et Epig. 1.  
 10 *Aurem non*] Aviti scilicet qui verba nostra insidiosè non exciperet.

## XXV.

## IN THELESINUM.

CUM rogo te nummos sine pignore, Non habeo, inquis.  
 Idem, si pro me spondet agellus, habes.  
 Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,  
 Credis colliculis, arboribusque meis.

*Cum peto a te nummos sine pignore, Non habeo, ais. Tu idem habes, si agellus spondet pro me. O Thelesine, quod non credis mihi antiquo socio, credis colli-*

4 *Caulic.* Ms. in marg. ed. Par. 1617. *Codic.* cod. Beverl.—5 *R. casus* id.

Ecce reum Carus te detulit : adsit agellus. 5  
 Exilii comitem quæris ? agellus eat.

*culis atque arboribus meis. En Carus accusavit te reum : agellus ferat opem. Quærisne comitem exilii ? Agellus eat.*

codex.—6 *Exilio* Ms. in marg, ed. Par. 1617.

## NOTE

- 5 *Carus*] Delator nequissimus.      hi, credis pecuniam.  
 6 *Agellus eat*] Cui nempe, non mi-

## XXVI.

## IN AVARUM AMICUM.

SEXAGINTA teras cum limina mane senator,  
 Esse tibi videor desidiosus eques,  
 Quod non a prima discurram luce per urbem,  
 Et referam lassus basia mille domum.  
 Sed tu purpureis ut des nova nomina fastis, 5  
 Aut Numidum gentes, Cappadocumve petas :  
 At mihi, quem cogis medios abrumpere somnos,  
 Et matutinum ferre, patique lutum,

*Cum tu senator mane teras sexaginta limina, ego videor tibi esse eques otiosus ; quod a primo diluculo non discurram per urbem, et defatigatus reportem mille oscula in ædes meas. Sed tu discurras ut inscribas nova nomina purpureis fastis, aut adeas nationes Numidarum, aut Cappadocum : sed ego, quem cogis abrumpere medios somnos, et aspergi atque infici luto matutino, quid peto ? cum pes solutus*

*Ad Lætorium* ed. Barb. et sic scribit Scriver.—1 ‘Omnino *Sexagena*. Vide Voss. in *Arte Grammatica*.’ Schrevel.—4 *Alios Nec legere* notat Schre-

## NOTE

- 1 *Sexaginta*] Hoc est, cum tu senator discurras, ego vero dignitate inferior, eques scilicet, et quidem sine censu, tibi videor desidiosus, qui summo mane potentioribus non nuntiam salutem.  
 4 *Et referam*] De his salutantium basiis diximus, lib. vii. Epig. 95.  
 5 *Sed tu purpureis*] Hoc est, ut consul fias ; consulum enim nomina in fastos purpura illitos referebantur.  
 6 *Aut Numidum*] Numides vocan-
- tur auctore Stephano populi circa Nilum fluvium ; Cappadoces vero Asiæ minoris sunt populi, de quibus jam supra. Sensus est : Tu colis potentiores, ut obtineas provinciam cum imperio.  
 7 *At mihi quid petitur*] Hoc est, quid spero cum rupta est aluta pellis ? nempe ex qua conficiebantur calcei.  
 8 *Et matutinum*] Vide lib. iii. Ep. 36.

- Quid petitur? rupta cum pes vagus exit aluta,  
 Et subitus crassæ decidit imber aquæ; 10  
 Nec venit ablatis clamatus verna lacernis;  
 Accedit gelidam servus ad auriculam,  
 Et, Rogat ut cœnes secum Lætorius, inquit.  
 Viginti nummis non ego malo famem?  
 Quod sit cœna mihi, tibi sit provincia merces, 15  
 Et faciamus idem, nec mereamur idem.

*exit, pelle rupta, et repentinus imber crassæ aquæ decidit: nec verna nomenclator accedit ablatis lacernis; sed servus accedit ad frigidam auriculam, et dicit, Lætorius orat ut cœnes secum: an non gratior est cœnacula emta viginti nummis? cum habeam cœnam pro mercede, tu vero provinciam, et faciamus idem, nec mereamur idem.*

vel.—5 'Malo Ceu tu, posita vs. 4. post 'domum' minori distinctione, ut vs. 8.' *De Rooy*.—11 Jac. Bongarsius conj. *adlatis*.—14 *Famem*; ed. Maitt. *Viginti nummis, non ego, malo famem*; ed. Schrevel. *Viginti nummis? non ego: malo famem*, ed. Barb.—15 *Quam sit* edd. Schrevel. Barb. 'Alii leg. *Cum sit: ego Cur sit.*' Farnab.

## NOTE

10 *Et subitus*] Et pluvia repentina perfusus domum redeo. 'Aquam crassam' sudorem interpretatur Domitius. Judicet lector.

11 *Nec venit*] Hoc est, nec detritis meis lacernis aut humidis servus adest, qui novas afferat, detritas tollat, sed duntaxat a divite quodam Lætorio venit servus, qui me defatigatum invitet ad cœnam. *Ablatis*, forte legendum *adlatis*.

14 *Viginti nummis*] Hoc est, nonne domi mihi gratior esset frugalis cœna? Legunt alii, *Et rogat, ut cœnes secum Lætorius, inquit. Viginti nummis. Non ego. Malo famem. Quam sit cœna mihi, &c. Non ego, forte legendum Non eo.*

15 *Quod sit cœna mihi*] Hoc est, ideo summo mane per urbem non discuro, quod similia mea et tua officia simili mercede non remunerentur.

## XXVII.

## IN SENIAM.

A LATRONIBUS esse te fututam  
 Dicis, Senia: sed negant latrones.

## NOTE

1 *Te fututam*] Negant te impulsam honestius quippiam passam esse, ut ab iis. Vel negant hoc, aiuntque te in- Callist. Epig. 35. infra.

## XXVIII.

IN CINNAM.

POTO ego sextantes: tu potas, Cinna, deunces:

Et quereris quod non, Cinna, bibamus idem.

*Ego bibo sextantes; tu, o Cinna, bibis deunces, atque, o Cinna, quereris, quod non potemus idem vinum.*

## NOTÆ

1 *Sextantes*] Hoc est, duos cyathos to conquereris tibi non apponi optibibo, tu vero undecim, unde immerimum vinum; nimium enim bibis.

## XXIX.

DE HERMOGENE FURE.

HERMOGENES tantus mapparum, Pontice, fur est,

Quantus nummorum vix, puto, Massa fuit.

Tu licet observes dextram, teneasque sinistram,

Inveniet, mappam qua ratione trahat.

Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem: 5

Casuras alte sic rapit Iris aquas.

Nuper cum Myrino peteretur missio læso,

Subduxit mappas quatuor Hermogenes.

*O Pontice, Hermogenes tam surripit mappas, quam, opinor, vix Massa surripuit nummos. Quamvis tu caveas a dextra, et astringas lævam, excogitabit qua arte subducat mappam. Halitus cervi sic attrahit frigidum anguem: sic Iris evchit undas casuras desuper. Nuper cum peteretur missio Myrino culherato, Hermogenes surripuit quatuor mappas. Cum prætor vellet facere candidum mappam, Her-*

10 *Surripit* edd. vett. et Delph. Schrevel. Maitt. et Farnab. Vid. Var. Not.

## NOTÆ

1 *Hermogenes*] Hoc est, ab Herme seu Mercurio genitus, qui nempe est furum Deus: Poëta ergo aptissimum furi hoc nomen finxit.

2 *Massa*] Plinius Junior Epist. ult. lib. vii. 'Dederat me senatus cum Herennio Senecione advocatum provinciae Bæticæ contra Bæbium Massam: damnatoque Massa censuerat ut bona ejus publice custodirentur.'

5 *Cervinus gelidum*] Cervus absorpto angue vitam producit.

6 *Iris*] Arcus scilicet cœlestis. Ari-

stoteles lib. iii. Meteor. ἔτι μὲν οὖν ἀνάκλασις ἡ ἱρις τῆς ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον φανερόν. 'Quod ergo Iris sit refractio aspectus ad solem, manifestum est,' &c. Plinius lib. ii. cap. 59.

7 *Cum Myrino*] De quo Epig. 20. lib. Spect. hoc est, cum Myrino gladiatori missio peteretur a populo, vel ab ipso Myrino læso peteretur: læsi enim gladiatores arma summittebant, et vitam aliquando impetrabant ab Imperatore, aut a populo, dum staret respublica.



- Cretatam prætor cum vellet mittere mappam ;  
 Prætori mappam surpuit Hermogenes. 10
- Attulerat mappam nemo, dum furta timentur :  
 Mantile e mensa surpuit Hermogenes.
- Hoc quoque si deerit, medios discingere lectos,  
 Mensarumque pedes non timet Hermogenes.
- Quamvis non modico caleant spectacula Sole, 15  
 Vela reducuntur, cum venit Hermogenes.
- Festinant trepidi substringere carbasa nautæ,  
 Ad portum quoties paruit Hermogenes.
- Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba,  
 Inter adorantes cum stetit Hermogenes. 20
- Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit unquam :  
 A cœna semper retulit Hermogenes.

*mogenes subducit mappam prætori. Nullus attulerat mappam, dum furta metuuntur: Hermogenes subduxit mantile e mensa. Si hoc etiam defecerit, non dubitat radere lectos, et pedes mensarum. Licet spectacula caleant vehemēti sole, vela colliguntur cum Hermogenes accedit. Nautæ meticulosi festinauter contrahunt carbasa, quoties Hermogenes visus est ad portum. Calvi linigeri fugiunt, et sistrata turba fugit, cum Hermogenes stetit inter adorantes. Nunquam Hermogenes apportavit mappam ad cœnam; Hermogenes semper a cœna reportavit.*

—13 *Discingere* edd. vet. et Delph. *Diffring.* Ms. in marg. ed. Par. 1617. Consule Var. Not. '*Discing.* edidit Scriverius: recte. Tamen damnat Cuper. Obs. iv. 5. reponere tentans *destring.* Nullam causam video cur *discing.* displiceat adeo. .... Vides *discing.* moveri non debuisse.' *De Rooy.*

#### NOTÆ

9 *Cretatam*] Signum nempe quod mittendis quadrigis dabatur in ludis Circensibus. Raderus ex Cedreno refert, hanc fuisse occasionem mappæ in circum mittendæ, quod magistratus, ante missionem, super fornice carcerum eo loco unde spectabant, convivium curarent, mappamque in tempore mappariorum mittendam traderent.

11 *Attulerat mappam*] Ad convivia singuli afferebant suas mappas: mantile vero, inquit Raderus, linteum scilicet tergendis manibus aptum, a convivatore parabatur.

13 *Discingere* [*Discingere*] Hoc est, stragula lectorum, quibus accumbe-

bant, surripere: vel forte melius, laminas aureas vel argenteas lectis deradere.

14 *Mensarumque pedes*] Eburneos nimirum, aut potius intellige ab Hermogene argenteas bracteas mensarum pedibus derasas fuisse, Epig. 33. lib. VIII.

16 *Vela reducuntur*] Epig. 39. lib. IX. Vela autem colligebantur ne ab Hermogene surriperentur.

19 *Linigeri*] Isidis sacerdotes interpretare, quorum vestes ex lino confectæ candidissimæ erant: illos sistratam turbam vocat, quod sinistra sen crepitacula quaterent sacra sua celebrantes.

XXX.

AD APRUM.

SICCUS, sobrius est Aper: quid ad me?  
 Servum sic ego laudo, non amicum.

*Aper siccus et sobrius est: quid ad me pertinet? Talis mihi placet servus, non amicus.*

*In Ap. ed. Barb.*

NOTÆ

2 *Non amicum*] Quem genio suo indulgere volo.

XXXI.

DE HORTIS MARCELLÆ UXORIS.

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis umbra supini  
 Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ;  
 Prataque, nec bifero cessura rosaria Pæsto;  
 Quodque viret Jani mense, nec alget olus;  
 Quæque natat clusis anguilla domestica lymphis, 5  
 Quæque gerit similes candida turris aves;  
 Munera sunt dominæ post septima lustra reverso;  
 Has Marcella domos, parvaque regna dedit.

*Hoc nemus, hi fontes, textilis hæc umbra proui palmitis, et hic ductilis fluxus aquæ riguæ; et pratu, et rosaria non inferiora Pæsto bifero; atque olus quod virescit mense Januario, nec friget; et familiaris anguilla quæ natat aquis clausis, atque alba turris in qua sunt volucres; sunt dona domino: Marcella donavit mihi reverso post septem lustra has ædcs, atque exigua regna. Si Nausicuë mihi daret paternos*

*Uxoris omittit ed. ead.—5 Clausis Ms. in marg. ed. Par. 1617. Palat. nymphis.—6 Veneris id. pro similes.—7 Domino edd. vett. et Delph. Reversæ Ms. Beverl.—8 Dapes pro domos id.*

NOTÆ

1 *Textilis umbra*] Propter palmites cum foliis atque arborum ramis contextos.

2 *Ductile flumen*] Rivulum intellige ab aliquo vicino fonte ductum in hortos Marcellæ, vel forte aquæductum.

3 *Bifero Pæsto*] Hoc est, bis in anno florenti. Vide Epig. 37. lib. v.

4 *Nec alget*] Nec frigidum est.

5 *Clausilymphis*] Hoc est, in piscina.

6 *Candida turris*] Candidas columnas continebat.

7 *Post septima*] Triginta et quatuor annis Poëta manserat Romæ, et anno trigesimoquarto rediit in Hispaniam. Vide Epig. 103. lib. x.

*Munera sunt dominæ* [domino] Alii dominæ, nempe meæ uxoris.

Si mihi Nausicaë patrios concederet hortos,  
Alcinoo possem dicere, Malo meos. 10

*hortos, liceret dicere Alcinoo, Plus placent mei.*

## NOTÆ

9 *Nausicaë*] Filia scilicet Alcinoi, de enjns amœnissimis hortis Epig. 64. l. iv.

## XXXII.

## IN VACERRAM.

O JULIARUM dedecus Kalendarum,  
Vidi, Vacerra, sarcinas tuas; vidi:  
Quas non retentas pensione pro bima  
Portabat uxor rufa crinibus septem,  
Et cum sorore cana mater ingenti. 5  
Furias putavi nocte Ditis emersas.  
Has tu priores frigore et fame siccus,  
Et non recenti pallidus magis buxo,  
Irus tuorum temporum, sequebaris.  
Migrare cliyum crederes Aricinum. 10

*O infamia Juliarum Kalendarum, o Vacerra, vidi tuam supellectilem, spectari: quam non retentam pro mercede biennii ferebat uxor rufa septem capillis, et cana genitrix cum ingenti sorore. Existimavi Furias emersas ex tenebris Inferorum. Tu aridus frigore et esurie, et pallidior buxo veteri, Irus tui seculi, sequebaris has præcuncts. Putares mendicos omnes clivi Aricini ire alio. Lectulus tripes in-*

3 *Proxima, non pro bima, Ms. Beverl.—4 Rapta pro rufa id.—5 Casta cod. in marg. ed. Par. 1617. ubi cana magis ad rem facere monet Annotator.—*

## NOTÆ

1 *O Juliarum*] Quo nempe tempore novas aedes conducere solebant Romani. Suetonius in Tiberio cap. 35, 'Senatori latum clavum ademit, cum cognovisset, sub Kalendas Julii demigrasse in hortos, quo vilius post diem aedes in urbe conduceret.'

3 *Quas non retentas*] Hoc est, quas conductarum a te ædium dominus pro pensione biennii, utpote viliores, pignoris loco retinere noluit.

4 *Crinibus septem*] Hoc est, uxor

tua calva.

5 *Sorore ingenti*] Ætate scilicet, secundum Raderum: adulta autem et carente viro, secundum Domitium. 'Ingenti' forte melius referas tantum ad immanem corporis proceritatem.

8 *Non recenti*] Hoc est, arido buxo pallidior.

9 *Irus*] Omnium mortalium pauperrimus, de quo Epig. 39. lib. v.

10 *Cliyum Aricinum*] Ubi erant multi mendici. Vide Epig. 19. lib. 11.

Ibat tripes grabatus, et bipes mensa,  
 Et cum lucerna, corneoque cratere  
 Matelia curto rupta latere meiebat.  
 Focum ferentis suberat amphoræ cervix :  
 Fuisse gerres, aut inutiles mænas 13  
 Odor impudicus urcei fatebatur,  
 Qualem marinæ misit aura piscinæ.  
 Nec quadra deerat casei Tholosatis.  
 Quadrima nigri nec corona pulei,  
 Calvæque restes allioque, cepisque, 20  
 Nec plena turpi matris olla resina,  
 Summœnianæ qua pilantur uxores.  
 Quid quæris ædes, villicosque derides,  
 Habitare gratis, o Vacerra, cum possis ?  
 Hæc sarcinarum pompa convenit ponti. 25

*cedebat, et mensa bipes, et cum lucerna, et corneo cratere matella fracta brevi latere meiebat. Cervix portantis focum subjecta erat amphoræ. Fatidus odor urcei, qualis emissa est ab aura piscinæ marinæ, testificabatur in eo fuisse gerres, aut mænas inutiles. Nec quadra casei Tolosatis deficiebat, nec corona quadrima nigri pulei, et calvæ restes et allio, et cepis, nec olla matris tuæ plena factida resina, qua Summœnianæ uxores glabrantur. O Vacerra, quid quæris domum, et illud villicos, cum possis habere domicilium gratis? Hæc pompa sarcinarum apta est ponti.*

9 *Ad rus* Ms. Beverl.—14 *Foco virenti* ed. Barb. Vid. Not. Var.—15 *Tulisse* vult de Rooy. *Grues* cod. Beverl.—16 *Hircii*: vid. nostram ed. Ovidii, p. 3797.—17 *Vixit id. Visit* legend. jubet Beverlandus.—21 *Maris* cod. Beverl.

## NOTE

11 *Tripes grabatus*] Vilis nimirum lectus, cui ut et mensæ deerat unus pes: mensæ enim ut plurimum tribus pedibus fulciebantur.

13 *Meiebat*] Hoc est, ex qua rupta effluebat urina.

14 *Focum ferentis*] An impositam Vacerræ an servi capiti amphoram cui focus inerat? Videat lector. Legendus Juvenalis Sat. III. 251. Legunt alii, *Foco virenti suberat amphoræ cervix*. Quam lectionem non intelligo.

15 *Gerres*] Genus nempe locustarum, Epig. 77. lib. III. *Mænas*] Pisciculos de quibus lib. XI. Epig. 31.

18 *Casei Tolosatis*] Mali scilicet saporis. Tolosa urbs Galliæ satis nota.

19 *Quadrima*] Hoc est, pulegium a quatuor annis servatum, eoque deterius, nempe cibariis rusticorum condiendis inserviebat.

20 *Calvæ restes*] Sensus est: Allia et cepæ ex finibus seu restibus pendentes, quas calvas vocat, quod cepæ sint glabræ.

22 *Summœnianæ*] Hoc est, meretrices. Vide lib. III. Epig. 81.

23 *Quid quæris*] Hoc est, inquit Farnabius, Quid quæris villam ruri, quasi lautiorum more per æstatem rusticaturus sis!

*Villicosque derides*] Cum solvendo non sis.

25 *Ponti*] Ubi nempe habitant mendici.

## XXXIII.

DE LABIENO.

UT pueros emeret Labienus, vendidit hortos:  
Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

## NOTÆ

2 *Nil nisi ficetum, &c.*] Vide Epig. 16. supra. Jocus est in ambiguitate *τοῦ ficus*: cum dicat, Labieno ex hortis supresse ficis cousitum agrum. Intelligit pueros ex nequitia ficosos, ut lib. iv. Epig. 52. et lib. vii. Epig. 70. et lib. i. Epig. 66.

## XXXIV.

AD JULIUM MARTIALEM.

TRIGINTA mihi, quatuorque messes  
Tecum, si memini, fuere, Juli:  
Quarum dulcia mixta sunt amaris;  
Sed jucunda tamen fuere plura.  
Et si calculus omnis huc et illuc  
Diversus bicolorque digeratur:  
Vincet candida turba nigriorem.  
Si vitare velis acerba quædam,  
Et tristes animi cavere morsus,  
Nulli te facias nimis sodalem.  
Gaudebis minus, et minus dolebis.

5

10

O Juli, si memini, vixi tecum triginta et quatuor annis; quorum suavitatis non fuit sine amaritatis, at nihilominus plures fuere dulces. Et si calculus omnis diversus, et bicolor distribuatur huc et illuc, albus numerus superabit nigriorem. Si cupias declinare quasdam molestias, et vitare acerbos morsus animi, cum nullo in eas nimiam amicitiam. Lætaberis minus, et merebis minus.

*Martialem* omittunt edd. vett.—1 *Menses* cod. Beverl.—7 *Nigricantem* id.

## NOTÆ

*Ad J. M.* [*Ad J.*] Addunt alii *Martialem*. Vide lib. ix. Epig. 99.

1 *Triginta*] Quibus manserat Romæ: lib. x. Epig. 104.

5 *Et si calculus*] Lapidibus albis fausti dies, nigris vero infancti notabantur: lib. viii. Epig. 45.

7 *Vincet candida*] Plures numerantur dies felices, quam mæsti.

9 *Animi morsus*] Hoc est, uerorem, a quo conficitur animus.

11 *Gaudebis minus*] Amicorum enim prospera atque adversa fortuna nimis nos afficit.

## XXXV.

AD CALLISTRATUM.

TANQUAM simpliciter tecum, Callistrate, vivas,  
 Dicere percisum te mihi sæpe soles.  
 Non es tam simplex, quam vis, Callistrate, credi:  
 Nam quisquis narrat talia, plura tacet.

//////////

2 *Præcis*. edd. vett. et Maitt. et Farnab. Vid. Not. inf.

## NOTÆ

1 *Tanquam*] Vis videri ingenne mecum communicare secreta tua, proinde fateri etiam vitia; sed hoc non facis ingenne: namque minus de te fateris, ut majus taceas.

2 *Percisum* [*Præcisum*] Palat. legit*percisum*. Vide lib. II. Epig. 72.4 *Narrat, tacet*] In vocibus 'narrat' et 'tacet,' latet majus illud quod Callistratus non fatetur vitium. Vide lib. III. Epig. 83. et Epig. 95.

## XXXVI.

IN LABULLUM.

LIBRAS quatuor, aut duas amico,  
 Argentemque togam, brevemque lænam,  
 Interdum aureolos manu crepantes,  
 Possint ducere qui duas Kalendas,  
 Quod nemo, nisi tu, Labulle, donas, 5  
 Non es, crede mihi, bonus: quid ergo?  
 Ut verum loquar, optimus malorum.  
 Pisones, Senecasque, Memmiosque,

O *Labulle*, quod tu solus largiris amico libras quatuor, aut duas argenti, frigidam togam, et lænam curtam, aliquando aureolos sonantes in manu; quibus sustentari possit amicus duobus mensibus; crede mihi, non es bonus. Quid igitur? optimus malorum, ut dicam veritatem. Mihi restitue Pisones, et Senecas, et

## NOTÆ

1 *Libras*] Vide lib. II. Epig. 44.2 *Argentem*] Hoc est, ita tritam, ut frigus facile admittat. Læna vero erat vestis quæ hyeme pallio superinduebatur, teste Bayfio.3 *Aureolos*] Lib. V. Epig. 19. 'Qui crepet aureolos forsitan unus erit.'7 *Optimus malorum*] Hoc est, Tu es inter avaros munificentissimus.8 *Pisones*] Quibus de arte poetica librum dedicavit Horatius. De Crispo et Seneca supra dictum. Memmio vero suum poema dedicavit Lucretius.

Et Crispos mihi redde, sed priores .  
 Fies protinus ultimus bonorum. 10  
 Vis cursu pedibusque gloriari ?  
 Tigrim vince, levemque Passerinum.  
 Nulla est gloria præterire asellos.

*Memios, et Crispos, sed antiquos: repente evades ultimus bonorum. Placetne gloriari cursu et pedibus? Supera Tigrim, et levem Passerinum. Nullus est honor præcurrere asinos.*

## NOTE

10 *Ultimus bonorum*] Hoc est, Munitissimos fuisse, alii cursores affirmant: lib. vii. Epig. 6.  
 12 *Tigrim, Passerinum*] Alii equos

## XXXVII.

## IN NASUTUM.

NASUTUS nimium cupis videri.  
 Nasutum volo, nolo polyposum.

*Vis haberi nimis nasutus: placet nasutus, displicet polyposus.*

## NOTE

1 *Nasutus*] Irrisores dicuntur nasuti, lib. i. Epig. 1. 'Et pueri nasum rhinocerotis habent.' Sensus est: Volo urbanam et acutum, non putidum et ineptum derisorem. Polypus vero est nasi morbus, de quo Celsus lib. vi. cap. 8. qui eo morbo laborant polyposi dicuntur, quos hoc loco sumit Poëta pro putidis et randidulis scurris.

## XXXVIII.

## AD CANDIDUM.

HUNC qui foemineis noctesque diesque cathedris  
 Incedit tota notus in urbe nimis,  
 Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro,  
 Ore tener, latus pectore, crure glaber,

*O Candide, non est quod metuas hunc, qui nimium notus in tota urbe, adit nocte et die cathedras foeminarum, nitens coma, niger unguento, micans ostro,*

## NOTE

1 *Cathedris*] De quibus dictum lib. legendum esset *insedit*. Nempe mollem et cinædum intelligit.

Uxori qui sæpe tuæ comes improbus hæret : 5  
 Non est quod timeas, Candide : non futuit.

*ore delicatus, latus pectore, levis crure, qui crebro improbus comes hæret tuæ conjugii \* \*.*

## XXXIX.

IN SABELLUM.

ODI te, quia bellus es, Sabelle.  
 Res est putida bellus, et Sabellus,  
 Bellum denique malo, quam Sabellum.  
 Tabescas utinam, Sabelle, belle!

*O Sabelle, odi te, quoniam bellus es. Res est fœtida bellus et Sabellus, tandem malo bellum, quam Sabellum. O Sabelle, utinam marcescas belle!*

## NOTE

1 *Odi te*] Hunc Sabellum jam carpsit Poëta lib. VII. Epig. 85. *Bellus*, hoc est, ineptus. Vide lib. II. Epig. 7.

3 *Bellum denique*] Bellus enim homo vitiosus est tantum, Sabellus vero est ipsum vitium, inquit Raderus.

Sed magis placet bellum hoc loco sumi pro ipsa belli contentione.

4 *Tabescas*] Ut res putida. *Belle* potest esse quintus casus, vel adverbium.

## XL.

IN PONTILIANUM.

MENTIRIS? credo: recitas mala carmina? laudo:  
 Cantas? canto: bibis, Pontiliane? bibo.  
 Pedis? dissimulo: gemma vis ludere? vincor.  
 Res una est, sine me quam facis, et taceo.

*O Pontiliane, mentiris, adhibeo tamen fidem: recitas versus ineptos, probos: cantas, canto: potas, poto: pedis, dissimulo: placet ludere gemma, superor. Unica*

*In Pompilianum et vs. 2. Pompiliane ed. Barb.*

## NOTE

1 *Credo*] Officii causa fingo me credere, licet sciam te mentiri.

2 *Cantas*] Similis est adulatoris effigies apud Juvenalem Sat. III.

3 *Gemma ludere*] Hoc est, latro-  
*Delph. et Var. Clas.*

nibus ludere, ut aiunt interpretes. Vide lib. VII. Epig. 72. et lib. XIV.

Epig. 20. 'Insidiosorum si ludis bella latronum, Gemmeus iste tibi miles, et hostis erit.'

*Martial.*

3 L



Nil tamen omnino præstas mihi : mortuus, inquis, 5  
Accipiam bene te : nil volo : sed morere.

*res est, quam agis sine me, et sileo. Nihilominus nihil prorsus donas mihi; Defunctus, ais, bene excipiam te. Nihil peto; at percas.*

## NOTE

6 *Sed morere*] Ut nempe pronissam mihi tuam hæreditatem accipiam.

## XLI.

## IN TUCCAM.

NON est, Tucca, satis, quod es gulosus :  
Et dici cupis, et cupis videri.

*O Tucca, non sufficit quod es helluo : et vis haberi, et vis videri.*

## XLII.

## DE CALLISTRATO ET AFRO.

BARBATUS rigido nupsit Callistratus Afro,  
Hac qua lege viro nubere virgo solet.  
Præluxere faces, velarunt flammea vultus :  
Nec tua defuerunt verba, Thalasse, tibi.  
DOS etiam dicta est : nondum tibi, Roma, videtur 5  
Hoc satis ? expectas numquid ut et pariat ?

## NOTE

1 *Barbatus*] Hinc Epigrammati ingenium et lux a Sat. II. Juvenal. vs. 134. Vide et Tacitum xv. Annal. quo modo Nero Pythagoræ nupsit. *Rigido Afro*] Mutoniato.

3 *Faces*] Nuptiales, quæ quinque pro numero partus naturali : vel in honorem quinque Deorum ; Jovis adulti, Junonis adultæ, Veneris, Sualæ, Lucinæ præferbantur a pueris

patrimis et matrimis apud Romanos : a sponsæ matre apud Græcos. Vide quæ Farnabius ad Senecæ Thebaida vs. 263. et 507. *Flammea*] Flammeum erat velamentum luteum ceu rubrum, quo nova nupta tegebatur pudoris gratia : vel in subjectionis symbolum : lib. XI. Epig. 78.

4 *Thalasse, tibi*] Nuptiarum Deus, lib. I. Epig. 36.

## XLIII.

## IN SABELLUM.

FACUNDOS mihi de libidinosi  
Legisti nimium, Sabelle, versus :  
Quales nec Didymi sciunt puellæ,

3 *Dindymi* vulgg. *Dydymi* vult Scaliger ad Catullum.—5 Scriv. legit

Nec molles Elephantidos libelli.  
 Sunt illic Veneris novæ figuræ : 5  
 Quales perditus audeat fututor:  
 Præstent, et taceant quid exoleti:  
 Quo symplegmate quinque copulentur;  
 Qua plures teneantur a catena;  
 Extinctam liceat quid ad lucernam. 10  
 Tanti non erat esse te disertum.

novem.—8 'Scriverii ed. *Symplegade*: haud scio, quo auctore.' Schrev. In marg. ed. Langii *Qua Symplegade*.

## NOTÆ

3 *Didymi sciunt puellæ*] Spintriæ nescio cuius, monstrosi. Pro *Dindymi* legi *Dydimi* vult Jos. Scaliger ad Catullum.

4 *Elephantidos libelli*] Poëtriæ, quæ libris suis expressit ποικίλα τῆς Ἀφροδίτης καὶ ἀκολασίας σχήματα, cujusmodi figuris et schematis cubicula sua instruxit Tiberius Cæsar. Taceo Aretini nefarias tabellas. Vide si placet quæ Casanbonus ad cap. 43. Sueton. Tiberii, ex Propertio, Clemente Alexandr. &c.

7 *Taceant quid exoleti*] An tacent pudore inhibiti ipsi exoleti? Emphatice. An tacent, uti lib. III. Epig. 96.

8 *Symplegmate, Qua plures, &c.*] Sellarias istas ac series turpiter conexorum, nimis aperte refert Suet. cap. 43. Tiberii: Ἀφροδίτην ταύτην ἐπὶ τῇ συμπλοκῇ δεδεμένην execratur Clemens Alexandrinus. Προτροπικῶν ad Græcos. Scriverii editio, *Symplegade*. Haud scio, quo auctore.

11 *Tanti non erat, &c.*] Non erant hæc digna tanto ingenio.

## XLIV.

## AD M. UNICUM.

UNICE, cognato junctum mihi sanguine nomen:

Quique geris studiis corda propinqua meis:

Carmina cum facias soli cedentia fratri,

Pectore non minor es, sed pietate prior.

O *Unice*, qui habes nomen mihi junctum cognato sanguine, et cor accedens ad mea studia; cum componas versus cedentes soli fratri, non inferior es pectore, sed

## NOTÆ

2 *Corda propinqua*] Hoc est, qui iisdem studiis deditus es.

3 *Carmina*] Unicus habebat fratrem qui versus heroicis componebat, a quibus se abstinebat, ne famæ fratris

noceret. Idem dixit Poëta de Turno et Memore lib. XI. Epig. 10.

4 *Sed pietate prior*] Quia das ipsi primas.

Lesbia cum tenero te posset amare Catullo,

5

Te post Nasonem blanda Corinna sequi.

Nec deerant Zephyri, si te dare vela juvaret:

Sed tu littus amas: hoc quoque fratris habes.

*superior pietate. Lesbia posset diligere te cum tenero Catullo, et blanda Corinna hærere tibi post Nasonem. Nec Zephyri deficiebant, si tibi placeret dare vela: at littus tibi gratum est: et hoc etiam te probat fratrem.*

5 *Palat. legit cum lepido.*—7 *Non deerunt ...juvabit in margine ed. Langii, Par. 1617.*

## NOTE

5 *Lesbia, et Corinna]* Amicæ scilicet Catulli, et Ovidii, teneris horum poëtarum elegiis assuetæ, tuas tamen amare possent.

7 *Nec deerant Zephyri]* Hoc est,

Non deerat tibi grande ingenium, si carmina heroica condere voluisses.

8 *Hoc fratris]* Cum fratris causa grande tuum ingenium coërceas.

## XLV.

## AD PHÆBUM.

HÆDINA tibi pelle contegenti  
Nudæ tempora verticemque calvæ,  
Festive tibi, Phœbe, dixit ille,  
Qui dixit caput esse calceatum.

*O Phæbe, ille lepide dixit tibi hædina pelle tegenti tempora, et verticem nudæ calvæ, qui dixit caput esse calciatum.*

1 *Ædina* Junt. Ald. Colin.—3 *Duxit* Beverlandi Ms.—4 *Pro Qui dixit* idem cod. *crudum.* Omnes edd. vett. *calciatum.*

## NOTE

1 *Hædina pelle]* Hoc est, galericulo ex hædi pelle facto, quo utebatur Phæbus ad tegendum calvitium. Vide lib. xiv. Epig. 50.

4 *Calceatum]* Alii, *calciatum:* fiunt vero calcei ex pellibus, quibus cum Phæbus tegetet caput, merito calceatum dici poterat.

## XLVI.

## AD CLASSICUM.

VENDUNT carmina Gallus, et Lupercus,  
Sanos, Classice, nunc nega poëtas.

*Gallus et Lupercus vendunt versus. O Classice, nunc nega poëtas sapere.*

## NOTÆ

1 *Gallus et Luperus*] Mali scilicet carmina venderent, non ipsi, sed poëta, qui tamen cum inepta sua emtores insaniebant.

## XLVII.

## IN HABENTEM VARIOS MORES.

DIFFICILIS, facilis, jucundus, acerbus es idem :

Nec tecum possum vivere, nec sine te.

*Tu idem es asper, comis, suavis, acerbus : nec licet vivere tecum, nec sine te.*

## NOTÆ

2 *Nec tecum*] Propter acerbos tuos      *Nec sine te*] Propter comitatem. mores.

## XLVIII.

## IN LAUTUM INVITATOREM.

BOLETOS et aprum si tanquam vilia ponis,

Et non esse putas hæc mea vota : volo.

Si fortunatum fieri me credis, et hæres

Vis scribi, propter quinque Lucrina : vale.

Lauta tamen cœna est : fateor lautissima : sed cras      5

Nil erit, immo hodie, protinus immo nihil,

Quod sciat infelix damnatæ spongia virgæ,

Vel quicumque canis, junctaque testa viæ :

*Si apponis boletos et aprum tanquam abjecta, et credis hæc non appeti a me : volo. Si existimas me fieri felicem, et cupis hæres institui propter quinque ostrea ex Lucrino : vale. Nihilominus sumtuosa est cœna, fateor, sumtuosissima : at nihil supererit cras, immo hodie, immo repente nihil, quod sciat infelix spongia virgæ damnatæ, aut quicumque canis, aut amphora propinqua viæ. Hic est finis nullo-*

1 Pro *si tanquam* Beverlandi Ms. *tanquam mihi.*—7 *Damnata s. virga* in

## NOTÆ

1 *Boletos*] Quos si mihi apposueris tanquam cibos delicatissimos, ut sc. captes meam hæreditatem, nolo ; sin minus lubens cœnabo apud te. *Vilia*, hoc est, tanquam res viles.

4 *Quinque Lucrina*] Vide lib. VI. Epig. 11.

6 *Immo hodie*] Nam statim a cœna nulla superest gulæ voluptas.

7 *Quod sciat infelix*] Spongia, in-

quit Farnabius, ligno adhærens damnata in vile ministerium, ad emundanda scilicet obscœna, ut de bestiario quodam refert Seneca Epist. 70. ‘Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis, cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus. Nullum aliud illi dabatur sine custode secretum. Ibi lignum illud, quod ad emundanda

Mullorum, leporumque, et suminis exitus hic est,  
 Sulfureusque color, carnificesque pedes. 10  
 Non Albana mihi sit commissatio tanti;  
 Nec Capitolinæ, pontificumque dapes.  
 Imputet ipse Deus nectar mihi, fiet acetum,  
 Et Vaticanæ perfida vappa cadi.  
 Convivas alios cœnarum quære magister, 15  
 Quos capiant mensæ regna superba tuæ.  
 Me meus ad subitas invitet amicus ofellas:  
 Hæc mihi, quam possum reddere, cœna placet.

*rum, et leporum, et suminis, color nempe pallidus, et pedes podagrosi. Nolim tanti facere commissationem Albanam, nec epulas Capitolii et pontificum: ipse Deus ratiocinetur mecum de nectare dato, fiet acetum, et perfida vappa cadi Vaticanæ. O moderator cœnarum, quære alios convivas, qui delectentur lautissimis cibis tuæ mensæ: meus amicus me vocet ad ofellas repentinas: amo cœnam, quam possum reddere.*

margin. ed. Langii.—15 *Magistros* Thuan. et Vat. codd.

## NOTÆ

obsœna adhærente spongia positum est, totum in gulam farsit, et vi præclusis faucibus spiritum elisit.

8 *Vel quicumque canis*] Qui nimirum ad vomitum accurrat.

*Junctaque testa viæ*] Urnæ scilicet in triviis erant collocatæ, in quas meierent præterentes.

11 *Albanæ*] Lautissimum scilicet epulum quale exhibuit in Albano monte in Quinquatriis Minervæ suæ Domitianus. Farnabius. De comestatione dictum hb. iv. Epig. 5.

12 *Nec Capitolinæ*] Hoc est, epulum Jovis in Capitolio instructum, cujus meminuit Valer. Maximus lib. ii. cap. 1.

*Pontificumque dapes*] Lautissimæ scil. quas describit Macrobius cap. 13. lib. iii.

14 *Et Vaticanæ*] Vini vilissimi fæx, lib. i. Epig. 19.

17 *Subitas*] Hoc est, sine apparatus conditas.

*Ofellas*] Genus farciminis.

## XLIX.

AD LINUM PÆDAGOGUM.

CRINITÆ Line pædagoge turbæ,  
 Rerum quem dominum vocat suarum,  
 Et credit cui Postumilla dives

*O Line pædagoge turbæ capillatæ, quem Postumilla locuples nominat moderatorem rerum suarum, et cui committit gemmas, aurea, vina, concubinos: patrona*

## NOTÆ

1 *Crinitæ*] Pueri nempe comas alebant, ut formosiores viderentur.

Gemmas, aurea, vina, concubinos :  
 Sic te, perpetua fide probatum, 5  
 Nulli non tua præferat patrona :  
 Succurras misero, precor, furori,  
 Et serves aliquando negligenter  
 Illos qui male cor meum perurunt :  
 Quos et noctibus et diebus opto 10  
 In nostro cupidus sinu videre,  
 Formosos, niveos, pares, gemellos,  
 Grandes, non pueros, sed uniones.

*tua sic te comprobatum perpetua fide anteponat omnibus: oro subrenias misero furori, atque aliquando custodias indiligenter illos, qui male perurunt pectus meum: quos spectare in nostro sinu avidus expeto die et nocte: pulchros, niveos, pares, gemellos, non adultos pueros sentio, sed uniones.*

4 Alii concubinas.—13 Juniores Beverlandi Ms.

## NOTÆ

4 *Concubinos*] Alii *concupinas*, nempe pensum habeat lectorem, quasi esset gemmas quibuscum cubabat. In eo petiturus pueros, cum appetat solos est acumen Epigrammatis, quod sus- uniones.

## L.

## IN HABENTEM AMÆNAS ÆDES.

DAPHNONAS, platanonas, et aërias cyparissos,  
 Et non unius balnea solus habes ;  
 Et tibi centenis stat porticus alta columnis,  
 Calcatusque tuo sub pede lucet onyx ;  
 Pulvereamque fugax hippodromon ungula plaudit, 5  
 Et percuntis aquæ fluctus ubique sonat.

*Solus possides laureta, platanos, atque excelsas cyparissos, et balnea non unius, atque excelsa tua porticus erecta est centum columnis, atque onyx pressus sub tuo pede splendet, et celeres equi dant plausum hippodromo pulverulento, et fluctus aquæ*

1 *Aëreas phyonas* Beverlandi Ms. Ipse tamen legere vult *pityonas*.—3 *Et tua* edd. vett.

## NOTÆ

2 *Et non unius*] Tam enim ampla quæ significat spatium in quo de sunt, ut vel publica dici possint: platanorum celeritate certabatur.

4 *Onyx*] Lapis nobilis, quo strata 6 *Et percuntis aquæ*] Fontium artificia in illa domo fuisse amœnissima erat domus. intellige.

5 *Hippodromon*] Vox est Græca,

Atria longa patent: sed nec cœnantibus usquam,  
Nec somno locus est: quam bene non habitas!

*pereuntis resonat ubique. Atria sunt ampla: sed nusquam locus est cœnantibus, nec somno. Quam inconmoda est tua habitatio!*

## NOTE

8 *Quam bene*] Imperitus quippe nempe triclinium. omiserat, quod maxime necessarium,

## LI.

## DE FABULLO.

TAM sæpe nostrum decipi Fabullinum,  
Miraris, Aule? semper bonus homo tiro est.

*O Aule, quid miraris tam frequenter circumveniri nostrum Fabullum? vir probus semper tiro est.*

1 *Fabullum* edd. vett.—2 *Scriverius* legit *homo bonus*; quod in textum recepit *Barboui*.

## NOTE

2 *Tiro est*] Hoc est, vir probus et aliis non diffidat. simplex semper decipitur, utpote qui

## LII.

## AD SEMPRONIAM.

TEMPORA Pieria solitus redimire corona,  
Nec minus attonitis vox celebrata reis,  
Hic situs est, hic ille tuus, Sempronia, Rufus:  
Cujus et ipse tui flagrat amore cinis.  
Dulcis in Elysio narraris fabula campo, 5  
Et stupet ad raptus Tyndaris ipsa tuos.

*O Sempronia, hic ille tuus Rufus solitus cingere caput corona Pieria, et vox non minus commendata reis stupentibus, hic jacet, cuius et ipsi cineres ardent amore erga te. Grata fabula narratur de te in campo Elysio, utque ipsa Helena stupet ad*

3 *Pro tuus* Beverlandi cod. *jacet*.—6 *Synthesis* idem.—7 *Fuisti* id.—8 *De-*

## NOTE

1 *Tempora Pieria*] Rufus poëta fuit, lena Tyndari filia stupet te raptam atque orator celebris, qui nempe reos sponte rediisse ad maritum tuum Rufum. Alii intelligunt Rufum non

defenderet.  
5 *In Elysio campo*] Vide lib. I. Epig. 94.

6 *Et stupet ad raptus*] Id est, He-

fuisse ejus maritum, sed raptorem: propter hæc verba 'vestra rapina.'

Tu melior, quæ deserto raptore redisti :  
 Illa virum voluit nec repetita sequi.  
 Ridet, et Iliacos audit Menelaus amores :  
 Absolvit Phrygium vestra rapina Parim. 10  
 Accipient olim cum te loca læta piorum,  
 Non erit in Stygia notior umbra domo.  
 Non aliena videt, sed amat Proserpina raptas :  
 Iste tibi dominam conciliabit amor.

*raptus tuos. Tu probior, quæ reversa es derelicto raptore : Illa nec repetita sustinuit sequi maritum. Menelaus ridet, atque audit Trojanos amores ; vestra rapina excusat Phrygium Parim. Cum aliquando amæna loca piorum excipient te, non erit umbra notior in ædibus Stygiis. Proserpina non aversa, sed amica videt raptas : iste amor devinxit tibi dominam.*

*relicta idem. Alii hunc vs. legunt Noluit illa virum vel repetita sequi.—11 Juga longa Vat. ex Virg. Æn. vii.—14 Conciliavit edd. vett.*

## NOTÆ

8 *Illam virum*] Legunt alii, *Noluit illa virum vel repetita sequi*. Menelaum intellige, qui lætus audit idem marito Sempronix contigisse, quod et ipse passus erat. Amores vero Rufi erga Semproniam ‘Iliacos’ vocat, quia Semproniam rapuit Rufus, ut Helena rapta est a Paride, qui tamen hoc exemplo excusatur.

11 *Accipient olim*] Hoc est, cum mortua migrabis in campos Elysios, eris nota et celebris.

13 *Proserpina*] Propitia raptis, cum et ipsa a Plutone rapta fuerit.

14 *Conciliabit [Conciliavit]* Nimirum amor raptoris erga te jam tibi conciliavit Proserpinam.

## LIII.

## IN AVARUM.

NUMMI cum tibi sint, opesque tantæ,  
 Quantas civis habet, paterve, rarus ;  
 Largiris nihil, incubasque gazæ,  
 Ut magnus draco, quem canunt poëtæ

*O Paterne, cum habeas nummos et tantas divitias, quantæ possidentur vix a nullo cive, nihil donas, atque incubas thesauro, ut ingens draco, a quo custoditum fuisse*

*In Paternum inscriptio est in edd. vett.—2 Alii paterne.—5 Libyci in qui-*

## NOTÆ

4 *Ut magnus draco*] A quo vellus dis in Scythia aureum custodiebatur in luco Colchi-



Custodem Scythici fuisse luci. 5  
 Sed causa, ut memoras, et ipse jactas,  
 Diræ filius est rapacitatis.  
 Et quid tu fatuos rudesque quæris,  
 Illudas quibus, auferasque mentem?  
 Huic semper vitio pater fuisti. 10

*lucum Scythicum narrant poetæ. Sed filius diræ rapacitatis causa est, ut narras atque ipse prædicas. Et quid tu quæris dementes atque imperitos, quibus imponas atque auferas mentem? Semper pater fuisti huic vitio.*

busdam. *Nidi pro luci in marg. ed. Langii.—6 Malit De Rooy Sed causa, ut memorant, nonnulla tamen dubitatione, cujus ita mentionem facit Anonymus in Ep. Critica libro ejusdem De Rooy præfixa: ‘Hæsisisti in hoc loco, V. C. in Conject. p. 77. neque mirum: corrupta illic omnia, neque interpretum quiscquam facem prætulit; at destituti etiam Cod. Thuani fuerunt, qui sanitatem solus præstabit, mutatione unius literulæ: legit enim Diræ filius es rapacitatis: Euge vero et belle! lux e tenebris! Facile nunc priora restitues. Extulerat Poëta avaritiam hominis; nunc addit: Hac causa, ut memorant, et ipse jactas, Diræ filius es rapacitatis.’—8 Ut quid, Scriverius in Ed. anni 1650. At, quid conjicit De Rooy. Editor Delph. legendum censet Ecquid, ut lib. XI. Epig. 1.*

## NOTÆ

8 *Et quid*] Alii *ut quid*: hoc est: An putas nos esse dementes, quos facile hac excusatione usus decipias, prætexens nempe tui filii rapacitatem?  
 10 *Huic semper*] Huic tuo filio omnia necessaria avare recusans causa fuisti rapacitatis. Alii sic interpretantur: Tu semper fuisti pater hujus vitii, avaritiæ nimirum et rapacitatis. Judicet lector.

## LIV.

## IN ZOILUM.

CRINE ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus,  
 Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

*Ruber capillis, niger ore, brevis pede, captus oculo, o Zoile, facis rem magnam, si probus es.*

1 *Fronte* quidam Ms. ap. Beverland. *Luscus* vulgg. pro *læsus*.

## NOTÆ

2 *Zoile*] De quo sæpius dictum supra. Lineamenta vero corporis sunt animi argumenta.

## LV.

## AD PUELLAS.

GRATIS qui dare vos jubet, puellæ,  
 Insulsissimus improbissimusque est.  
 Gratis ne date, basiate gratis.  
 Hoc Ægle negat, hoc avara vendit.  
 Sed vendat bene, basiare quantum est? 5  
 Hoc vendit quoque nec levi rapina:  
 Aut libram petit illa Cosmiani,  
 Aut binos quater a nova moneta:  
 Ne sint basia muta, nec maligna,  
 Nec clusis aditum neget labellis. 10  
 Humane facit hoc tamen: sed unum est:  
 Gratis quæ dare basium recusat,  
 Gratis lingere nec recusat Ægle.

1 *Puellas* in marg. ed. Langii Par. 1617.—5 ‘Phalencium istum cum sequenti non est videre in Palat. et nescio sane quid sibi velit: quartus servat: *Sed vendat quoque nec levi rapina* omissis intermediis.’ Schrev.—9 *Alii multa*.—10 *Alii Ne clusis*.

## NOTÆ

- 1 *Dare vos, &c.*] Vestri copiam facere.  
 4 *Hoc Ægle, &c.*] Etiam basiare.  
 5 *Sed vendat bene*] Quid hic versus sibi velit, nescire ait Gruterus. At scivit Martialis, qui posuit. Ægle negat se basiare gratis: vendit hoc quoque. Mirum; nam utcumque vendat hoc bene vel parvo pretio, an cuiquam est basiare tanti, ut id vel bene emere velit? At illa tantillum quidem bene vendit, &c. *Gronov.*  
 7 *Libram petit, &c.*] Unguenti a Cosmo confecti, lib. I. Epig. 88. libram petit Ægle, quo oris impuri fætorem emendet.  
 8 *Binos quater, &c.*] Octo Flavios monetæ novæ et asperæ.  
 11 *Humane facit, &c.*] An quia osse et ebore dentata? lib. I. Epig. 73. An quia ore impura, utpote *μύζουρος*? lib. I. Epig. 95. et lib. II. Epig. 15.

## LVI.

## IN POLYCARMUM.

ÆGROTAS uno decies, aut sæpius, anno;  
 Nec tibi, sed nobis hoc, Polycarme, nocet.

O *Polycarme, agrotas uno anno decies, aut frequentius, nec hoc officit tibi, sed*

Nam quoties surgis, soteria poscis amicos.

Sit pudor : ægrota jam, Polycarme, semel.

*nobis. Nam quoties convalescis, petis soteria ab amicis: sit verecundia: O Polycarme, jam ægrota semel.*

4 *Ægrota da Beverlandi Ms.*

NOTE

3 *Soteria poscis*] Hoc est, munera quæ dabantur amicis a morbo recreatis, unde morbus fictus Polycarmo non nocebat, sed ejus amicis a quibus petebat soteria.

rere, atque uno morbo absolve tuam vitam: et argute quidem hoc inteligit Poëta, cum videatur sentire, ut semel tantum in anno ægrotet Polycarmus: lib.v. Epig. 40. vers. 5.

4 *Ægrota jam semel*] Hoc est, mo-

LVII.

AD SPARSUM.

CUR sæpe sicci parva rura Nomenti,  
Laremque villæ sordidum petam, quæris?  
Nec cogitandi, Sparse, nec quiescendi  
In urbe locus est pauperi: negant vitam  
Ludimagistri mane, nocte pistores,  
Ærariorum marculi die toto.  
Hinc otiosus sordidam quatit mensam  
Neroniana nummularius massa:

5

*Rogas, cur sæpe invisam exiguum fundum aridi Nomenti, et tenuem larem villæ? O Sparse, nec est inopi locus cogitandi, nec quiescendi in urbe. Ludimagistri mane, pistores nocte, mallei ærariorum die toto non sinunt vivere. Hinc otiosus nummularius agit mensam sordidam massa Neroniana: illinc malleator fuste nitenti per-*

3 *Spatium* in omn. edd. vett.—9 Turneb. lib. xxx. cap. 26. legendum conjicit *balucis*: idem censet Salmasius. Vide Not. Var. Barbouius ex Turnebo

NOTE

1 *Nomentî*] De quo lib. i. Epig. 106. Similis est huic Epigrammati Juven. Sat. III. Vide lib. x. Epig. 74.

3 *Nec cogitandi, Sparse*] Legunt alii, *nec cogitandi spatium*. At prior lectio videtur melior.

5 *Ludimagistri*] De quibus lib. ix. Epig. 70.

6 *Ærariorum*] Fabrorum scilicet.

8 *Neroniana massa*] Suetonius in Nerone cap. 44. 'Exegitque ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrusam.' Hoc est: Nummularii, Gallice *les Banquiers*, aurum et argentum Neronis versant in suis mensis, et strepitum edunt.

Illinc paludis malleator Hispanæ  
 Tritum nitenti fuste verberat saxum. 10  
 Nec turba cessat entheata Bellonæ,  
 Nec fasciato naufragus loquax trunco,  
 A matre doctus nec rogare Judæus,  
 Nec sulfuratæ lippus institor mercis.  
 Numerare pigri damna qui potest somni, 15  
 Dicit quot æra verberent manus urbis,  
 Cum secta Colcho Luna vapulat rhombo.  
 Tu, Sparse, nescis ista, nec potes scire,  
 Petilianis delicatus in regnis,

*cutit tritum saxum paludis Hispanæ: nec turba Bellonæ correpta furore quiescit, nec garrulus naufragus tabula suspensa de fasciâ, nec Judæus eruditus a matre mendicare, nec lippus negotiator mercis sulfuratæ. Qui valet enumerare impedimenta somni inertis, dicit quot æra pulsantur manibus civitatis, cum Luna cæsa verberatur rhombo Colcho. O Sparse, tu delicatus in regnis Petilianis ignoras ista, nec potes*

citatis balneis, et ex Salmas. balneis.—10 Non vecte Beverlandi Ms.—15 Quis idem.—17 Iolco legend. arbitratur Heins. Ovid. II. p. 163. Luna Beverlandi Ms. Bombo in marg. ed. Par. 1617.—19 Pecuniaris Beverlandi Ms.—23 Alii latus

NOTÆ

9 *Illinc paludis*] Turnebus lib. xxx. cap. 26. legit *balucis*. Sic enim, inquit, massas quasdam auri vocari in Hispania solere. Plinius lib. xxxiii. cap. 4. Alii legunt *paludis*, quod vocabulum, inquit ibidem, a vocis propinquitate facile deflecti potuit. Mihi quidem non satis accommodatum hic esse videtur *paludis* nomen, licet Tagi ramenta aurea interpretentur. Sic Turnebus. Illud ergo aurum rude ex Hispania Romam afferebatur, ubi in bracteas tenuissimas extendebatur. Saxum vero tritum dicit, propter frequentem malleatoris percussionem. Farnabius retinet *paludis*, et sic explicat, hoc est, lini et setabi, quod in paludosis Hispaniæ locis seritur. Quod enim, inquit, Turnebus legit *balucis*, nullatenus convenit aureæ operæ cum fuste. Videat lector.

11 *Nec turba*] Sacerdotes intellige, qui sanguine suo Bellonæ numen placabant, et furentes vaticinaban-

tur. Lucanus, 'Quos sectis Bellona lacertis Sæva movet,' &c. Bellona autem est belli Dea, et soror Martis nuncupatur.

12 *Nec fasciato*] Juvenalis Sat. xiv. 'Naufragus assem Dum rogat, et picta se tempestate tnetur.'

14 *Nec sulfuratæ*] Hoc est, non cessat proclamare. Vide l. i. Epig. 42. et lib. x. Epig. 3. Lippus vero dicitur, nempe a sulfure, quod semper manibus terit.

16 *Quot æra*] Cum Luna a cælo deducitur magicis incantationibus, lib. ix. Epig. 30. 'Quæ nunc Thessalico Lunam deducere rhombo.' Colcho dicitur, id est magico, propter Medeam quæ erat Colcha. Sensus est: Tot sunt manus quæ pulsant æra quibus deducitur Luua, ut numerari nequeant: ita nec somni impedimenta numerari possunt.

19 *Petilianis*] Petiliana regna vocat donum et agrum L. Petilii scribæ

Cui plana summos despicit domus montes, 20  
 Et rus in urbe est, vinitorque Romanus.  
 Nec in Falerno colle major autumnus,  
 Intraque limen clausus essedo cursus,  
 Et in profundo somnus, et quies nullis  
 Offensa linguis; nec dies, nisi admissus. 25  
 Nos transeuntis risus excitat turbæ,  
 Et ad cubile est Roma: tædio fessis  
 Dormire quoties libuit, imus ad villam.

*discere, cui plana domus contemnit montes excelsos, et rus in urbe est, et vinitor Romanus. Nec major autumnus in Falerno monte, et cursus essedo limitatus intra limen, et somnus arctissimus, et quies non turbata ullis linguis, nec lux nisi admissa. Nos vero excitamur risu transeuntis multitudinis, et Roma stat ante cubile: quoties placuit nobis tædio defatigatis dormire, petimus villam.*

*essedo.* *Essedo curris* Beverlandi Ms.—26 *Stroma* idem.

## NOTE

sub Janiculo, ubi rex Numa, teste Livio, fuit sepultus. Ita Raderus. Vide lib. iv. Epig. 64.

21 *Vinitorque Romanus*] Quia scilicet vinea est in ipsa urbe.

22 *Falerno colle*] Campaniæ nempe, ubi vites sunt amœnissimæ. 'Autumnus' dixit pro ipsa vindemia.

23 *Intraque limen*] Hoc est, intra

ædium tuarum septa spatium est gestationi et cursui sufficiens. Legunt alii, *latus essedo cursus*: essedum vero genus est vehiculi.

25 *Nisi admissus*] Cum aperis tuas fenestras.

27 *Et ad cubile*] Tantus scilicet est ad meas fores strepitus, ut tota Roma illic stare mihi videatur.

## LVIII.

## AD ALAUDAM.

ANCILLARIOLUM tua te vocat uxor, et ipsa  
 Lecticariola est: estis, Alauda, pares.

*Conjux tua te appellat ancillariolum, et ipsa lecticariola est: o Alauda, estis æquales.*

## NOTE

1 *Ancillariolum*] Qui amore ancillarum captus est, et in eis libidinatur: et 'lecticariola,' quæ se pro-

stituit servis lecticam succollantibus: quæ sordidissima libido est. Turnebus lib. xxx. cap. 26.

## LIX.

## DE IMPORTUNIS BASIATORIBUS.

TANTUM dat tibi Roma basiorum  
 Post annos modo quindecim reverso,  
 Quantum Lesbia non dedit Catullo.  
 Te vicinia tota, te pilosus  
 Hircoso premit osculo colonus. 5  
 Hinc instat tibi textor, inde fullo,  
 Hinc sutor modo pelle basiata,  
 Hinc menti dominus pediculosi,  
 Hinc defioculusque, et inde lippus, 10  
 Fellatorque, recensque cunnilingus.  
 Jam tanti tibi non fuit redire.

*Roma modo tibi reverso post quindecim annos libet tot oscula, quot Lesbia non libavit Catullo. Vicinia tota, pilosus colonus te constringit fœtido osculo. Hinc textor te urget, illinc fullo, hinc sutor pelle basiata paulo ante, hinc dominus menti pediculosi, ex hac parte luscus, ex illa lippus \* \*. Jam non debuisti tanti facere reditum tuum.*

8 Brødæns lib. x. Miscel. cap. 34. legit *periculosi*.—9 *Desioculus hinc Beverlandi Ms.* Dubito, inquit Schrevelius, an Salmasius correxerit *Hinc cæcis oculis*, sed requirendum.

## NOTE

3 *Quantum Lesbia*] Amica scilicet Catulli.  
 9 *Defioculus*] Cui deficit, seu deest oculus.  
 11 *Jam tanti*] Siquidem reversus hæc eras passurus. Vide lib. xi. Epig. 99.

## LX.

## AD SUUM NATALEM.

MARTIS alumne dies, roseam quo lampada primum,  
 Magnaque siderei vidimus ora Dei ;  
 Si te rure coli, viridesque pigebit ad aras,  
 Qui fueras Latia cultus in urbe mihi ;

*O dies alumne Martis, quo primum aspeximus roseum lumen, atque ora ingentia Dei siderei ; si te tædebit coli rure, et ad altaria viridantia, quem colueram Romæ*

3 *Pudebit Beverlandi Ms.*

## NOTE

1 *Martis alumne*] Hoc est, o Kalendæ Martiæ, quibus natus erat Poëta :  
 2 *Lampada siderei Dei*] Hoc est, solem.  
 3 *Virides ud aras*] Factas nempe ex cespite.

Da veniam, servire tuis quod nolo Kalendis, 5  
 Et qua sum genitus, vivere luce volo.  
 Natali pallere suo, ne calda Sabello  
 Desit; et, ut liquidum potet Alauda merum,  
 Turbida sollicito transmitters Cæcuba sacco;  
 Atque inter mensas ire, redire suas; 10  
 Excipere hos, illos, et tota surgere cœna,  
 Marmora calcantem frigidiora gelu:  
 Quæ ratio est, hæc sponte tua perferre patique,  
 Quæ te si jubeat rex dominusque, neges?

*in urbe; ignosce quod nolo servire tuis Kalendis, et placet vivere genialiter die, quo natus sum. Anxium esse suo natali, ne aqua calida deficiat Sabellum, atque ut Alauda bibat merum liquidum, et sacco sollicito defæcare Cæcuba turbida, atque ire et redire inter suas mensas; excipere hos, illos, et tota cœna surgere, calcantem marmora frigidiora gelu: quæ causa est cur hæc perferas, et patiaris sponte tua, quæ nolis facere, si rex et dominus imperet tibi?*

## NOTÆ

5 *Tuis Kalendis*] In sexto casu: hoc est, quod tuis Kalendis nolo in urbe occupariofficiis præstandis; sed malore genialiter vivere; quod in urbe fieri nequibat, ut docent sequentes versus, quos novum Epigramma constituere negant multi: sed ne ordo indicis confundatur, nihil mutavi.

7 [1] *Natali pallere*] In veteri codice sic distinguitur hoc Epigramma a præcedenti, et lemma scribitur *de Sabello*. Sed melior videtur inscriptio quam subjecimus ex Radero [*De stulta natalis celebrandi cura*]. Alaudam pro quovis obvio conviva nominavit Poëta. Hic ergo agitur

tantum de nimia natalis celebrandi cura, quo die uni genio indulgendum docet Martialis, atque ita est præcedentis Epigrammatis continuatio.

*Ne calda*] De qua lib. i. Epig. 12.

9 *Cæcuba*] De quibus lib. ii. Epig. 40. hoc est, magna præcipitatione colare. Vide lib. xiv. Epig. 104.

12 *Marmora*] Nudis pedibus mensæ accumbebant veteres; advenientem vero convivam excepturi præ nimia festinatione soleas petere nequibant, atque ita nudis pedibus calcabant marmora, quibus strata erant cœnacula.

## LXI.

## DE LIGURRA.

VERSUS, et breve vividumque carmen,  
 In te ne faciam times, Ligurra;

O Ligurra, metuis ne scribam in te versus, et vividum et breve carmen, atque

## NOTÆ

1 *Vividumque carmen*] Vide lib. vi. 'Vivida cum poscas Epigrammata, Epig. 64. Sic et lib. xi. Epig. 43. mortua ponis,' &c.

Et dignus cupis hoc metu videri :  
 Sed frustra metuis, cupisque frustra.  
 In tauros Libyci fremunt leones ; 5  
 Non sunt papilionibus molesti.  
 Quæras, censeo, si legi laboras,  
 Nigri fornicis ebrium poëtam ;  
 Qui carbone rudi, putrique creta  
 Scribit carmina, quæ legunt cacantes. 10  
 Frons hæc stigmatè non meo notanda est.

*optas videri dignus hoc timore: at nequicquam times, et optas nequicquam. Libyci leones ruunt in tauros, non vexant papiliones. Si curas legi, moneo ut quæras ebrium poëtam nigri fornicis, qui rudi carbone et creta putrida scribit versus quos evolvunt cacantes: hæc tua frons non est signanda meo stigmatè.*

1 *Ut cod. Beverl. et licidum.*—5 *Hoc melius censet Schrevel. Ruunt cdd. vett. et Farnab.*—8 *Serviun pro ebrium cod. Thuan.*

## NOTE

5 *In tauros Libyci]* Hoc est, in feras minores non sæviunt leones, et quidem generosiores. Sic Poëta se leoni, Liguram papilioni comparat.

7 *Si legi laboras]* Si cupis esse cognitus.

8 *Nigri fornicis]* Hoc est, obscuro loci et vilis notæ poëtam quæras.

9 *Qui carbone rudi]* Carbonis aut cretæ nota cito evanescit: sic obscuro poëta carmina cito pereunt.

11 *Frons hæc]* Id est: Servilis tua frons non est digna cui ego imprimam victuri carminis notas. Vide lib. vi. Epig. 64.

## LXII.

AD SATURNUM PRO PRISCO TERENTIO.

ANTIQUI rex magne poli, mundique prioris,  
 Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat,  
 Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna,  
 Scissa nec ad Manes, sed sita dives humus:

*O summe dominator prisci cæli, et prioris sæculi, sub quo otium iners, nec ullus labor erat, nec fulmen nimis imperiosum, nec terra digna fulmine, nec effossa ad*

2 *Somno pro Sub q. cod. Beverl.*—3 *Digni Palat.*—11 *Quanti pro Quam non*

## NOTE

2 *Pigra quies]* Aureum quippe Saturni sæculum fuisse canunt poëtae. mine; necdum erant opes repertæ, sed in visceribus terræ aurum atque

3 *Nec fulmine digna]* Scelera enim tunc non perpetrabantur digna ful-

*Delph. et Var. Clas.*

*Martius.*



|                                                 |    |
|-------------------------------------------------|----|
| Lætus ad hæc facilisque veni solennia Prisci    | 5  |
| Gaudia; cum sacris te decet esse tuis.          |    |
| Tu reducem patriæ sexta, pater optime, bruma    |    |
| Pacifici Latia reddis ab urbe Numæ.             |    |
| Cernis ut Ausonio similis tibi pompa macello    |    |
| Pendeat, et quantus luxurietur honos?           | 10 |
| Quam non parca manus, largæque nomismata mensæ, |    |
| Quæ, Saturne, tibi pernumerentur opes?          |    |
| Utque sit his pretium meritis, et gratia major, |    |
| Et pater, et frugi sic tua sacra colit.         |    |
| At tu sancte tuo sic semper amere Decembri:     | 15 |
| Hos illi jubeas sæpe redire dies.               |    |

*inferos usque, sed locuples jacebat: hilaris et facilis accede ad hanc solennem lactitiam Prisci, cum par est te adesse tuis sacris. Tu, o pater optime, restituis patriæ reversum sexto anno ab urbe Latia pacati Numæ. Vides ut pompa tibi pendeat similis macello Romano, et quanta ornamenta affluant? quam liberalis manus, et nummi mensæ munificæ, quæ divitiæ tibi pernumerentur, o Saturne? Ut pretium bis, et gratia major referatur meritis, et pater Prisci et quidem frugalis sic celebrat tua sacra. At tu, o sancte, sic semper diligaris tuo Decembri: imperes sæpe illum frui his diebus.*

Ms. Beverl.—13 Sic Ms. in marg. ed. Par. 1617. *Ut sit bis* edd. vett.—15 *Tuos Decembres* cod. Beverl. In lemmate huj. Ep. *pro Prisco Terentio* omittunt edd. vett. et Delph. et pro eo dat *in reditu Prisci Terentii* ed. Barb.

## NOTE

- 7 *Tu reducem patriæ*] Nempe post tuum honorem.  
sexennium mense Decembri ab urbe  
Roma in Hispaniam reversus est Priscus.  
13 *Utque s. his [Ut sit bis]* Legunt alii, *Utque sit his pretium*. Sensus est: O Saturne, ut tibi gratior sit hæc celebritas, ipse pater Prisci, vir tamen parcus, laute colit tua Saturnalia.
- 9 *Pompa*] Hoc est, apparatus carnis tantus est in Hispania ad celebranda Saturnalia, quantus Romæ.
- 11 *Largæque nomismata*] Hoc est, quam multa pecunia impendatur in  
16 *Hos illi*] Nempe Prisco, aut ejus patri, concede vitam longævam.

## LXIII.

AD CORDUBAM.

UNCTO Corduba lætior Venafro,  
Histra nec minus absoluta testa,

O Corduba amœnior uncto Venafro, nec cedens testæ olei Histri, quæ vincis opes

Albi quæ superas oves Galesi,  
 Nullo murice, nec cruore mendax,  
 Sed tinctis gregibus colore vivo : 5  
 Dic vestro, rogo, sit pudor poëtae,  
 Ne gratis recitet meos libellos :  
 Ferrem, si faceret bonus poëta,  
 Cui possem dare mutuos honores :  
 Corruptit sine talione cœlebs. 10  
 Cæcus perdere non potest, quod aufert.  
 Nil est deterius latrone nudo :  
 Nil securius est malo poëta.

*candidi Galesi, nullo murice nec sanguine fallax, sed gregibus tinctis colore nativo ; dic, quæso, vestro poëtae, ipsum pudeat, ne impune recitet meos libros. Paterer, si bonus poëta recitaret, cui tribuere possem par decus. Cælebs corruptit sine talione. Cæcus nequit amittere quod adimit, nihil est pejus latrone nudo, nihil tutius est inepto poëta.*

*De malo poëta* Ms. in marg. ed. Par. 1617.—2 *Lustra* cod. Beverl.—3 *Soles pro oves* id.—6 *Si pro sit* aliter legitur.—7 *Nec Palat.*

## NOTÆ

1 *Corduba*] Urbs Hispaniæ ad Bætin, ferax olearum, quam laudat, civem ejus vituperaturus : unctum autem appellat Venafrum ab oleis quæ in Venafrano Campaniæ agro nascuntur optimæ.

2 *Histra*] Histria est Italiæ terminus Illyrico ad ortum confinis, oleis abundans. Vide Plinium lib. xv. cap. 2.

3 *Galesi*] Italiæ fluvius est ad Tarentum, ubi oves lanam habebant candidissimam : lib. II. Epig. 43.

4 *Nullo murice*] Bæticarum enim ovium lana nullo fuce imbuta, sed

nativo colore erat tincta : Epig. 100. infra.

9 *Cui possem*] Ejus quippe versus pro meis recitans, parem ipsi gratiam referrem.

10 *Cælebs*] Qui si alienam uxorem corrumpat, cum uxore ipse careat, talionis pœnam, qua par pari referatur, subire nequit.

11 *Quod aufert*] Si nempe alteri effodiat oculum.

12 *Latrone nudo*] Cui nihil eripi potest.

13 *Nil securius est*] Nam inepti poëtae carmina quis furetur?

## LXIV.

## DE CINNA.

VINCENTEM roseos facieque comaque ministros  
 Cinna cocum fecit. Cinna gulosus homo est.

*Cinna constituit cocum superantem servos roseos, et cultu et capillis. Cinna homo est helluo.*

## NOTE

2 *Cinna gulosus*] Qui ut gulæ suæ ut jam dixit de Theopompo lib. x. satisfaceret, sustinuit tantam pueri Epig. 66. pulchritudinem violare nigra culina,

## LXV.

## DE PHYLLIDE.

FORMOSA Phyllis nocte cum mihi tota  
 Se præstitisset omnibus modis largam,  
 Et cogitarem mane quod darem munus,  
 Utrumne Cosmi, Nicerotis an libram,  
 An Bæticarum pondus acre lanarum,  
 An de moneta Cæsaris decem flavos :  
 Amplexa collum, basioque tam longo  
 Blandita, quam sunt nuptiæ columbarum,  
 Rogare cœpit Phyllis amphoram vini.

5

5. 6 Sic Ms. in marg. ed. Par. 1617. *Ære* edd. vett. et Delph. *Octo* ed. Farnab. Vid. Not. inf. *Decem Flavos* ed. Farnab.

## NOTE

2 *Omnibus, &c.*] Nil negantem, lib. iv. Epig. 12.

4 *Cosmi, &c.*] Libram unguenti a Cosmo seu Nicerote myropolis confecti.

5 *Bæticarum pondus*] Lib. xiv. Epig. 133.

*Acre* [*octo*] *lanarum*] Sic Scriverius. Alii *acre*. Alii *ære*. *Pondus octo lanarum*] Si toleramus lanam, accipiendum est pro certi ponderis glomere lanæ : ut cum Seneca dicit 'multa millia frumenti,' ubi intelligimus, modiorum. Sed Pircheimeri codex, ut Anglic. et Palat. Gruteri *acre* : alluduntque eodem, in quibus est *ære*.

Et videtur eleganter dici posse pro exacto, cui nihil desit : ut et 'acerbum' accipere solent. Itaque huc inclino. Sequenti versu 'Flavos' dici pro Flaviis contra morem Romanum est. 'Flavi' sine dubio dicuntur aurei ob colorem. *Gronovius*.

6 *Flavos, &c.*] Flavios ex moneta Domitiani. Scriverius legit *flavos*.

7 *Basioque tam longo*] Sic lib. xi. Epig. 105. 'Basia blandas imitata columbas.'

9 *Rogare cœpit, &c.*] Vivosa mulier. 'Digna est concubitus quoslibet illa pati,' inquit Ovidius.

LXVI.

AD AMÆNUM.

BIS quinquagenis domus est tibi millibus emta,  
 Vendere quam summa vel brevior cupis.  
 Arte sed emtorem vafra corrumpis, Amœne,  
 Et casa divitiis ambitiosa latet.  
 Gemmantes prima fulgent testudine lecti, 5  
 Et Maurusiaci pondera rara citri.  
 Argentum atque aurum non simplex Delphica portat :  
 Stant pueri, dominos quos precer esse meos.  
 Deinde ducenta sonas, et ais, non esse minoris.  
 Instructam vili vendis, Amœne, domum. 10

*Centum millibus emisti domum, quam cupis vendere pretio vel minore. Sed, o Amœne, arte callida circumvenis emtorem, et casa delitescit fucata divitiis. Tori gemmei splendent prima testudine, et pondera rara citri Maurusiaci. Delphica mensa tegitur auro atque argento non simplici: stant pueri, quibus servire cupiam. Postea petis ducenta, et dicis non esse minoris. O Amœne, vili vendis ades ornatas.*

4 *Licet* cod. Beverl.

NOTE

2 *Vel brevior*] Centum millibus sestertium male materiata ædes emerat Amœnus, quas vel minori pretio libens vendidisset: attamen eas multis divitiis ornatas ducentis millibus æstimabat.

5 *Gemmantes prima*] Primam testudinem intelligit Raderus, atrium, et vestibulum ædium, ubi ponebantur lecti geniales. Horatius: 'Lectus genialis in aula est.' Forte melius intelliges lectos ornatos testudine prima, hoc est, omnium pretiosissima: gemmantes vero dixit, quod gemmis essent locupletati illi tori, vel quod essent pavonini. Vide lib. XIv. Epig. 85. et lib. III. Epig. 58. 'Gemmæique pavones.'

6 *Et Maurusiaci*] Et mensæ citreæ pretiosissimæ ex Mauritania, de quibus lib. II. Epig. 43.

7 *Non simplex Delphica*] Hoc est, ornata laminis auri vel argenti. Delphicæ mensæ, inquit Heraldus, marmoreæ erant, ut colligere est ex Cicerone lib. VI. in Verrem. Cujacius lib. X. Observationum cap. 13. de Delphicis agens probat fuisse abacos ex quibus vina ministrarentur.

10 *Instructam vili*] Sensus est: Equidem, o Amœne, domum sic instructam vili pretio vendere videris; sed cum omnem supellectilem atque ornatum sublaturus sis, nimis cara est tua domus.

## LXVII.

IN NATALEM MARONIS.

MAIÆ Mercurium creastis Idus.

Augustis redit Idibus Diana.

Octobres Maro consecravit Idus.

Idus sæpe colas et has, et illas,

Qui magi celebras Maronis Idus. 5

O *Maiæ Idus, genuistis Mercurium. Diana colitur Idibus Augustis. Maro consecravit Idus Octobres. Sæpe celebres has et illas Idus, qui colis Idus magni Maronis.*

*De idibus M. edd. vett. et Delph. In n. Virgilii ed. Barb.*

## NOTÆ

1 *Maiæ*] Ausonius Idyllio de feriis Romanis: 'Et medias Idus Maii, Augustique recurso Quas sibi Mercurius, quasque Diana dicat.'

4 *Idus sæpe colas*] Hoc est, Diuivas, et sic possis colere Idus Mercurii et Dianæ, qui Virgilii natalem colis.

## LXVIII.

AD CLIENTES.

MATUTINE cliens, urbis mihi causa relictæ,

Atria, si sapias, ambitiosa colas.

Non sum ego causidicus, nec amaris litibus aptus:

Sed piger, et senior, Pieridumque comes.

Otia me somnusque juvant, quæ magna negavit 5

Roma mihi: redeo, si vigilatur et hic.

O *cliens matutine, causa cur secesserim ab urbe, si sapias, colas limina potentiorum. Ego non sum causidicus, nec idoneus amaris litibus, sed iners, et senior, et comes Musarum. Quies et somnus mihi placent, quæ mihi recusavit magna Roma: revertor, si hic quoque vigilatur.*

5 *Negabus* cod. Beverl. *Negabit* cod. in marg. ed. Par. 1617.

## NOTÆ

6 *Si vigilatur et hic*] Romam, inquit, sum rediturus, si nec Bilbili per

clientes importunos mihi liceat dormire.

## LXIX.

AD PAULLUM.

Sic tanquam tabulas, scyphosque, Paulle,  
Omnes archetypos habes amicos.

O Paulle, omnes amici tibi sunt archetypi, veluti tabulæ, et scyphi.

## NOTE

1 *Sic tanquam*] Sensus est: Nihil das veteribus amicis, quos habes veluti pocula archetypa. Vide lib. VIII. Epig. 33. Paullus quidem avarus ornabatur ab amicis, a quo illi nihil ac-

cipiebant, sed quibus veluti archetypis poculis uteretur, quæ nullas domino impensas, multum vero laudis afferunt.

## LXX.

DE APRO.

LINTEA ferret Apro vatius cum vernula nuper,

Et supra togulam lusca sederet anus;

Atque olei stillam daret enterocelicus unctor:

Udorum tetricus censor et asper erat.

Frangendos calices, effundendumque Falernum

5

Clamabat, biberet qui modo lotus eques.

*Cum nuper jejunus vernula portaret lintea ad Aprum, et lusca anus sederet super togulam; et Opelicus unctor daret stillam olei; acerbus, et severus erat censor nudorum. Vociferabatur frangenda pocula, atque effundendum Falernum,*

1 *Vacuus* edd. vett. et Delph. et Maitt. *Vanus* Ms. in marg. ed. Par. 1617. —3 *Donaret Opelicus* edd. vett. *Tereret Emporicus* Ms. in marg. ejusd. ed. Par. quod forte ab Emporiis oppido Tarraconensis Hispaniæ exortum, notante ibi viro docto.—4 *Nudorum* edd. vett. et Barb.—6 *Biberes* Ms. in marg. ed. Par. 1617. *Tyberi quod* Ms. Florent. Consule Not. Var.—7 *Nummi*

## NOTÆ

1 *Lintea*] Quibus Aper lotus abs-tergeretur.

2 *Et supra togulam*] Ne subducetur, nec enim habebat servos qui illam custodirent.

3 *Atque olei*] In balneis ungebantur veteres, sed tam pauper erat Aper, ut nec satis olei ad bene ungendum corpus emere posset.

*Enterocelicus*] Hoc est, herniosus.

4 *Ud.* [*Nudorum*] Toto quippe corpore nudi lavabant antiqui. Legunt alii, *udorum* vino scilicet madidorum.

5 *Frangendos*] Clamabat Aper tollendas potationes, et frangendos calices illius equitis, qui modo lotus biberet. Legunt alii, *biberes*, hoc est, Si tu eques, qui modo exibas e balneis, biberes.

A sene sed postquam patruo venere trecenta;

Sobrius a thermis nescit abire domum.

O quantum diatretra valent, et quinque comati!

Tunc, cum pauper erat, non sitiebat Aper.

10

illius qui modo lotus eques potaret. Sed postquam accepit trecentos nummos a sene: a thermis siccus nequit redire domum. O quantum possunt diatheca, et quinque pueri comati! tunc Aper non sitiebat, cum erat egenus.

v. trecenti edd. vett. Hic quoque legantur Not. Var.—9 Sic Ms. Beverl. cum tamen possumus errare, dum Manuscripto Beverlandi varietates tribuimus: nam ‘neque adeo certum habeo,’ ait Wensdorffius, ‘eane varietates, quibus nullam codicis notam addidit Beverlandus, soli ipsius ingenio an cuidam Ms. debeantur.’ Et sic habet, Lector, de reliquis locis, ubi cum Ms. notavimus. Sic legit et Ms. in marg. ed. Par. 1617. quam ed. Langii aliquando vocamus. *Diatheta* ed. Barb. *Diatheca* edd. vett. Rursus cape, Lector, in manus Not. Var.

## NOTE

7 *A sene*] Cum trecentos nummos sibi relictos cuiusdam senis testamento accepisset. Legunt alii melius, ut opinor: *A sene sed postquam patruo venere trecenta*. Millia nempe sestertium, quæ summa longe major.

9 *O quantum diatretra* [*diatheca*] *Διαθηκη* testamentum est: intellige bona relicta testamento. Turnebus

lib. xxvii. cap. 31. legit *diatretra*, et diatretra calices interpretatur clavatos, [quibus nimirum insertæ sint gemmæ: alii intelligunt calices cælatos et tornatiles. Videat lector.

10 *Tunc, cum pauper*] Seneca lib. i. de beneficiis cap. 9. ‘Detestantur hæc in felicibus, eadem si potnerint facturi.’

## LXXI.

A D L Y G D U M.

NIL non, Lygde, mihi negas roganti:

At quondam mihi, Lygde, nil negabas.

## NOTE

1 *Negas roganti*] Lib. xi. Epig. 74. 2 *Nil negabas*] Lib. iv. Epig. 12.

## LXXII.

A D P A N N I C U M.

JUGERA mercatus prope busta latentis agelli,

Et male compactæ culmina fulta casæ,

*O Pannice, entis jugeribus juxta busta latentis agelli, et fultis culminibus casæ*

2 *Compositæ* cod. Beverl. et cod. in marg. ed. Par. 1617.—5 *Tisinamque* cod. Beverl.

Deseris urbanas, tua prædia, Pannice, lites,

Parvaque sed tritæ præmia certa togæ.

Fru mentum, milium, ptisanamque, fabamque solebas 5

Vendere pragmaticus : nunc emis agricola.

*male materiata, derelinquis urbanas lites, tuos fundos, et exiguum, sed certam mercedem tritæ togæ. Pragmaticus solebas vendere triticum, milium, et ptisanam, et fabam : nunc agricul tor mercaris hæc.*

## NOTÆ

1 *Prope busta*] Gallica intelligunt interpretes : ubi nempe Galli in depresso seu latente loco fuerant sepulti a Camillo deleti, vel pestilentia interemti in obsidione Romæ. Livius lib. v. primæ decadis.

3 *Deseris*] Forum scilicet, ex quo majores et certiores fructus, quam ex fundo emto, percipiebas.

5 *Fru mentum*] Munera intellige, quibus donabatur Pannicus : ptisanam interpretare hordeum ex quo sæpius fit.

6 *Pragmaticus*] Est is qui recte juris formulas novit, atque oratoribus leges et consuetudines suggerit. Juven. Sat. VII. 123.

## LXXIII.

AD CATULLUM.

HÆREDEM tibi me, Catulle, dicis.

Non credam, nisi legero, Catulle.

*O Catulle, prædicas me esse tuum hæredem. Non credam, nisi legero,*

## NOTÆ

2 *Nisi legero*] Hoc est, nisi mortuus fueris : tabulæ enim testamentariæ non aperiuntur nisi mortuo testatore. Vel intellige, ' nisi legero,'

tua scil. ossa ; sic tacite Catullo mortem optat, quo citius ejus bona possideat.

## LXXIV.

AD FLACCUM.

CUM tibi Niliacus portet crystalla cataplus,

Accipe de circo pocula Flaminio.

*Cum puer Ægyptius tibi afferat crystalla, sume calices de circo Flaminio. An*

1 Sic Vat. et sic videtur legisse Calderinus. *Catastus* edd. vett.—4

## NOTÆ

1 *Cataplus* [*Catastus*] Turneb. xxx. 26. *cataplus*, sic legend. est ut sit

navigatio Ægyptiorum : nam ex Ægypto et annona et merces plurimæ



Hi magis audaces, an sunt qui talia mittunt  
 Munera? sed geminus vilibus usus inest.  
 Nullum sollicitant hæc, Flacce, toreumata furem, 5  
 Et nimium calidis non vitiantur aquis.  
 Quid, quod securo potat conviva ministro,  
 Et casum tremulæ non timuere manus?  
 Hoc quoque non nihil est, quod propinabis in istis,  
 Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix. 10

*hi sunt audaciores, an qui mittunt ejusmodi dona? sed licet viles inseruiunt duplici usui. O Flacce, nullum furem iritant hæc toreumata, nec franguntur aquis nimis calidis. Quid, quod conviva bibit tuto serro, nec tremulæ manus metuerunt casum? ut hoc etiam est alicujus momenti, quod tu, o Flacce, propinabis in istis, cum fracturus fueris poculum.*

*Gemmis pro geminus edd. vett. Vid. Not. Var.—10 Fuerat Ms. in marg. ed. Par. 1617.*

## NOTE

Romam advehebantur. Sed Vitruvius lib. VIII. cap. 4. sic ait, 'Ideoque transmarinos catastos emere formosos,' &c. Itaque catasti sunt pueri formosi, ut constat etiam ex Plinio lib. XXXV. cap. 18. De his noster Poëta videtur agere lib. IV. Epig. 42. 'Niliacis primum puer hic nascatur in oris.'

2 *Flaminio*] Ubi vendebantur fictilia, aut vitrea vasa.

3 *Hi magis*] Videtur Poëta alluisse ad 'calices audaces,' de quibus lib. XIV. Epig. 94. audaces vero vocabantur, quod specie quadam crystallina pocula imitari auderent.

4 *Sed geminus vilibus*] Hæc nempe duo commoda vilibus poculis insunt,

quod nec furem alliciant, nec aqua calida rumpantur. *Toreumata* vocat, quod torno formarentur. Legunt alii, *Sed gemmis utilis usus inest.* Objectio est Flacci: at gemmæ magno usui sunt in pellendis morbis et venenis. Plinius lib. XXXVII. cap. 2. Judicet lector.

7 *Securo ministro*] At vero cum crystallina pocula porrigerent servi, ne manibus exciderent valde metuebant.

10 *Frangendus fuerit*] Cum nempe in vitreo hujusmodi poculo aliquis ore impuro et male olenti biberit: at vero crystallinum non sine magna jactura frangitur.

## LXXV.

## DE PUERIS.

FESTINAT Polytimus ad puellas:  
 Invitus puerum fatetur Hymnus:

*De p. formosis ed. Barb.—2 Hymnus, de quo antea, conjicit V. D. in marg. ed. Par. 1617.*

Pastas glande nates habet Secundus :  
 Mollis Dindymus est, sed esse non vult :  
 Amphion potuit puellam nasci.  
 Horum delicias, superbiamque,  
 Et fastus querulos, amice, malo,  
 Quam dotis mihi quinques ducena.

5

## NOTÆ

1 *Festinat, &c.*] Polytimus grandior est et exoletus.

2 *Inventus puerum, &c.*] Recensat, negans sibi esse voluptati.

3 *Pustus glande, &c.*] Βαλανοβόρους. quod dixit Diogenes de cinædo quodam. Hic autem *glans*, seu βάλανον, est τὸ τοῦ καυλοῦ ἄκρον. Ubi non pinguitudo pueri significatur; sed pathici effœminatique impudicitia. Acumen enim sensus est in dictione ‘glande,’ qua significatur pars obscœna genitalium virorum. Salse

ergo dicit, cum habere nates glande pastas: tanquam subactione illa præpostera concubini, veluti cibo, nates pascerentur. *Beroaldus.*

4 *Mollis Dindymus, &c.*] Lascivus est et nequam: sed dissimulat et rogari vult.

5 *Potuit puella nasci*] Formæ est adeo ambiguæ, et ipse facilis.

8 *Quam dotis, &c.*] Quam uxorem cum maximæ dotis modo, decies scilicet centenis millibus sestertium.

## LXXVI.

## DE AGRICOLA.

AMPHORA vigessis, modius datur ære quaterno.

Ebrius et crudus nil habet agricola.

*Amphora venditur viginti assibus, modius quatuor: agricola ebrius et satur nihil habet.*



*De caritate vini* edd. vett. et Delph. Vid. Not. inf. ‘Certe,’ ait Flosculus, ‘titulus male conceptus: non de vilitate annonæ agit, quod Cic. in Verr. 117. diserte explicat: ‘Ad incertum casum et eventum incertus quotannis labor et certus sumtus impenditur.’ Annona porro pretium nisi in calamitate non habet.’—1 *Vicenis* Thuan. cod. *Vigetiis* Vat. *Vigessi* edd. Farnab. Barb. Vid. Not. Var.

## NOTÆ

1 *Datur ære quaterno*] Hoc est, inquit Farnabius, tam vili pretio venditur annonæ, ut malit agricola ingurgitare se ad crapulam usque et ebrietatem, quam tantulo pretio vinum et frumentum vendere. Gronovius vero intelligit beatos quidem esse agricolas, cum abundent vino et frumento; at infelices, quia ex frumento et vino vendito nihil nummorum reficere possunt in tanta annonæ vilitate. Quare inscribunt, *De vilitate vini et*

*frumenti.* Alii *De agricola.* Eligat lector.

2 *Ebrius et crudus*] Hoc est, Agricola cœnam potentiorum captat; atque ita in magna vini et frumenti caritate, licet pauper sit, tamen semper ebrius et satur est. ‘Crudus’ dicitur, qui nimios, quos comedit, cibos coquere nequit. Vel intellige, inquit Raderus, agricolam seu agricultorem, si vel semel potet vel cœnet lautius, ad egestatem redigi.

## LXXVII.

DE ÆTHONTE.

MULTIS dum precibus Jovem salutat,  
 Stans summos resupinus usque in ungueis,  
 Æthon in Capitolio, pepedit.  
 Riserunt comites : sed ipse Divum  
 Offensus genitor trinociali 5  
 Affecit domiccenio clientem.  
 Post hoc flagitium misellus Æthon,  
 Cum vult in Capitolium venire,  
 Sellas ante petit Patroclianas,  
 Et pedit deciesque, viciesque. 10  
 Sed quamvis sibi caverit crepando,  
 Compressis natibus Jovem salutat.

*Dum Æthon adhibet Jovi multas preces, stans resupinus usque in summos unguis, crepuit in Capitolio. Socii riserunt : sed ipse pater Deorum læsus mulctavit clientem trinociali domiccenio. Post hoc flagitium cum misellus Æthon vult petere Capitolium, prius adit sellas Patroclianas, et crepat decies et vicies : sed licet pedendo sibi providerit, compressis natibus salutat Jovem.*

*Ad Cethonem Thuan. cod.—4 'Alii homines: recte.' Schrevel. Sic cod. Beverl. et ed. Barb.—9 Quatridianas cod. Beverl.—10 Vigetiesque pro que viciesque id.*

## NOTÆ

2 *Stans summos*] Mos erat precautionum, ut cælum respicientes resupini summis pedum digitis insisterent. *Domitius.*

9 *Patroclianas*] Publicas quasdam

latrinas interpretare.

12 *Compressis*] Æthon parasitus pedendi vitio sic laborabat, ut, licet sibi cavisset, crepitem semper comprimere cogereetur.

## LXXVIII.

DE EODEM.

ANTE Jovis statuam crepuit satur histrio : pœnam  
 Jupiter indixit, vivere de proprio.

*Histrio satiatus pepedit ante simulacrum Jovis : Jupiter mulctavit hac pœna, vivere de proprio.*

Hoc Epigramma hic saltem nesciunt edd. Ald. Junt. Colin. Barb.

## NOTÆ

2 *Vivere de proprio*] Cum vero pauper esset iste Æthon, domi jejunare cogebatur.

## LXXIX.

## AD BITHYNICUM.

NIL in te scripsi, Bithynice : credere non vis,  
Et jurare jubes : malo satisfacere.

*O Bithynice, nihil scripsi in te : non vis credere, et imperas jurare : malo satisfacere.*

## NOTÆ

2 *Malo satisfacere*] Hoc dicit Poëta Sensus est: Malo scribere in te, ex more fori : cui enim jusjurandum quam jurare me nihil scripsisse. defertur, nisi juret, tenetur solvere.

## LXXX.

## AD ATTICILLAM.

DONAVI tibi multa, quæ rogasti :  
Donavi tibi plura, quam rogasti :  
Non cessas tamen usque me rogare.  
Quisquis nil negat, Atticilla : fellat.

4 *Fallet* Ms. in marg. ed. Par. 1617.

## NOTÆ

4 *Quisquis nil*] Lepide jocatur in ut idem etiam fellare significet. Vide Atticillam semper aliquid petentem ; lib. IV. Epig. 12. adeo turpe est, inquit, nihil negare,

## LXXXI.

## DE CALLISTRATO.

NE laudet dignos, laudat Callistratus omnes.  
Cui malus est nemo, quis bonus esse potest ?

*Callistratus commendat omnes, ne commendet dignos. Qui neminem existimat malum, quem existimat bonum?*

## NOTÆ

1 *Ne laudet dignos*] Invidia, aut dandi, atque a malis distinguendi judicii infirmitate, omnes laudabat sunt. Callistratus : boni vero tantum lau-

## LXXXII.

D E U M B R O .

BRUMÆ diebus, feriisque Saturni,  
Mittebat Umber aliculam mihi pauper ;  
Nunc misit alicam : factus est enim dives.

*Umber pauper mittebat mihi aliculam diebus brumæ, et feriis Saturni: nunc mittit alicam : nam evasit dives.*

3 *Mittit* edd. vett. et Farnab. *Misit* Palat. *Ergo pro enim* cod. Beverl.

## NOTÆ

1 *Brumæ diebus*] Lib. x. Epig. 14. 'Quando brevis gelidæ missa est toga tempore brumæ.'

2 *Aliculam*] Invenio, inquit Turnebus lib. xviii. cap. 23. et in antiquo Vocabulario 'aliculam' genus vestis esse. Lex 23. §. 2. ff. de auro, argento, mundo. 'Puerilia [vestimenta nempe] sunt, quæ ad nullum

alium usum pertinent, nisi puerilem, veluti togæ, prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia, quæ filiis nostris comparamus.' Aliculæ, inquit Gothofredus, sunt togæ breves. De alica lib. xiii. Epig. 6. quæ potus est : in eo jocus est, quod 'alicula' videatur diminutivum ab 'alica.'

## LXXXIII.

D E M E N O G E N E .

EFFUGERE in thermis et circa balnea non est  
Menogenen, omni tu licet arte velis.  
Captabit tepidum dextra lævaque trigonem,  
Imputet exceptas ut tibi sæpe pilas.

*Impossibile est evitare Menogenen in thermis et circa balnea, quamvis tu cupias omni industria. Dextra et læva prendet tepidum trigonem, ut tibi imputet pilas*

1 Sic Ms. in marg. ed. Par. 1617. *E th.* ead. ed. cum Ald. Junt. et Farnab. Ed. Colin. operarum incuria, ut videtur, *Eff. th.* Vid. Var. Not.—3 *Trionem*

## NOTÆ

3 *Captabit tepidum*] De trigonali pila, et de folle dictum lib. vii. Epig. 72.

4 *Imputet*] Hoc est, ut excepta pila et tibi oblata aliquam apud te ineat gratiam.

Colliget, et referet laxum de pulvere follem, 5  
 Et si jam lotus, jam solcatus erit.  
 Lintea si sumes, nive candidiora loquetur,  
 Sint licet infantis sordidiora sinu.  
 Exiguos secto comentem dente capillos,  
 Dicet Achilleas disposuisse comas. 10  
 Fumosæ feret ipse tropin de fæce lagenæ,  
 Frontis et humorem colliget usque tuæ.  
 Omnia laudabit, mirabitur omnia, donec  
 Perpressus dicas tædia mille, Veni.

*sape exceptas. Colliget de pulvere lapsum follem, et referet, etsi jam lotus erit, jam soleatus. Si accipias lintea, dicet esse candidiora nive, quamvis sint sordidiora sinu infantis. Prædicabit comas Achilleas dispositas esse a te comente capillos raros secto dente. Ipse subministrabit tropin de fæce fumosæ lagenæ, atque assidue colliget sudorem tui vultus. Commendabit cuncta, obstupescet cuncta, donec tu, perpressus mille fastidia, dicas, Veni.*

~~~~~

Ms. Beverl.—4 *Acceptas* Palat. cod. et ed. Barb.—5 Sic cod. in marg. ed. Par. 1617. *Lapsum* edd. vett. et Maitt. Farnab. et Schrevel. qui, ‘Palat.’ ait, ‘et Brit. leg. *laxum*: recte.’—6 *Ero* cod. Beverl. et cod. in marg. ed. Par. 1617.—7 Sic id. codex. *Sumas* edd. vett. et Farnab.—8 *Situ* Palat.—10 *Compos.* al. sed vid. Heins. ad Ov. Amor. XIV. 35.—11 *Propin* Ms. Beverl. Vid. Not. Var.—12 *Ipse* pro *usque* ed. Barb. quod alios legere notavit Farnab. *Sua* pro *tuæ* cod. Beverl.

NOTE

6 *Jam solcatus*] Post lotionem soleas ponebant, quas cœnaturi deponebant. Sensus est: Menogenes e balneis exiturus remanebit sua tibi officia præstiturus.

7 *Lintea*] Ad corpus abstergendum.

9 *Secto dente*] Hoc est, pectine.

10 *Achilleas comas*] Hoc est, tuas esse flavas, et pulchras, quales Achil-

lis comas laudat Homerus.

11 *Tropin*] Quæ est infima navis pars, et hic sumitur pro vino vapido quod est in lagenæ fundo. Hujusmodi vino utebantur veteres, vel ad corpora abluenda in balneis, vel ad vomitum ante cœnam ciendum, inquit Raderus.

14 *Veni*] Ad cœnam.

LXXXIV.

DE FABIANO.

DERISOR Fabianus herniarum,
 Omnes quem modo colei timebant
 Dicentem tumidas in hydrocelas,

Fabianus derisor scrotorum, quem paulo ante carpentem turgidas hydrocelas me-

NOTE

3 *Hydrocelas*] Morbus erat ex genere enterocelorum, nempe cum in-

testina dilabuntur in scrotum; Gallice *descente de boyaux*.

Quantum nec duo dicerent Catulli,
 In thermis subito Neronianis
 Vidit se miser, et tacere cœpit.

5

tuebant omnes testiculi, quantum nec carperent duo Catulli, infelix derepente spectavit se in thermis Neronianis, et cœpit silere.

NOTE

4 *Quantum nec duo*] Catullus in 6 *Tacere cœpit*] Factus et ipse hasce res venereas hyperbolicè herniosus. dicit.

LXXXV.

AD POLYTIMUM.

NOLUERAM, Polytime, tuos violare capillos :
 Sed juvat hoc precibus me tribuisse tuis.
 Talis eras modo tonse Pelops, positisque nitebas
 Crinibus, ut totum sponsa videret ebur.

O Polytime, nolueram violare tuas comas: sed placet hoc a me concessum tuis precibus. O Pelops tonse modo talis eras, et fulgebas capillis tonsis, ut sponsa spectaret totum ebur.

NOTE

2 *Sed juvat*] Tonsis enim capillis decerptus, alter eburneus a Diis re-lactea tua colla videntur, quæ comis stitutus est, quem totum videre poterat Hippodamia, ejus uxor. Quæ tegebantur.

3 *Pelops*] Cui humerus a Cerere historia satis nota.

LXXXVI.

IN FABULLUM.

PÆDICONIBUS os olere dicis.
 Hoc si, sicut ais, Fabulle, verum est,
 Quid tu credis olere cunnilingis ?

NOTE

3 *Quid tu*] Notat Fabullum turpi vitio. Vide lib. II. Epig. 31.

LXXXVII.

IN NON ARRIGENTEM.

TRIGINTA tibi sunt pueri, totidemque puellæ :

Una est, nec surgit mentula : quid facies ?

NOTÆ

2 *Quid facies*] Quasi dicat : Linges. Lib. xi. Epig. 26.

LXXXVIII.

DE COTTA.

BIS Cotta soleas perdidisse se questus,

Dum negligentem ducit ad pedes vernam,

Qui solus inopi præstat, et facit turbam ;

Excogitavit homo sagax, et astutus,

Ne facere posset tale sæpius damnum ;

5

Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

Cotta questus se bis amisisse soleas, dum ducit ad pedes vernam socordem, quem unum habet sibi astantem in toto suo comitatu ; homo solers et versutus commentus est, ne sæpius faceret talem jacturam : cœpit ire ad cœnam sine calceis.

NOTÆ

2 *Ducit ad pedes*] Servus a pedibus dominus exuerat, custodiebat:
is dicebatur, qui ad pedes domini 6 *Excalceatus*] Summam Cottæ in-
accumbentis stabat, et soleas, quas opiam facete sic deridet Poëta.

LXXXIX.

DE TONGILIANO.

TONGILIANUS habet nasum : scio, non nego : sed jam

Nil, præter nasum, Tongilianus habet.

Tongilianus habet nasum : novi, non nego : at Tongilianus nihil jam habet, excepto naso.

1 *Ego* edd. Par. 1617. et Farnab.

NOTÆ

1 *Habet nasum*] Hoc primo versu hoc est : Tongilianus est tam pauper, nasus sumitur pro acumine iudicii ; ut nihil habeat præter nasum. Vide sed in secundo sumitur proprie : lib. i. Epig. 4.

XC.

AD CHARINUM.

QUOD lana caput alligas, Charine,
Non aures tibi, sed dolent capilli.

O Charine, quod lana tegis caput, non aures, sed comæ tibi dolent.

NOTÆ

2 *Sed dolent capilli*] Quibus cares: tegis lana.
hoc est: Te calvitii pudet, quod ideo

XCI.

DE MARONE.

PRO sene, sed clare, votum Maro fecit amico,
Cui gravis et fervens hemitritæus erat,
Si Stygias æger non iret missus ad undas,
Ut caderet magno victima grata Jovi.
Cœperunt certam medici spondere salutem. 5
Ne votum solvat, nunc Maro vota facit.

Maro suscepit votum pro sene, sed amico caro, qui laborabat gravi et ferventi hemitritæo, si ægrotus non esset missus ad undas Stygias, ut victima immolaretur grata Jovi magno. Medici cœperunt promittere certam salutem. Nunc Maro suscipit vota, ne solvat votum.

1 *Caro* edd. vett. et Maitt. pro *clare*, quod habet cod. Beverl.—3 *Non esset* edd. vett. *Umbras* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Clare*] Ut nempe senex æger audiret, cujus hæreditatem captabat iste Maro. 6 *Ne votum solvat*] Propter quod hæres institutus fuerat a sene.

2 *Hemitritæus*] Febris est semitertiana; lib. II. Epig. 41. *Vota facit*] Ut moriatur senex, ne hæreditatem ejus amittat.

XCII.

IN MAGULLAM.

COMMUNIS tibi cum viro, Magulla,
Cum sit lectulus, et sit exoletus,
Quare, dic mihi, non sit et minister?
Suspiras: ratio est, times lagenam.

NOTÆ

3 *Quare*] Cur non et communi uteris pocillatore?

NOTÆ

4 *Times lagenam*] Times nempe Epig. 43. et lib. iv. Epig. 69. venenatum poculum. Vide lib. iv.

XCIII.

AD PRISCUM.

SÆPE rogare soles qualis sim, Prisce, futurus,
 Si fiam locuples, simque repente potens.
 Quenquam posse putas mores narrare futuros ?
 Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris ?

O Prisce, tui moris est crebro percontari, qualis sim futurus, si dives evadam, et subito sim potens. Credisne quenquam posse dicere mores futuros? Dic mihi, si tu evadas leo, qualis eris?

NOTÆ

4 *Si fias tu leo*] Sensus est: Leo bus usus est, nempe superbis; seu futurus leonis naturam habiturus est, tenues et debiliores est oppressurus, atque ita dives futurus divitis mori- et tanquam leo devoraturus.

XCIV.

DE FABULLA.

QUA mœchum ratione basiaret
 Coram conjuge reperit Fabulla.
 Parvum basiat usque morionem:
 Hunc multis rapit osculis madentem
 Mœchus protinus, et suis repletum
 Ridenti dominæ statim remittit. 5
 Quanto morio major est maritus !

Fabulla excogitavit qua ratione oscularetur adulterum coram marito. Semper osculatur parvum sannionem: repente adulter hunc rapit udum multis basiis, et suis repletum remittit statim dominæ ridenti: quanto major est sannio maritus!

5 Proximus Palat.—7 Marito Ms. in marg. ed. Par. 1617.

NOTÆ

7 *Quanto morio*] Hoc est: Quanto ficium non animadvertat, vel anistolidior est maritus, qui hoc artimadvertens patiatur!

XCV.

IN TUCCAM.

SCRIBEBAMUS epos : cœpisti scribere : cessi,
 Æmula ne starent carmina nostra tuis.
 Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos :
 Aptasti longum tu quoque syrma tibi.
 Fila lyræ movi Calabris exculta Camœnis : 5
 Plectra rapis nobis ambitione nova.
 Audemus satiras : Lucilius esse laboras.
 Ludo leves elegos : tu quoque ludis idem.
 Quid minus esse potest ? epigrammata fingere cœpi :
 Hinc etiam petitur jam mea fama tibi. 10
 Elige, quid nolis ; quis enim pudor, omnia velle ?
 Et si quid non vis, Tucca, relinque mihi.

Faciebamus carmen heroicum : cœpisti facere : destiti, ne mei versus essent æmuli tuorum. Nostra Thalia traduxit se ad tragicos cothurnos : tu etiam accomodasti tibi longum syrma. Mori fila lyræ exculta doctis Camœnis : nobis eripis plectra ambitione nova. Aggredimur satiras : conaris esse Lucilius. Scribo leves elegos : tu etiam scribis idem. Quid potest esse minus ? Cœpi facere epigrammata : hinc etiam tibi comparas meam famam. Elige quid recuses : nam quæ verecundia est aggredi omnia ? Et, si quid fastidis, o Tucca, relinque mihi.

1 *Scribebam versus* id. Ms.—5 *Doctis pro Cal.* edd. vet. et Maitt. Farnab. et Barb. Adi Not. Var.—6 *Ambitiose* Palat. et cod. in marg. ed. Par. 1617. Norem Ms. Beverl.—9 *Pingere possis* Vat.—12 *Palma* cod. Beverl.

NOTÆ

3 *Cothurnos*] Hoc est : Scripsi tragœdias. Vide lib. III. Epig. 20. Syrma tragicorum vestis est, lib. IV. Epig. 49.

5 *Fila lyræ*] Hoc est : Versus lyricos composui, quorum princeps Horatius.

7 *Lucilius*] Qui primus inter Latinos poetas satiras scripsit.

8 *Elegos*] Quales Tibullus, Propertius, Ovidius. Ludere dicuntur poætæ, cum versus leviores scribunt.

9 *Quid minus*] Quam scribere epigrammata.

XCVI.

ADRUFUM.

MUSÆI pathicissimos libellos,
 Qui certant Sybariticis libellis,
 Et tinctas sale pruriente chartas
 Instanti lege, Rufe: sed puella
 Sit tecum tua, ne Thalassionem
 Indicas manibus libidinis,
 Et fias sine fœmina maritus.

5

Ad Instantium R. ed. Barb. *Ad Ruffum* Ald. Junt. Colin. et *Ruffe* in medio Ep.—6 *Inducas* ed. Barb. quod rectum censet Schrevel.

NOTÆ

1 *Pathicissimos libellos*] Mollissimos et nefandi argumenti, cujusmodi fuere Elephantidos, Epig. 43. supra, vers. 4.

2 *Sybariticis libellis*] Libris abominandæ nequitiae, quos scripsit Hemitheon Sybarita, ut testatur Lucianus, πρὸς ἀπαίδευτον. Horum meminuit et Ovidius lib. II. Trist. Epist.

ad Angustum: 'Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.'

4 *Instanti lege, Rufe*] Ad hunc eundem lib. VII. Epig. 68. et lib. VIII. Epig. 51.

5 *Thalassionem*] Conjugale illud. De Thalassione vide lib. I. Epig. 36.

7 *Et fias, &c.*] Ut lib. IX. Epig. 42.

XCVII.

IN ZELOTYPAM.

CUM tibi nota tui sit vita fidesque mariti,
 Nec premat ulla tuos, sollicitetve toros;
 Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris,
 In quibus et brevis est, et fugitiva Venus?
 Plus tibi quam domino pueros præstare probabo:
 Hi faciunt, ut sis fœmina sola viro.
 Hi dant, quod non vis uxor dare. Do tamen, inquis,
 Ne vagusa thalamis conjugis erret amor.

5

NOTÆ

3 *Ministris*] Pueris.

7 *Do tamen, inquis*] Vide lib. XI.

6 *Sola viro*] Ut non utatur alia fœmina quam te. Epig. 43.

Non eadem res est : Chiam volo, nolo mariscam.

Ne dubites quæ sit Chia, marisca tua est. 10

Scire suos fines matrona, et fœmina debet :

Cede suam pueris ; utere parte tua.



12 Sic Ms. in marg. ed. Par. 1617. *Sua* edd. vett. et Delph.

NOTÆ

9 *Non eadem res est*] Dicto lib. xi. dicit, mariscam vero fatuam de fœ-
 Epig. 43. De Chia et marisca dic- minis.
 tum lib. vii. Epig. 25. Hic autem 12 *Utere parte tua*] Qua fœmina es.
 Chiam, quæ novit pungere, de pueris

XCVIII.

IN BASSUM.

UXOR cum tibi sit puella, qualem

Votis vix petat improbis maritus,

Dives, nobilis, erudita, casta ;

Rumpis, Basse, latus, sed in comatis,

Uxoris tibi dote quos parasti. 5

Et sic ad dominam reversa languet

Multis mentula millibus redempta :

Sed nec vocibus excitata blandis,

Molli pollice nec rogata surgit.

Sit tandem pudor, aut eamus in jus. 10

Non est hæc tua, Basse : vendidisti.



2 '*Improbis* melius legas.' *Marg. ed. Par. 1617. Improbis* edd. vett.

NOTÆ -

2 *Improbis* [*Improbis*] Maritus qui *Comatis*] Pueris ; lib. ii. Epig. 57.
 suis votis non ponat modum. et lib. iii. Epig. 58.
 4 *Rumpis latus*] Venereo scilicet 11 *Vendidisti*] Uxori nomine dotis.
 opere.

XCIX.

AD BÆTIM.

BÆTIS olivifera crinem redimite corona,
 Aurca qui nitidis vellera tingis aquis;
 Quem Bromius, quem Pallas amat; cui rector aquarum
 Albula navigerum per freta pandit iter;
 Ominibus lætis vestras Instantius oras 5
 Intret; et hic populis, ut prior, annus eat.
 Non ignorat, onus quod sit, succedere Macro.
 Qui sua metitur pondera, ferre potest.

O Bætis, redimite comas corona olivifera, qui tingis aurea vellera undis pellucidis; quem Bacchus, quem Pallas diligit; cui dominator aquarum aperit iter navigerum per cana freta; Instantius ingrediatur nostras regiones auspiciis faustis, et hi populi habeant hunc annum similem priori. Instantius non ignorat quod onus sit succedere Macro. Qui metitur sua pondera, portare valet.

5 Vat. *instantibus*.—6 *Annis* cod. Beverl.

NOTE

1 *Bætis olivifera*] Vide lib. VIII. mosum est mare, maxime ubi se in illud exonerant fluvii.

Epig. 28. Ad Bætium fluvium Hispaniæ sunt multæ oleæ.

5 *Instantius*] De quo lib. VIII.

3 *Quem Bromius*] Illic nempe magna est et vini atque olei copia.

Epig. 73. qui in administratione Hispaniæ successurus erat Macro, viro integerrimo, de quo lib. x. Epig. 78.

Rector aquarum] Neptunus. Albula freta dicit: canum quippe, seu spu-

C.

IN EFFRONTEM.

Os atavi, patris nasum, duo lumina patris,
 Et matris gestus dicis habere tuæ.
 Cum referas priscos, nullamque in corpore partem
 Mentiris; frontem, dic mihi, cujus habes?

Prædicas te habere os atavi, nasum patris, duos oculos genitoris, et gestus matris tuæ. Cum exprimas majores, nec ullam partem mentiris in corpore, dic mihi cujus habes frontem?

Hoc et duo seqq. Epigg. absunt a veteri codice, nec immerito, notante et judicante Flosculo. Absunt ab Ald. Junt. Colin. Barb.—3 Ab aliis legi *Priscos* monet Farnab.

NOTE

1 *Os atavi*] Tria hæc ultima Epigrammata per se loquuntur; quæ

CI.

AD MATTUM.

QUI negat esse domi se, tunc cum limina pulsas,
 Quid dicat, nescis? Dormio, Matte, tibi.

Qui dicit se non esse domi, tunc, cum pulsas fores, an ignoras quid dicat? O Matte, inquit, dormio tibi.

CII.

AD MILONEM.

THURA, piper, vestes, argentum, pallia, gemmas,
 Vendere, Milo, soles, cum quibus emtor abit.
 Conjugis utilior merx est, quæ, vendita sæpe,
 Vendentem nunquam deserit, aut minuit.

O Milo, tui moris est vendere thura, piper, vestes, argentum, pallia, gemmas, quæ secum aufert emtor. At merx uxoris fructuosior est, quæ, sæpe vendita, nunquam derelinquit venditorem, nec minuit.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATUM

LIBER XIII.

CUI XENIA * INDITUM NOMEN.

I.

AD LECTOREM.

NE toga cordylis, ne pænula desit olivis,
Aut inopem metuat sordida blatta famem,

O Musæ, consumite Niliacas papyros meas jacturas, ne cordylæ careant toga,

//////////

Lemma deest in edd. vett. et Farnab. nec editor Delph. id antiquitatis ejusd. atque reliqua esse censuit.—1 *Et pro ne* edd. vett. *Pice nulla* Thman.

NOTE

* *Xenia*] Quæ sic explicat Vitruvius lib. vi. cap. 10. 'Nam, cum fuerunt Græci delicatiores, et ab fortuna opulentiores, hospitibus advenientibus extruebant triclinia, cubicula cum penu, cellas; primoque die ad cœnam invitabant, postremo mittebant pullos, ova, olera, poma, reliquasque res agrestes. Ideo pictores ea, quæ mittebantur hospitibus,

picturis imitantes xenia appellaverunt.' Xenia dicta sunt, quod τοῖς ξένοις, hoc est, hospitibus maxime, necnon et amicis mitterentur. Cum autem pauper esset poëta, seniorum loco mittebat disticha.

1 *Ne toga cordylis*] Deest lemma in editione Junii. Vide lib. III. Epig. 2. huic simile. Blatta, quæ rodit chartas, genus est vermis.

Perdite Niliacas, Musæ, mea damna papyros :

Postulat, ecce, novos ebria bruma sales.

Non mea magnanimo depugnat tessera talo, 5

Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus :

Alea nec damnum, nec facit ista lucrum.

et olivæ pænula, aut fœdu blatta timeat egenam csuriam: en Saturnalia temulenta petunt novos jocos. Mea tessera non decertat cum generoso talo, nec senio cum cane quatit nostrum ebur. Hæc charta mihi est loco nucium et fritilli: nec accipio detrimentum nec quastum ex ista alea.

cod.—5 *Telo* cod. Beverl.—7 *Nocet pro nuces* id.—8 *Non* id.

NOTE

3 *Niliacas papyros*] Quia in Ægypto nascuntur papyri, quas per appositionem vocat sua damna: mali enim versus perdunt bonas chartas. Juvenalis Sat. 1. versu 15. 'Stulta est clementia, cum tot ubique Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ.'

4 *Ebria bruma*] Saturnalia intellege, quibus genio indulgebant Romani. De his supra.

5 *Non mea magnanimo*] Vide quæ jam de talis et tesseris dicta sunt, lib. iv. Epig. 14. Calcagninus de Tesseris sic ait: Duabus, tribusve tesseris, quatuor autem ad minimum talis contendebatur in acie lusoria. Unde talis pares non sunt tesserae, sed inferiores; lib. xiv. Epig. 15.

'Non sim talorum numero par tessera, dum sit Major, quam talis, alea sæpe mihi.' Hæc ratio ad explicandum τὸ 'magnanimo' mihi quidem levior videtur, sed meliorem non reperi. Judicet lector.

6 *Senio*] Dicitur, cum in jactis talis senarius apparet; canis autem, cum unicum senario oppositum punctum apparet. 'Ebur nostrum,' ex quo scilicet fiebant tesserae, ut et tali, quos hoc loco intelligi censet idem Calcagninus de Tesseris.

7 *Hæc mihi*] Sensus est: Ego, inquit Poëta, Saturnalium tempore, nec tesseris, nec nucibus, nec talis ludo, sed Musis vaco. De fritillo copiose dictum est lib. iv. Epig. 14.

II.

IN DETRACTOREM.

NASUTUS sis usque licet, sis denique nasus,

Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,

Quantumvis sis nasutus, et tandem sis nasus, quantum porture recusaverit jussus

Ad eundem ed. Barb.—2 *Noluerat* Ms. Beverl. et vs. 5. *sed pro quam*, et vs. 9. *conditus*, et vs. 10. *venit*

Et possis ipsum tu deridere Latinum,
 Non potes in nugas dicere plura meas,
 Ipse ego quam dixi: quid dentem dente juvabit 5
 Rodere? carne opus est, si satur esse velis.
 Ne perdas operam: qui se mirantur, in illos
 Virus habe: nos hæc novimus esse nihil.
 Nec tamen hoc nimium nihil est, si candidus aure,
 Nec matutina si mihi fronte venis. 10

Atlas, et tu possis illudere ipsum Latinum, nequis proferre plura in meas ineptias, quam ego ipse protuli: quid proderit rodere dentem dente? Opus est carne, si cupias expleri. Ne profundas laborem: exome virus in illos qui sibi placent: nos scimus hæc esse nihil. Nihilominus hoc non est omnino nihil, si sincerus auditor, nec matutina fronte accedis ad me.

NOTE

1 *Nasutus*] Licet sis maximus derisor; nasus enim irrisionis sedes est. Vide lib. 1. Epig. 4.

2 *Atlas*] Qui tamen cælum humeris gestat.

3 *Latinum*] Mimum nempe; lib. 1. Epig. 5. 'derisoremque Latinum.'

5 *Ipse ego quam*] Passim pro nihilo habendos esse suos versus dicit Martialis.

Quid dentem] Sensus est: Quid carpis me, qui lædi nequeam?

6 *Carne opus est*] Hoc est: Si velis explere invidiam, carpe illos poëtas, qui grandia promittunt, et se in monte Parnasso somniasse dicunt.

9 *Nec tamen*] Hoc est: Tamen hi versus non sunt plane abjiciendi, sed placebunt lectoribus candidis, atque iis qui genio indulgent. *Matutina fronte*] Hoc est, tristi supercilio: mane enim non pransi homines sunt severi.

III.

AD LECTOREM.

OMNIS in hoc gracili Xeniorum turba libello
 Constabit nummis quatuor emta tibi.
 Quatuor est nimium: poterit constare duobus,
 Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.

Tu emes omnem turbam xeniorum in hoc tenui libro quatuor nummis. Quatuor nimium est: poteris emere duobus, et bibliopola Tryphon consequetur adhuc quæs-

Ad eundem ed. Barb.—7 Cadit pro Add. Ms. Beverl. Quod probare videtur

NOTE

1 *Tryphon*] De quo jam dictum lib. 1v. Epig. 72.

Hæc licet hospitibus pro munere disticha mittas, 5
 Si tibi tam rarus, quam mihi, nummus erit.
 Addita per titulos sua nomina rebus habebis :
 Prætereas, si quid non facit ad stomachum.

tum. Fas est mittere hospitibus hæc disticha pro dono, si habueris tam paucos nummos, quam ego. Tibi erunt nomina sua adjuncta rebus per titulos : omittas, si quid non placet stomacho.

ob causam omnibus obviam nos recte tribuere varietates codici Beverl. Vide quæ diximus ad XII. 70. 9. et consule alias huj. Ms. varietates, ut nostram sententiam aut damnes aut confirmes. Ceterum ex hoc Epigrammate æqualiter diviso duo conflata ed. Barb. et hæc duo facit ut eund. titulum præ se ferant. Obliti eramus notare sic scribere De Rooy ad vs. 3. 'Longe venustius [sc. quam *Quatuor est nimium: p.*] Scriverius *Q. est nimium? p.* Malim tamen *Quatuor? est nimium. P.*' Et hanc emend. tanti æstimat amicus τοῦ De Rooy in Epistola ad eum scripta, ut dicat, quamvis emendationem ipse eruerit, tamen se fateri restitutione ejus adeo effascinatam ut flocci propriam præ illa pendat.

NOTE

5 *Disticha mittas*] Vide quæ diximus initio hujus libri : xenia quippe hospitibus mitti solebant.

6 *Si tibi tan*] Malum scilicet omnibus fere poetis familiare.

7 *Per titulos*] Lemmata seu argu-

menta intellige.

8 *Non facit ad*] Hoc de suis versibus dicit Poëta; sed alludit ad esculenta xeniorum, quæ hoc libro describuntur.

IV.

T H U S.

SERUS ut æthereæ Germanicus imperet aulæ,
 Utque diu terris, da pia thura Jovi.

Offer pia thura Jovi, ut Germanicus regnet diu in terris, tarde in cælo.

1 *Sertis ætherii* Ms. Beverl. *Aula* Ald. *Junt.* *Colin.* *Maitt.* *Aura* Vat. *Nostram* lect. dat cod. Thuan.

NOTE

1 *Germanicus*] Domitianum intelligunt interpretes; unde colligunt, non extremis Martialis annis, sed vivo adhuc Domitiano, scripta esse

hæc disticha. Vide l. VIII. Epig. 39.

2 *Pia thura*] Religioni nempe et Superis destinata sunt. Plinius lib. XII. cap. 4. agit de thure.

V.

PIPER.

CEREA quæ patulo lucet ficedula lumbo,
Cum tibi forte datur, si sapis, adde piper.

*Cum forte tibi donatur pinguis ficedula, quæ splendet lato lumbo, si sapis, ad-
junge piper.*

2 Sorte ed. Farnab. Vid. Var. Not.

NOTÆ

1 Cerea] Hoc est, pinguis: lib. III. Lucet] Præ pinguedine.
Epig. 57. 'Inde cereus turtur.' De 2 Adde piper] Insuper quippe est
ficedula infra Epig. 49. ficedula.

VI.

ALICAM.

Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere dives.
Si tibi noluerit mittere dives, eme.

*Nos mittimus alicam, locuples poterit mittere mulsum. Si locuples recusaverit
mittere, mercare.*

1 Non Ms. Beverl.—2 Emas id.

NOTÆ

1 Alicam] Videndum lib. II. Epig. batur alica. Ita Raderus. Videtur
37. Alica dicitur, inquit Festus, quod non multum differre ab ea potione,
alit corpus. Genus est præstantissimi quam Gallice vocamus *de la biere*.
triticum, unde fiebat potio, quæ dice-

VII.

CONCHIS FABAM.

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa,
Lautorum cœnis sæpe negare potes.

*Si habeas pallidam conchem spumantem testa rubra, potes sæpe carere cœnis po-
tentum.*

1 'Quod si vera est lect. quam Ciofan. e Vat. producit ap. Ov. F. v. 510.
hoc Nostri loco similiter legerim *rubro testu*. Pro *spumet* itidem maluerim
fumet: id quod jam et Heinsius in mentem venerat. Vid. ad Fast. v. 509.
Nec fere dubito quin veriss. sit illa scriptura.' De Rooy.

NOTÆ

1 Si spumet] Scilicet, dum coqui- elixa pallescit. Vide lib. VII. Epig.
tur: conchis vero faba est viridis, 78. Juven. Sat. XIV. vers. 31. et Sat.
quæ oleo nucta optimi est saporis, et 111. vers. 293. 'Cujus conche tumes.'

NOTÆ

‘Rubra testa,’ hoc est, vase fictili conditam comedens domi laute cœnabis.

2 *Lautorum cœnis*] Nam fabam bene

VIII.

F A R.

IMBUE plebeias Clusinis pultibus ollas,
Ut satur in vacuis dulcia musta bibas.

Imple ollas plebeias Clusinis pultibus, ut expletus potes suavia musta in ollis exhaustis.

Hoc et sequens Epigr. permutat ed. Barb.

NOTÆ

1 *Imbue plebeias*] Hoc disticho præcipit Martialis, ut in ollas, quæ Clusini farris pulte imbutæ fuerint, mustum mittatur, quod eo tanquam condiatur, et ad bonitatem proficiat, commendeturque. Turnebus lib. xxv. cap. 28. Clusium vero maritimum Tusciæ oppidum est, hodie *Chiusi*. De farre vide Plinium lib. xviii. cap. 8.

IX.

L E N S.

ACCIPERE Niliacam, Pelusia munera, lentem :
Vilior est alica, carior illa faba.

Accipe lentem Niliacam, dona Pelusia: illa inferior est alica, pretiosior autem faba.

NOTÆ

1 *Niliacam*] In Ægypto nempe circa Pelusiæ curam aspernabere lentis: et Plinius lib. xviii. cap. 12. De alta et faba supra dictum.

X.

SIMILA EX TRITICO.

NEC poteris similæ dotes numerare, nec usus,
Pistori toties cum sit et apta coco.

Nec valebis referre dotes similæ, nec usus, cum tot modis pistor et cocus utantur illa.

NOTÆ

1 *Similæ*] Quæ est flos farinæ. centarum et cibariorum generibus
Dotes] Hoc est, varios usus. condiendis inserviat.
2 *Pistori toties*] Cum variis et pla-

XI.

HORDEUM.

MULIO, quod non des tacituris, accipe, mulis.

Hæc ego cauponi, non tibi, dona dedi.

Sume quod non donet mulio mulis tacituris; ego largitus sum hæc munera cauponi, non tibi.

1 *Det* edd. vett. et Farnab. *Taciturnus* cod. Beverl.—2 *Coponi* Ald. Junt. Colin. et sic legit Calderinus.

NOTÆ

1 *Mulio*] Hoc distichum sic explicat Turnebus lib. xxv. cap. 28. Hordeum accipe, quo quadrupedes sæpe defraudat mulio: quanquam, cum hordeum pecudum pabulo potius serviat quam hominum, dedi quod tu potius cauponi vendes, quam comes; nam cauponibus eo est opus ad jumentorum pastus.
Quod non des] De hordeo fuse Plinius lib. xviii. cap. 7. et alibi passim.
Tacituris] Hoc est, non dicturis, quod defraudati sint hordeo.

XII.

FRUMENTUM TRITICEUM.

TERCENTUM Libyci modios de messe coloni

Sume, suburbanus ne moriatur ager.

Accipe trecentos modios ex messe coloni Libyci, ne ager suburbanus sterilecat.

NOTÆ

1 *Tereentum Libyci*] Cuidam amico ager ejus sterilis fiat. De generibus mittit frumentum Libycum, ne frequenti satione seu continua cultura tritici lege Plinium lib. xviii. cap. 7.

XIII.

BETÆ.

UT sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,

O quam sæpe petet vina piperque cocus!

O quam sæpe cocus poscet vina, et piper, ut betæ insipidæ prandia fabrorum sapiant.

NOTÆ

1 *Ut sapiant*] Insipidæ quippe sunt *Fabrorum prandia*] Hoc est, cibus betæ, nisi bene condiantur. hominumplebeiorum.

XIV.

LACTUCA.

CLAUDERE quæ cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi, cur nostras iuchoat illa dapes?

Dic mihi, cur lactuca sit initium nostrarum epularum, quæ solebat esse finis cœnæ avorum.

NOTÆ

2 *Dic mihi*] Causam attulit ipse cœnæ lactucam apponebant Veteres, lib. xi. Epig. 53. 'Prima tibi dabitur quoniam insita frigiditate ebrietatem ventri lactuca movendo.' In fine vero retundit.

XV.

LIGNA ACAPNA.

SI vicina tibi Nomento rura coluntur,
Ad villam moneo, rustice, ligna feras.

O rustice, si colas agros juxta Nomentum, moneo ut portes ligna ad villam.

Pro *acapna* Thuan. cod. *actua*.—2 *Mane bis ad v.* Ms. Beverl.

NOTÆ

Ligna acapna] Hoc est, quæ incensa sicca, proindeque non igni, sed fumo non fumant. Nomentum autem oppidum erat Latinorum, ad decimum excitando idonea; atque ita ferenda ab Urbe lapidem situm, ubi multæ illuc ligna acapna monet Poëta, quæ scilicet fumum non exhalent.

XVI.

RAPA.

HÆC tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, in cœlo Romulus esse solet.

Romulus in cœlo solet comedere hæc rapa, quæ tibi donatus gaudentia hyemali frigore.

NOTÆ

1 *Gaudentia frigore*] Quo nempe sia Deos pasci, verum etiam vilibus dulciora fiunt et majora. Plinius lib. quibusdam cibis, ut Romulum rapis. xviii. cap. 13. Credo de paupertate illius sæculi, quo Romulus vixerat, proinde quasi in 2 *In cœlo Romulus*] Tarnebus lib. cœlo iisdem cibis victitet, quibus in Prisci non tantum nectare et ambrosia terra alebatur.

XVII.

COLICULI.

NE tibi pallentes moveant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

Ne caules pallidi tibi afferant nauseam, brassica viridis efficiatur aqua nitrata.

Fasciculi cod. Thuan.—2 *Vitiata* pro *Nitrata*, et *flatus* pro *fiat* Ms. Beverl.

NOTÆ

2 *Nitrata*] De nitro fuse tractat Plinius lib. xxxi. cap. 10.

XVIII.

PORRI SECTIVI.

FILA Tarentini graviter redolentia porri
Edisti quoties, oscula clausa dato.

Quoties manducasti fila porri Tarentini graviter redolentia, osculare ore clauso.

2 *Clusa* ed. Par. 1617. Sic alios legere notavit Schrevel.

NOTÆ

1 *Fila*] Porrum sectivum intellige, Poëta, non esse aperiendum ad danda
qui optimus Tarenti nascitur, et cres- oscula. Vide Plinium lib. xix. cap.
cit in multa stamina, veluti fila; eo 6.
autem comeso male oletos; unde dicit

XIX.

PORRI CAPITATI.

MITTIT præcipuos nemoralis Aricia porros:
In niveo virides stipite cerne comas.

Nemoralis Aricia producit porros præstantes: vide comas virides in candido stipite.

1 *Mittis* Ms. in marg. ed. Par. 1617.

NOTÆ

1 *Aricia*] Latii civitas, in qua por- 2 *Virides comas*] Caput porri viride
rus capitatus optimus, ut Tarenti intellige, ejus stipes albus est, ubi
sectivus nascebatur. Dicitur 'ne- maturuit. Vide Columellam lib. xi.
moralis' a nemore vicino. de Re Rustica cap. 3.

Delph. et Var. Clus.

Martial.

3 O

XX.

NAPI.

Nos Amiternus ager felicibus educat hortis :
Nursinas poteris parcius esse pilas.

Ager Amiternus alit hos fecundis hortis ; licebit parcius comedere pilas Nursinas.

1 *Hos* Ald. Junt. Colin.

NOTÆ

Napi] Qui parum differunt a rapis. Sabinorum, hodie *Norza*.
Colum. lib. II, cap. 10. Amiternum *Parcius esse*] Vel quod Nursinæ illæ
est Italiæ civitas. pilæ napis Amiternis cariore sint,
2 *Nursinas pilas*] Rapa rotunda in- vel injucundiores.
terpretare : Nursia vero civitas est

XXI.

ASPARAGI.

MOLLIS in æquorea quæ crevit spina Ravenna,
Non erit incultis gratior asparagis.

Mollis spina, quæ nata est in maritima Ravenna, non erit jucundior asparagis sylvestribus.

NOTÆ

1 *Mollis spina*] Plinius lib. XXI. cap. 15. ' In totum spina est asparagus.'
Sensus est Epigrammatis : Asparagi sylvestres et inculti non cedunt Ravennatibus asparagis cultis et satis ;
de quibus Plinius lib. XIX. cap. 4. et cap. 8. ' Nullum gratius his solum, quam Ravennatium hortorum.' ' Trium librarum asparagum Ravenna aliquando produxit.'
Ravenna] De qua Epig. 55. lib. III.

XXII.

UVA DURACINA.

NON habilis cyathis, et inutilis uva Lyæo :
Sed non potanti me, tibi nectar ero.

Sum uva non idonea poculis, et inutilis Baccho : sed nectar ero tibi non bibenti me.

NOTÆ

Uva duracina] Plinius l. XVI. cap. I. acinum est granum.
' Uva non alicubi gratior callo, ut 1 *Non habilis*] Quia ex ea vinum exprimi nequit.
inde possit invenisse nomen duracini.' Legunt alii *duracinæ*. Columella lib. III. de Re Rustica cap. I. appellat uvas duri acini : acinus autem vel 2 *Non potanti*] Sed comedenti nectar ero.

XXIII.

CHIA FICUS.

CHIA seni similis Baccho, quem Setia misit,
Ipsa merum secum portat, et ipsa salem.

Chia similis vino veteri, quam produxit Setia, ipsa secum fert merum et salem.

NOTÆ

1 *Chia*] Chios est insula Ægæi vix crediderim.
maris, unde translata ficus produxit 2 *Ipsa merum*] Hoc est: Sapit me-
fructus Setiæ, in oppido Campaniæ, rum et salem. Vide lib. VII. Epig.
hodie *Sezza*. Fuit alia Setia, urbs 25.
Cretæ, ex qua allatam hanc ficum

XXIV.

CYDONIA.

SI tibi Cecropio saturata Cydonia melle
Ponentur, dicas hæc melimela, licet.

Si cotonea imbuta melle Attico apponentur tibi, potes hæc appellare melimela.

2 'Licet. Placent Thuan. cod. Firmatur ea lect. ex Isidoro XVII. 7. Origin.'
Beverland.

NOTÆ

1 *Saturata*] Hoc est, melle incocta, 2 *Melimela*] Quasi μέλι καὶ μῆλον,
ut docet Plinius lib. xv. cap. 17. hoc est, mel et pomum, ut si dicas
Dicta sunt 'Cydonia' a Cydone, urbe mellitum pomum.
Cretæ.

XXV.

NUCES PINEÆ.

POMA sumus Cybeles: procul hinc discede, viator,
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

*Poma sumus sacra Cybele: o viator, longe hinc abi, ne nostra ruina labatur in
caput infelix.*

1 *Absiste* Gruter. ex Palat. et sic ed. Barb.—2 *Nec Ms.* in marg. ed. Par.
1617.

NOTÆ

1 *Cybeles*] Cui nempe sacra erant Plinius lib. xv. cap. 10.
propter Atyn ab ea adamatum, et in 2 *Ne cadat*] Hoc est: Ne cadamus
pinum conversum. De nucibus pineis in tuum caput.

XXVI.

SORBA.

SORBA sumus, molles nimium durantia ventres :
Aptius hæc puero, quam tibi, poma dabis.

Sumus sorba astringentia alcum nimis lubricam: donabis hæc poma convenientius puero, quam tibi.

2 *Damus Palat.*

NOTE

- 1 *Sorba*] Gallice *des cormes*. profluvio laborant pueri.
2 *Aptius hæc puero*] Sæpe enim alvi

XXVII.

SPATHALION CARYOTARUM.

AUREA porrigitur Jani caryota Kalendis :
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

Aurea caryota donatur Kalendis Januariis: nihilominus hoc solet esse donum inopis.

Petaxirium cyriotarum cod. Beverl. Vid. Not. Var.

NOTE

- 1 *Spathalion*] Σπάθη præter alias *dattes*; quales aurea crusta illitas suas significationes significat palmam divitibus mittebant pauperes Kalendis et ramum palmæ. *Spathalion* diminutivum est, ex quo pendent caryotæ, cap. 4. et lib. VIII. Epig. 33. seu fructus palmarum; Gallice *des*

XXVIII.

COCTANA.

HÆC tibi quæ tortavenerunt condita meta,
Si majorâ forent coctana, ficus erant.

Hæc coctana, quæ ad te missa sunt posita in meta torta, si grandiora essent, ficus erat.

Vas Cotanorum cod. Beverl. *Vas coctan.* ed. Barb. Vid. Turneb. xxv. 28.
—1 *Cocta Palat.* pro *torta*, et alii *menta* pro *meta*.

NOTÆ

1 *Hæc tibi*] Plinius lib. XIII. cap. 3. In ficorum genere autem carycas, et minores ejus generis, quæ cottana vocant. Scribunt alii, *cottana*, lib. IV. Epig. 89.

Torta meta] Hoc est, e tortis juncis texta sporta, vel testa turbinata in metæ formam, ut lib. I. Epig. 44.

quam lib. V. Epig. 18. dixit acutam testam. Ita Farnabius. Legunt alii, *torta mentha*, hoc est, inquit Domitius, coctana coronata mentha torta ut recentia servarentur. Videat lector. Aliud lemma ponit Scriverius, nempe *cas coctanorum*.

XXIX.

PRUNA DAMASCENA.

PRUNA peregrinæ carie rugosa senectæ
Sume: solent duri solvere ventris onus.

Accipe pruna rugosa carie peregrinæ senectæ: solent laxare onus ulvi astrictæ.

Vas Damascenorum ed. Barb. et cod. Beverl. Al. *Vas Damascenarum*.

NOTÆ

1 *Peregrinæ*] Nempe pruna allata ex Syria, cujus Damascus est civitas. Vide lib. V. Epig. 18.

XXX.

CASEUS LUNENSIS.

CASEUS Etruscæ signatus imagine Lunæ
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Caseus notatus imagine Lunæ Etruscæ suppeditabit mille prandia tuis pueris.

2 *Multa* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Imagine*] Etruriam inter et Liguriam *Lunæ portus*, hodie *Porto Venere*. Oppidum maritimum erat, unde

Romam mittebantur casei tanti ponderis, ut unus multis prandiis sufficeret. Vide Plinium lib. XI. cap. 42.

XXXI.

CASEUS VESTINUS.

Si sine carne voles jentacula sumere frugi,
Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

Si cupies jentare frugaliter sine carne, hæc massa ad te mittitur de grege Vestino.

Pro jintaculo caseus V. Ms. Beverl.—1 *Geniales fruges pro jent. fr. id. et vs.*
2. *missa.*

NOTE

2 *Hæc massa*] Hoc est, hic caseus, superum, circa Matrinum fluvium, nempe e lacte in massam coagulato. Alii sunt in Campania ad inferum de quo Plinius lib. xi. cap. 42. Vestini vero Italiæ sunt populi ad mare

XXXII.

CASEUS VELABRENSIS.

NON quemcumque focum, nec fumum caseus omnem,
Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.

Ille caseus sapit non qui hausit quemcumque focum, nec omnem fumum, sed Velabrensem.

Fumosus pro *Vel.* cod. Beverl. et sic alios legere notavit editor Delph.—
2 *Ipsæ* edd. vett. et Delph. et Farnab. Sic codd. Beverl. et Palat.

NOTE

2 *Sed Velabrensem*] Velabrum locus Romani cunctis præferendos, ut ait erat Romæ ubi caseos infumabant Plinius lib. xi. cap. 42.

XXXIII.

CASEI TREBULANI.

TREBULA nos genuit; commendat gratia duplex,
Sive levi flamma, sive domamur aqua.

Pressi sumus Trebulis; laudamur ob duplicem usum, sive paramur levi flamma, sive aqua.

NOTE

1 *Trebula*] De qua lib. v. Epig. 71. grati erant saporis sive tosti sive aqua unde casei Romam afferebantur qui macerati.

XXXIV.

BULBI.

CUM sit anus conjux, et sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quam satur esse potes.

Cum habeas uxorem, retulam et membra languida, non debes saturari nisi bulbis.

2 'Fatuis fabrorum betis insipida magis lect. Extra omnem dubitationis aleam a Poëtæ manu fuit *N. a. bulbi quam satureia potest.*' De Rooy.

NOTÆ

2 *Bulbis*] Romani bulbum vocant est cepæ non absimile ascaloniæ. Vellium agreste, alii marinum. Genus nerem maxime excitat.

XXXV.

LUCANICA.

FILIA Picenæ venio Lucanica porcæ :
Pultibus hinc niveis grata corona datur.

Lucanica mittor nata porcæ Picenæ : hinc datur grata corona pultibus niveis.

Lucanicæ edd. vett. et Barb.—2 *Cibat* pro *datur* cod. Beverl. et cod. in marg. ed. Par. 1617.

NOTÆ

1 *Lucanica*] Facta scilicet ex car- 2 *Pultibus*] Hoc est, ora patinæ
nibus concisis porcæ natæ in agro coronatur pultibus niveis de quibus
Picentino, lib. iv. Epig. 46. lib. v. Epig. 78.

XXXVI.

OLIVÆ.

HÆC, quæ Picenis venit subducta trapetis,
Inchoat, atque eadem finit oliva dapes.

Hæc oliva quæ affertur subtracta prelis Picenis, incipit, atque eadem terminat epulas.

Cistella olivarum Ms. Beverl. et ed. Barb.

NOTÆ

1 *Subducta*] Hoc est, oliva integra, 2 *Inchoat*] Ut cibi appetentiam in-
ex qua scilicet oleum non est expres- citet.
sum. Lib. i. Epig. 44. 'Nec de Pi- *Finit*] Ut fastidium arceat.
cenis venit oliva cadis.'

XXXVII.

MALA CITREA.

AUT Corcyræi sunt hæc de frondibus horti,
Aut hæc Massyli poma draconis erant.

Aut hæc poma sunt ex frondibus horti Corcyræi, aut hæc erant Massyli draconis.

NOTÆ

1 *Aut Corcyræi*] Hæc poma, inquit, Hesperidum horto. Vide lib. x.
sunt decerpta aut ex Alcinoi aut ex Epig. 94. et lib. iv. Epig. 64.

XXXVIII.

C O L O S T R U M.

SURRIPUIT pastor quæ nondum stantibus hædis,
De primo matrum lacte colostrum damus.

Donamus colostrum, quæ subduxit pastor ex primo lacte matrum, nondum lactentibus hædis.

1 *Nondum gustantibus* pro *q. n. s.* cod. Beverl.—2 *Colostrum* id.

NOTÆ

Colostrum] Vocatur prima a partu 1 *Nondum stantibus*] Hoc est, antequam capræ uberibus ora admovissent hædi.
spongiosa densitas lactis, quæ maxime prodest stomacho.

XXXIX.

HÆDI.

LASCIVUM pecus, et viridi non utile Baccho,
Det pœnas : nocuit jam tener ille Deo.

Lascivum pecus, et non utile viti virenti pendit pœnas : ille tener jam lasit Bacchum.

2 *Deponas* pro *Det p.* cod. Beverl. *Dat* edd. vett. et Delph. *Sed tamen pro jam tener* Ms. Beverl.

NOTÆ

1 *Lascivum pecus*] Hædus, qui vitima est Baccho sacra, quod soleat corrodere vites. 2 *Det p.* [*Dat pœnas*] Alii *Det*, hoc est, mactetur.

XL.

O V A.

CANDIDA si croceos circumfluit unda vitellos,
Hesperius scombri temperet ova liquor.

Si aqua alba circumfluit vitellos flavos, Hesperius liquor scombri temperet ova.

NOTÆ

1 *Candida*] Ova recentia undam albam, seu liquorem lacteum habent, quem cum scombrorum garo commiscendum esse docet Poëta. Dicitur ‘Hesperius liquor,’ hoc est, Hispanus, quia ex Hispania Romæ mittebantur scombri, de quibus supra. De garo infra Epig. 10

XLI.

PORCELLUS LACTENS.

LACTE mero pastum pigræ mihi matris alumnum
Ponat, et Ætolo de sue dives edat.

Dives apponat mihi alumnum pigræ matris nutritum solo lacte, et ipse manducet de sue Ætolo.

2 Ætholio cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Lacte*] Hoc est, porcellus lactens Ætolo Epig. 15. lib. Spect.
plus mihi sapit quam aper. De apro

XLII.

APYRINA ET TUBERES.

NON tibi de Libycis tuberes, et apyrina ramis,
De Nomentanis sed damus arboribus.

Tibi donamus tuberes et apyrina non de ramis Libyæ, sed ex arboribus Nomentani.

1 Tibures et aprina cod. Beverl.

NOTÆ

Tuberes] Poma quæ in Africa nascuntur optima, Plinius lib. xv. cap. 14. Tubera vero sunt genus fungorum. De Apyrinis, quæ sic dicuntur ab a privativo, et πυρίνη nucleus, id est, sine nucleo, Plinius lib. XIII. cap. 19. Punica mala intellige. De villa sua Nomentana egit Poëta lib. 1. Epig. 106.

XLIII.

IDEM.

LECTA suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes: quid tibi cum Libycis?

Apyrina decerpta ex ramis suburbanis, et vernæ tuberes mittuntur: quid quaris Libycos?

1 Arpinia cod. Beverl.

NOTÆ

2 *Vernæ tuberes*] Hoc est, nati domi, qui cum sint optimi, quid petis peregrinos tuberes? Quorum meminit Suetonius in Domitiano cap. 16.

XLIV.

S U M E N.

ESSE putes nondum sumen: sic ubere largo
Effluit, et vivo lacte papilla tumet.

Credas nondum esse sumen: sic papilla effluit ubere copioso, et turget vivo lacte.

1 *Potes* cod. in marg. ed. Par. 1617. et sic ed. Barb. Vid. Not. Var.—2
Effluet ut niveo cod. in marg. ejusd. ed. *Nireo* quoque Ms. Beverl.

NOTÆ

1 *Sumen*] Farcimen nempe quod tis copia redundabant papillæ in isto fiebat ex mammis suillis post primum sumine, ut sui adhærere adhuc videntur. partum resectis, antequam illis os admovisset fœtus: tanta autem lac-

XLV.

PULLI GALLINACEI.

SI Libycæ nobis volucres, et Phasides essent,
Acciperes: at nunc accipe cortis aves.

Si haberem Numidicas gallinas, et phasianos, mitterem: at nunc accipe aves domesticas.

NOTÆ

1 *Si Libycæ*] Vide lib. III. Epig. 57.

XLVI.

PERSICA, NUCIPERSICA.

VILIA maternis fueramus præcoqua ramis:
Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

Vilia præcocia fueramus in ramis maternis, nunc sumus cara Persica in adoptivis.

Persica percocta Ms. Beverl. '*Persica, Nucipersica.* Hoc lemma Aldina editio et Junii liber habent. Nescio qua de causa in Junii editione mutatum sit. Alii *Persica*, omisso *Nuc.* legunt.' *Marg. ed. Par. 1617.* Adi Not. Var.—1 *Persica pro præc.* cod. Beverl. et ed. Barb. Alios sic legere notat Schrevel.—2 *Rara* cod. Beverl.

NOTÆ

Persica] Nempe ex Perside allata, vilia, pruno insita sunt nobilia? an Gallice *pêches*: 'nucipersica' vero quia in sua Perside noxia et venenosa, sed translata fiunt dulcia? ex Columellæ opinione. Ita Farnabius.

1 *Vilia*] An quia in nativa stirpe

XLVII.

PANES PICENTINI.

PICENTINA Ceres niveo sic nectare crescit,
 Ut levis accepta spongia turget aqua.

Picentina Ceres sic turget nectare, ut levis spongia tumescit aqua accepta.

1 *Sine nectare arescit* cod. in marg. ed. Par. 1617.

NOTE

1 *Ceres*] Hoc est, panem Picentium aridum ex alicæ materia factum intellige, quem non nisi lacte made-

factum comedi posse dicit Plinius lib. xviii. cap. 11.

XLVIII.

BOLETI.

ARGENTUM atque aurum, facile est, lænamque togamque
 Mittere: boletos mittere difficile est.

Facile est mittere argentum atque aurum, et lænam, et togam: difficile est mittere boletos.

2 *Nam mihi pro mittere* cod. Beverl.

NOTE

1 *Lænamque togamque*] Lib. xii. Epig. 36.

2 *Boletos*] Genus fungi delicatissimi intellige.

XLIX.

FICEDULA.

CUM me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis;
 Cur potius nomen non dedit uva mihi?

Cum ficus nutriat me, cum pascar dulcibus uvis; cur non potius desumo nomen ab uva?

NOTE

2 *Cur potius*] Non dicor uvedula quam ficedula?

L.

TUBERA.

RUMPIMUS altricem tenero quæ vertice terram
Tubera, boletis poma secunda sumus.

Nos tubera frangimus terram nutricem tenero vertice: sumus poma secunda a boletis.

1 Sic Gruter. e Mss. Vid. inf. Ep. 102. *De vert.* edd. Ald. Junt. Colin. Farnab.

NOTÆ

1 *Rumpimus altricem*] Teste Dioscoride, 'Tubera rotundæ radices sunt sine canle, sine foliis flavescentes; vere effodiuntur, cruda et cocta eduntur.' Et Plin. lib. XIX. cap. 2. 'Nec utique extuberante loco, in quo gíg-

nuntur, aut rimas urgente, nec ipsa terræ cohærent.'

Tenero quæ vertice] Foris quippe prodeunt tubera, ubi terra mollior est. Vocat poma improprie. Juven. Sat. v. 116. ait tubera ficri tonitribus.

LI.

TURDORUM CORONA.

TEXTA rosis fortasse tibi, vel divite nardo,
At mihi de turdis facta corona placet.

Texta ex rosis, et pretioso nardo forte tibi, at mihi grata est corona composita ex turdis.

De titulo vid. Not. Var. *Decuria* pro *corona* habet Ms. Beverl.

NOTÆ

Turdorum corona] *Decuria* legitur in veteribus codicibus, ut ait Turnebus lib. XXV. cap. 28. Intellige coronam textam turdis, nempe e vimine undique pendentibus.

1 *Texta rosis*] Qua coronabantur veteres in lautis conviviis. Plin. lib. XXI. cap. 3.

Corona] De qua lib. III. Epig. 47.

LII.

ANAS.

TOTA quidem ponatur anas: sed pectore tantum,
Et cervice sapit: cetera redde coco.

Tota quidem anas apponatur: sed sapit tantum pectore et cervice: restitue coco reliqua.

NOTE

1 *Sed pectore*] Pectus enim et cervix gratioris sunt saporis.

LIII.

TURTUR.

DUM pinguis mihi turtur erit, lactuca valebis,
Et cochleas tibi habe : perdere nolo famem.

Dum habebō pinguem turturem, o lactuca valebis, et tu serva cochleas : nolo amittere esuriem.

1 Adi Var. Not.—2 *Prodere* cod. Beverl.

NOTÆ

2 *Et cochleas*] Hoc est, Nolo cochleas, quæ sunt species conchyliorum : hoc est, dum habebō cibos delicatiores, a vilioribus me abstinēbo.

consumere famem in comedendis lactucis et cochleis, quæ ad irritandam gulam dabantur, cum turturem habeam.

Perdere nolo famem] Hoc est, Nolo

LIV.

P E R N A .

CÆRETANA mihi fiet, vel missa licebit
De Menapis : lauti de petasone vorent.

Faciām massam ex Cerretanis, vel etiam ex Menapis : delicatiores edant de petasone.

1 *Massa* edd. vett. et Maitt. et Farnab. Videantur Not. Var.

NOTÆ

1 *Cæretana* [*Cerretana*] Dicitur a Poëta perna allata ex Cerretanis Hispaniæ populis ad montes Pyrenæos. Athenæus lib. xiv. ‘Convalles montium,’ inquit, ‘tenent Cerretani maxima Hispanorum natio, apud quos excellentes pernae conficiuntur, quæ vel cum Cantabricis de principatu contendunt.’ Turnebus lib. xvi. cap. 18. de hoc Epigrammate et sequenti: Ego putem, inquit, petasonis partem

pernam vocari. Vel Athenæo auctore, cujus hæc verba sunt lib. xiv. Ἐπεὶ δὲ πετασῶνος μέρος ἐκάστῳ κεῖται, ἤν πέρναν καλοῦσι. Scribunt alii *Cæretana*, a Cære oppido Hetruriæ: quod minus placet.

2 *De Menapis*] Qui Mosam fluvium incolebant. Hodie vocantur Geldrenses, Juliacenses, ubi pernae multum etiam nunc laudantur.

LV.

PETASO.

MUSTEUS est : propera, caros nec differ amicos :

Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

Recens est : festina, ne moreris caros amicos : nam siccus petaso mihi non apponatur.

1 Vult de Rooy canos nec d. in annos.

NOTÆ

1 *Musteus*] Recens est et plenus vetulum et durum petasonem. succi; nam, inquit Poëta, non amo

LVI.

VULVA.

TE fortasse magis capiet de virgine porca :

Me materna gravi de sue vulva capit.

Forte tu magis delectaris vulva virginis porcæ : ego delector materna suis gravida.

1 *Capiat* Ms. in marg. ed. Par. 1617. et sic ed. Barb.—2 *Magis* pro *gravi* Ms. Beverl.

NOTÆ

2 *Vulva*] Vide Plinium lib. II. cap. 37. et supra Epig. 44.

LVII.

COLOCASIA.

NILIACUM ridebis olus, lanasque sequaces,

Improba cum morsu fila manique trahes.

Deridebis caulem Ægyptium, et lanas sequaces, cum morsu et manu duces fila mala.

NOTÆ

1 *Niliacum*] Plinius lib. XXI. cap. 15. 'In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyanion vocant aliqui. Hanc a Nilo metunt, caule, cum coccus est, araneoso in mandendo,' &c.

2 *Fila trahes*] Lib. VIII. Epig. 33. 'Lenta minus gracili crescunt colocasia filo.' Hinc constat 'colocasia' esse fœminini generis et neutrius.

LVIII.

JECUR ANSERIS.

ASPICE, quam tumeat magno jecur ansere majus!

Miratus dices, Hoc, rogo, crevit ubi?

Vide quam turgeat jecur majus magno ansere: attonitus dices, Hoc, ubi crevit? quæso.

NOTÆ

1 *Jecur majus*] Fartum scilicet seris albi.' Juven. Sat. v. 'Anseris mulso, lacte, ficis, et carica. Sic Farnabius. Horatius Serm. II. Sat. 8. ante ipsum magni, jecur anseribus par.'
'Pinguibus et ficis pastum jecur an-

LIX.

GLIRES.

TOTA mihi dormitur hyems, et pinguior illo

Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Dormio tota hyeme, et pinguior sum illo tempore, quo nutritior solo somno.

Vide Heins. ad Ov. Ep. XII. 170.

NOTÆ

Glîres] De quibus fuse Plinius lib. VIII. cap. 52. et lib. XXI. cap. ultimo.

LX.

CUNICULUS.

GAUDET in effossis habitare cuniculus antris:

Monstravit tacitas hostibus ille vias.

Cuniculus amat habitare in speluncis effossis: ille ostendit hostibus tacitum iter.

1 *G. inoffensis* Ms. Beverl.

NOTÆ

2 *Monstravit*] 'Aliud genus leporeibus, qui cavernas sub terris fodiunt, ibique conduntur.' Vegetius lib. IV. cap. 24.

LXI.

ATTAGENÆ.

INTER sapes fertur alitum primus
Ionicarum gustus attagenarum.

Gustus Ionicarum Attagenarum dicitur primas tenere inter sapes avium.

//////////

Atag. edd. Ald. Junt. Colin. Farnab. *Ateganæ* ed. Par. 1617.

NOTÆ

Atagenæ] Aves nempe sunt gustui maxime in Ionia nascantur. Vide gratissimæ. Ionicæ dicuntur, quod Plinium lib. x. cap. 49.

LXII.

GALLINA ALTILIS.

PASCITUR et dulci facilis gallina farina,
Pascitur et tenebris: ingeniosa gula est.

Gallina facilis alitur et dulci farina, alitur et obscuritate: gula est ingeniosa.

NOTÆ

Gallina altilis] Ea dicitur quæ domi saginatur farina quidem et tenebris, 'quod motus earum et lux pinguedini inimica.' Varro lib. III. cap. 9. 2 *Ingeniosa gula est*] Plinius lib. x. cap. 50. 'Invenit mille artes viasque deliciarum luxus, et gula.'

LXIII.

CAPO.

NE niais exhausto macresceret inguine gallus,
Amisit testes: nunc mihi Gallus erit.

Ne gallus macer fieret enervatus coitu, castratus fuit; nunc illum existimabo Gallum.

NOTÆ

1 *Ne niais*] Gallus gallinaceus facilius saginatur, postquam castratus est. 2 *Gallus erit*] Hoc est, castratus erit, instar sacerdotum Cybeles, qui Galli dicebantur exsectis virilibus.

LXIV.

IDEM.

SUCCUMBIT sterili frustra gallina marito :
Hanc matris Cybeles esse decebat avem.

Incassum gallina subjacet marito sterili: conveniebat illam esse volucrem matris Cybeles.

NOTÆ

2 *Avem*] Cum maritum haberet Gallum seu castratum.

LXV.

PERDIX.

PONITUR Ausoniis avis hæc rarissima mensis :
Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

Hæc avis rarissima apponitur mensis Italis: frequenter consuevisti hanc comedere in mensis divitum.

2 *Mandare* Ald. Junt. Colin. *Piscina pro laut.* ed. Barb. Vid. Not. Var.

NOTÆ

1 *Rarissima*] Hoc est pretiosissima. magni est pretii.

2 *Hanc in lautorum*] Perdix enim

LXVI.

COLUMBINI.

NE violes teneras perjuro dente columbas,
Tradita si Cnidiae sunt tibi sacra Deæ.

Ne violes columbas teneras præduro dente, si tu doctus es sacra Deæ Cnidiae.

1 *Præduro* antiquitus erat lectum. Vid. Nott. Varr.

NOTÆ

1 *Columbas*] Quæ nempe sacræ enim insula non longe a Caria maxime sunt Veneri Cnidiae Deæ: Cnidos coluit Venerem.

LXVII.

PALUMBUS TORQUATUS.

INGUINA torquati tardant hebetantque palumbi :
Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax.

Palumbi torquati morantur, et retundunt Venerem ; qui vult esse libidinosus, non manducet hanc avem.

Palumbi torquati ed. Barb.

NOTÆ

1 *Torquati*] Sic dicti a signo torquis, quod collo gestant.

LXVIII.

GALBULA.

GALBULA decipitur calamis et refibus ales,
Turget adhuc viridi cum rudis uva mero.

Galbula avis circumvenitur calamis, et laqueis, cum uva rudis adhuc tumet viridi mero.

Galbulæ ed. Barb.—1 *Galbina* cod. Beverl. Videsis Not. Var.

NOTÆ

1 *Galbula*] Quam alio nomine vocat Plinius lib. xxx. cap. 11. 'Avis icterus vocatur a colore,' flavo scilicet, 'quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, et avem mori. Hanc puto Latine vocari Galgulum.' Alii tamen affirmant sanari eos qui comedunt hanc avem, non qui vident.

Calamis] Viscatis nimirum.

2 *Viridi mero*] Hoc est, cum uvæ sunt adhuc immaturæ.

LXIX.

CATTÆ.

PANNONICAS nobis nunquam dedit Umbria cattas :
Mavult hæc domino mittere dona Pudens.

Nunquam Umbria nobis donavit Pannonicas cattas : Pudens mavult mittere domino hæc munera.

Catta edd. Schrevel. Farnab.—2 *Dominæ* duo Palat. et Arond.

NOTÆ

Cattæ] Avis quoddam genus est, in Umbria, ut diximus Epig. 97. lib. VII. Romam misit domino, quem alii sylvestres esse opinantur. Cattas e Domitianum, alii divitem quandam Pannonia missas Pudenti habitanti patronum intelligunt.

LXX.

PAVO.

MIRARIS quoties gemmantes explicat alas,
Et potes hunc sævo tradere, dure, coco ?

Stupes quoties aperit gemmantes alas, et potes, o inhumane, tradere hunc coco crudeli ?

2 *Clune pro dure* Ms. Beverl.

NOTE

2 *Et potes*] Sensus est : Cum tam laniandus : sed gula nec elegantia pulchra spectacula edat pavo explicatis alis, coco sævo tradi non deberet nec venustati parcit.

LXXI.

PHENICOPTERUS.

DAT mihi penna rubens nomen : sed lingua gulosis
Nostra sapit : quid si garrula lingua foret ?

Nomen mihi imponitur a penna rubra : sed nostra lingua sapit helluonibus : quid si lingua esset loquax ?

Ptoricottori Ms. Beverl.

NOTE

1 *Dat mihi*] De Phœnicoptero egimus Epig. 57. lib. III. cujus lingua optima est saporis. grata sit. Forte alludit Poëta ad patinam Clodii Æsopi tragici histrionis refertam linguis avium canorarum. Plinius lib. x. cap. 51.

2 *Quid si garrula*] Cum tacita tam

LXXII.

PHASIANUS.

ARGIVA primum sum transportata carina :
Ante mihi notum nil, nisi Phasis, erat.

Primum sum translata nave Argiva : antea nihil cognoscebam nisi Phasim.

1 *Argoa* cod. Thuan.

NOTE

1 *Argiva carina*] Qua nempe vecti sunt Argonautæ, de quibus jam dictum.

2 *Phasis*] Colchorum fluvius, unde dicti et allati sunt phasiani. Vide Epig. 57. lib. III.

LXXIII.

NUMIDICÆ.

ANSERE Romano quamvis satur Hannibal esset,
Ipse suas nunquam barbarus edit aves.

Licet Hannibal esset expletus ansero Romano, nunquam ipse barbarus comedit suas aves.

NOTÆ

1 *Satur Hannibal*] Dum bellum gessit in Italia pastus est anseribus, et abstinuit se gallinis Numidicis, licet delicatioribus, quia tunc illæ nondum mensis apponebantur, ut aiunt interpretes. De Numidicis dictum Epig. 57. lib. III. Vel potius intellige Numidicas displicuisse Hannibali.

LXXIV.

ANSER.

HÆC servavit avis Tarpeii templa Tonantis.
Miraris? nondum fecerat illa Deus.

Hæc avis custodivit ædes Jovis Tarpeii; mirarisne? nondum exstructæ fuerant a Numine.

1 *Tarpeia* Ms. Beverl.—2 *Ille Deos* id.

NOTÆ

1 *Templa*] Quæ a Gallis obsidentibus expugnata fuissent, nisi anseris clangoribus excitati fuissent vigiles. Livius lib. v. 2 *Nondum fecerat illa*] Domitians qui incensum Capitolium restituit, quod jam alio custode quam Domitiani numine non indiget.

LXXV.

GRUES.

TURBABIS versus, nec litera tota volabit,
Unam perdideris si Palamedis avem.

Turbabis ordines, nec litera integra volabit, si amiseris unam avem Palamedis.

1 *Turbabit* pro *Turb.* et *sonabit* pro *vol.* Ms. Beverl.

NOTÆ

1 *Nec litera tota*] Alii intelligunt T, alii vero Δ: quæ sententia videtur melior. Cicero II. de natura Deorum sic ait: 'Illud vero ab Aristotele animadversum, a quo pleraque, quis potest non mirari? Grues, cum loca

NOTÆ

calidiora petentes maria transmittant, trianguli efficere formam. Ejus autem summo angulo aër ab iis adversus pellitur: deinde sensim ab utroque latere, tanquam remis, ita pennis cursus avium levatur. Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam a puppi ventis adjuvatur,' &c.

His verbis Δ Græcum plane exprimitur. Grues vero Palamedis aves esse dicuntur: ex earum enim volatu quasdam literas didicerat, atque illas homines docuerat Palamedes. Lege Plinium lib. VII. cap. 56. Vide etiam Epig. 14. lib. IX.

LXXVI.

RUSTICULA.

RUSTICA sim, an perdix, quid refert, si sapor idem est?

Carior est perdix: sic sapit illa magis.

Sum perdix rustica: quid interest, si est idem sapor? Perdix carior est: idcirco illa magis sapit.

1 *Sum ed. Farnab. R. sum p. edd. vett. 'Verior mihi videtur lect. Msti Oxon. Rusticula, an perdix.' De Rooy. 'Hæsisti in his, V. C.' ait Vir Doctus in Epistola ad De Rooy, 'neque extricasti tamen: f. vera latet in Thuan. cod. scriptura, Rustica si mansi perdix, quid refert si s. i. e. Bene hæc, sed vs. est heptameter: lego quid si s. i. e. et res in vado erit. Similiter in vs. 2. variat cod. noster, et ab editis deflectit. Hi ita fere, Carior est perdix: sic sapit illa magis. Longe aliter Ms. C. e. p. si s. ista m. Quod nescio quid habet præ altera elegantia.' Monet Beverlandus si esse in suo Ms. et Rusticula an in Vat.*

NOTÆ

1 *Rustica sim]* Rusticam autem dictam putem ad contentionem alterius perdicis, quæ elegantior est. *Raderus.*

mis sapiunt quæ pluris emuntur. Sic Petronius, 'Quicquid quæritis optimum videtur:' et Horatius Sat. 2. lib. II. *Sic, alii nec.*

2 *Sic sapit illa magis]* Hoc est, ni-

LXXVII.

CYCNUS.

DULCIA defecta modulatur carmina lingua

Cantator cygnus funeris ipse sui.

Cygnus ipse cantator suæ mortis canit suaves versus lingua moriente.

1 *Defæta* Ms. Beverl.

NOTÆ

1 *Defæta lingua]* Hoc est, fere destituta vitali motu.

2 *Cantator]* Affirmant multi cygnum morti vicinum canere: quod

negat Plinius lib. x. cap. 22, 'Olorum morte narratur flebilis cantus falso, ut arbitror, aliquot experimentis.'

LXXVIII.

PORPHYRIONES.

NOMEN habet magni volucris tam parva gigantis?

Et nomen Prasini Porphyriionis habet.

Tam exigua avis habet nomen magni gigantis, et habet nomen Prasini Porphyriionis.

1 *Magnæ* Ms. Beverl. et *cicada* pro *gig.*—2 *Purpurionis* Ms. in marg. ed. Par. 1617. Vid. Not. inf.

NOTÆ

Porphyriones] Aves scilicet quibus rostra et prælonga crura rubent, Plinius cap. 46. lib. x.

1 *Magni gigantis*] Qui dictus est Porphyriion. Horatius lib. III. Ode 4. 'Sed quid Typhoëns et validus Mimas Aut quid minaci Porphyriion statu?' &c.

2 *Prasini Porphyriionis*] Alii *purpureonis*, quod idem est, qui nempe fuit auriga Neronis factionis Prasinæ seu viridis. Vide Epig. 48. lib. x. Sensus est: Hanc avem, licet exiguam, habere nomen commune cum magno gigante, et, licet rubram, habere nomen aurigæ factionis viridis.

LXXIX.

MULLUS.

SPIRAT in advecto, sed jam piger, æquore mullus:

Languescit? vivum da mare, fortis erit.

Mullus spirat in unda importata, sed jam iners flaccescit: da mare vivum, erit fortis.

Scriveriani et Arondelianns *Mulli vivi.*—1 *Avecto* Palat. *Adriaco* cod. Beverl. *Advectos* Ms. in marg. ed. Par. 1617. qui habet et *tam* pro *jam*.

NOTÆ

1 *Spirat in advecto*] De mullo sæcit, licet in aqua marina feratur. plus jam dictum, qui captus langues-

LXXX.

MURÆNA.

QUÆ natat in Siculo grandis muræna profundo,

Non valet exustam mergere Sole cutem.

Muræna grandis, quæ natat in mari Siculo, nequit mergere cutem exustam Sole.

NOTÆ

2 *Non valet*] Summa enim aqua in- test curvare se nec immergere. natans sole exurit, nec amplius po-

LXXXI.

RHOMBUS.

QUAMVIS lata gerat patella rhombum :
Rhombus latior est tamen patella.

Licet patella lata gestet rhombum, nihilominus rhombus latior est patella.

NOTE

Rhombus] Piscis scilicet de quo optimum inveniri dicit Plinius cap. fuse agit Juven. Sat. iv. Ravennæ 54. lib. ix.

LXXXII.

OSTREA.

EBRIA Baiano veni modo concha Lucrino :
Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

Paulo ante concha ebria veni ex Lucrino Baiano : nunc luxuriosa sitio garum nobile.

Sillæ Ald. Junt. Colin. in lemmate et in vs. 2.—1 *Tibris* et *Mariscæ* cod. Beverl. *Alit pro amat* vult De Rooy.—2 *Scyllæ* Vat.

NOTE

1 *Ebria*] Hoc est, saturata et pasta Lucrinis adjudicavit.
in lacu Lucrino prope Baias. Macrobius lib. ii. cap. 11. 'Sergius Orata . . . primus optimum saporem ostreis 2 *Nobile garum*] Quo nempe liquamine capta conditur ostrea. De garo infra Epig. 102.

LXXXIII.

SQUILLÆ.

CÆRULEUS nos Liris amat, quem sylva Maricæ
Protegit: hinc squillæ maxima turba sumus.

Diligimur a Liri cæruleo, qui defenditur sylva Maricæ : hinc squillæ sumus maxima turba.

NOTE

1 *Cæruleus Liris*] Fluvius scilicet Campaniæ qui Minturnas alluit. Horatius lib. i. Ode 31. 'Non rura quæ Liris quieta Mordet aqua, taciturnus annis.' Ad illum fluvium est sylva sacra Maricæ nymphæ, illius fluvii accolæ, quæ regi Fauno nupsit. Vide Horatium lib. iii. Ode 17.
2 *Hinc squillæ*] Ex Liri fluvio pisciculi nimirum qui gregatim natant, unde 'maxima turba' dicitur. Vide Plinium lib. ix. cap. 42. Alias 'scilla,' sive 'squilla,' herba bulbo insigni prædita.

LXXXIV.

SCARUS.

Hic Scarus, æquoreis qui venit ebesus ab undis,
Visceribus bonus est: cetera vile sapit.

Hic scarus qui pinguis allatus est ab aquis maritimis habet intestina sapida, cetera vero insipida.

//////////

1 *Adesus* Palat.—2 *Bile* cod. Beverl.

NOTE

1 *Æquoreis*] In piscinis servatus nare.⁷
ingrati est saporis. Plinius cap. 17. 2 *Cetera*] Subaudi κατὰ, Græcorum
lib. IX. ‘Nunc scaro datur principi- more.
patus, qui solus piscium dicitur rumi-

LXXXV.

CORACINUS.

PRINCEPS Niliaci raperis, Coracine, macelli:
Pellææ prior est gloria nulla gulæ.

0 *Coracine princeps Niliaci macelli raperis: nullus honos potior est gulæ Pellææ.*

//////////

1 Sic cod. Thuan, et cod. in marg. ed. Par. 1617. *Niliacis macellis* Ald. Junt. Colin.—2 *Es* cod. Beverl, et cod. in marg. ejusd. ed. Par.

NOTE

1 *Niliaci macelli*] Alii *Niliacis macellis*: Hoc est, nullus piscis delicatior habetur Alexandria, quæ est urbs Ægypti, Pellæa dicta ab Alexandro conditore, qui ipse Pellæus nominatur a Pella urbe Macedonia ubi natus est. Plinius lib. XXXII. ‘Coracini pisces Nilo quidem peculiare sunt: sed nos hæc omnibus terris demonstramus.’
2 *Gloria nulla*] Hoc est, nullius piscis laus tanta est ut gratior sit Alexandrinis.

LXXXVI.

ECHINUS.

ISTE licet digitos testudine pungat acuta,
Cortice deposito mollis echinus erit.

Quamvis iste echinus pungat digitos acuta testa, mollis erit deposito cortice.

NOTE

2 *Cortice deposito*] Hoc est, testa *Mollis*] Hoc est, cibus erit gratus. spinosa deposita.

LXXXVII.

MURICES.

SANGUINE de nostro tinctas, ingratae, lacernas
Induis, et non est hoc satis, esca sumus.

O immemor, induis lacernas imbutas nostro sanguine, et hoc non sufficit, nos comedis.

1 *Bis nost.* vult Heins. ad Ov. F. II. 107.

NOTÆ

1 *Sanguine de nostro*] De murice nitet.
dictum Epig. 23. lib. v. 'Non nisi vel 2 *Esca sumus*] Hoc est, Inter alia
cocco madida vel murice tincta Veste conchyliis mensæ apponimur.

LXXXVIII.

GOBIUS.

IN Venetis sint lauta licet convivia terris,
Principium cœnæ gobius esse solet.

Quamvis sint convivia opipara in terris Venetis, mos est incipere cœnam a gobio.

1 *In variis* Vat. *Pauca pro lauta* Palat.

NOTÆ

1 *In Venetis*] Veneti sunt populi ad mare Adriaticum: in Britannia minore alii sunt populi dicti Veneti, hodie *Vennes*.
2 *Gobius*] Pisciculus, qui in Venetorum lacunis frequens est, ori gratissimus, de quo Galenus lib. III. de alimentorum facultatibus.

LXXXIX.

LUPUS.

LANCEUS Euganei lupus excipit ora Timavi,
Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.

Lanceus lupus excipit ora Timavi Euganei nutritus aquis dulcibus cum æquoreo sale.

1 *Launius Euganius* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Lupus*] Piscis scilicet, de quo sic laudatissimi, qui appellantur lanati, a Plinius lib. IX. cap. 17. 'Luporum candore mollitiaque carnis.'

NOTÆ

Euganei Timari] Fontis nempe, de quo dictum Epig. 25. lib. IV. qui in mare Adriaticum illabitur, ad cujus ostia sunt lupi pisces. De quibus Macrobius lib. III. cap. 16.
 2 *Æquoreo*] Salsa eniui et dulci aqua nutriti lupi erant gratissimi saporis.

XC.

AURATA.

NON omnis laudem pretiumque aurata meretur,
 Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

Non quælibet aurata digna est laude et pretio, sed quæ pascetur sola concha Lucrina.

NOTÆ

Aurata] Macrobius lib. III. cap. 15. 'Sergius Orata cognominatus est, quod ei pisces, qui auratæ vocantur, carissimi fuerint.' Plinius cap. 5. lib. XXXII. 'Venenatum mel diximus ubi nasceretur: auxilio est piscis aurata in cibo.' Conchas Lucrinæ optimi esse saporis diximus Epig. 82. supra, quibus pastas auratas suavissimas affirmat Poëta. Dicitur aurata Græce χρύσοφρυς, quod auri colorem referat ejus caput.

XCI.

ACIPENSIS.

AD Pallatinas acipensem mittite mensas:
 Ambrosias ornent munera rara dapes.

Mittite acipensem ad mensas Palatii, dona infrequentia instruant epulas divinas.

Aldum in titulo legere *Acipenser* et in medio Epigr. *acipensera* notat quidam Annotator in impresso marg. ed. Par. 1617. Nostra Aldina habet *Accipensis* et *accipensem*; Colinæa habet *Accipensis* et, ut servet metrum, *acipensem*.

NOTÆ

1 *Ad Pallatinas*] Hoc est, ad Cæsarium mensas.

Acipensem] De quo Macrobius lib. III. cap. 16. 'Nec acipenser, quem maria prodigis nutriunt, illius sæculi delicias evasit,' &c. Dicitur acipenser, et acipensis, quem aliqui eundem esse cum helope, quod his verbis negat Plinius lib. XXXII. cap. 11. 'Helopem quoque dicit esse nostris incognitum undis: ex quo apparet falli eos

qui eundem acipenserem existimaverunt,' &c.

2 *Ambrosias*] Hoc est, divinas dapes Cæsarium, quasi Deorum.

Munera rara] Plinius lib. IX. cap. 17. 'Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, unus omnium squamis ad os versis, contra aquam nando meat: nullo nunc in honore est: quod quidem miror, cum sit rarus inventus.'

XCII.

LEPUS.

INTER aves turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes mattea prima lepus.

Turdus inter volucres tenet principatum, lepus vero inter quadrupedes, si quis contendat me arbitro.

1 *Si quod certum est* Palat. *Si quid certum est* ed. Par. 1617. et Barb. *Certum est* esse in suo Ms. notat Beverlandus.—2 ‘Lud. Cælius olim, post Gruterus e Mss. rectius *Mattea*, Bodleian. Ms. *bestia*.’ Schrevel. ‘In Ms. legebatur *athica*, vocis vicinia cum *Mattya* conspirante. *Mattya* pro deliciis accipi videtur.’ *Murg. ed. Par. 1617.* ‘*Mutea* Thuan. cod. *bestia* Vat.’ *Beverl. Mattya* ed. Maitt. *Gloria* edd. vett. et Farnab. et Barb.

NOTE

2 *Mattea* [*gloria*] Alii *mattya*, quæ dis jam sæpius dictum: de lepore vox significat cupedia: Epig. 59. lib. vero lib. v. Epig. 29. x. ‘Sed te *mattya* sola juvat.’ De tur-

XCIII.

APER.

QUI Diomedæis metuendus setiger agris
Ætola cecidit cuspidè, talis erat.

Similis erat, qui setiger timendus agris Diomedæis interfectus est telo Meleagri Ætoli.

2 *Ætolia* cod. Beverl.

NOTE

1 *Diomedæis*] Hoc est, Ætoliæ ar- 2 *Ætola cuspidè*] Meleagri, de quo vis, quorum incola fuit Diomedes, de Epig. 15. lib. Spect. quo Homerus Iliad. 2.

XCIV.

DAMÆ.

DENTE timentur apri; defendunt cornua cervos:
Imbelles damæ quid, nisi præda, sumus?

Aper metuitur propter dentem, cornua tuentur cervum: ignavæ damæ, quid sumus præter prædam?

Dammæ Ald. Junt. Colin.—1 *Cervum* edd. vett. et Delph. *Tuuros* ed. Barb. *Taurum* alios legere monet editor Delph.

NOTE

2 *Imbelles damæ*] Quæ sola pedum velocitate se a canibus defendere possunt.

XCV.

O R Y X.

MATUTINARUM non ultima præda ferarum
 Sævus oryx, constat quot mihi morte canum ?

Canum morte emo ferum orygem, non ultimam prædam ferarum matutinarum.

2 *Erix* cod. Beverl. *Quod* cod. in marg. ed. Par. 1617. et sic Ald. Junt. Colin. *Qui* ead. ed. Par.

NOTE

1 *Matutinarum*] Seneca Epist. 7. lib. I. 'Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis obiectebantur.' Diximus jam Epig. 25. lib. x. homines mane pugnasse cum feris.

2 *Sævus oryx*] Plinius lib. II. cap. 40. 'Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus (caniculæ) contra stare, et contueri tradit, ac vel-

ut adorare cum sternuerit.' Cap. 46. lib. XI. 'Unicorne bisulcum oryx.' Vide Ælian. lib. VII. cap. 8.

Constat quot [qui] Alii constat quot, &c.? Hæc lectio non displicet. Sensus est: In venatione matutina, quæ nempe dabatur in amphitheatro, oryx captus vel interfectus multos canes prius interfecit.

XCVI.

C E R V U S.

Hic erat ille tuo domitus, Cyparisse, capistro :
 An magis iste tuus, Silvia, cervus erat ?

O Cyparisse, hic erat ille domitus tuo frano: an potius, o Silvia, iste cervus erat tuus?

2 *Silvia certus* Ms. Beverl.

NOTE

2 *Cervus*] Similis illi quem domnerat Cyparissus, de quo Ovidius lib. x. Met. 'Sed tamen ante alios Cææ pulcherrime gentis Gratus erat, Cyparisse, tibi: tu pabula cervum Ad

nova, tu liquidi ducebas fontis ad undas,' &c. Vel similior illi quem causam belli fuisse dicit Virgilius Æneid. VII.

XCVII.

L A L I S I O.

CUM tener est onager, solaque lalisio matre
 Pascitur: hoc infans, sed breve nomen habet.

Cum onager tener est, et lalisio nutritur solo lacte matris, sic infans vocatur, sed brevi tempore,

1 *Dum* Ms. Beverl.—2 *Hic id.* Distinguere ita vult de Rooy, *hoc infans, sed breve, nomen habet.*

NOTE

1 *Onager*] Sylvestris asinus de quo Plinius lib. VIII. cap. 41. 'Onagro et asina genitus omnes antecellit. Onagri in Phrygia et Lycaonia præcipui. Pullis eorum ceu præstantibus sa-
pore Africa gloriatur, quos lalisiones appellant.'
2 *Sed breve nomen*] Statim atque lalisio a lacte depellitur, vocatur onager.

XCVIII.

DORCÆS.

DELICIUM parvo donabis dorcada nato:
Jactatis solet hanc mittere turba togis.

Dabis dorcadu delectamentum parvo filio: populus consuevit hanc mittere jactatis togis.



1 *Dulichium* Vat.—2 *Curga rogis* Ms. Beverl.

NOTE

1 *Delicium*] A pueris enim tractari se patiuntur dorcades. signo vestis jactatæ sinu, ut et ab Ovidio lib. III. Amorum Elegia 2.
2 *Jactatis*] Turnebus lib. XXV. cap. 28. sic explicat: Suspicio hujus distichi sententiam esse, dorcada in arenam mitti, dato a Quiritibus scribitur: 'Favimus ignavo: sed eum revocate Quirites: Et date jactatis undique signa togis.'

XCIX.

CAPREÆ.

PENDENTEM summa capream de rupe videbis:
Casuram speres, despicit illa canes.

Spectabis capream suspensam ex cacumine saxi: speres casuram, illa fallit canes.



2 'Gruterus e Mss. *desp.* melius.' Schrevel. Sic cod. Beverl. At *decipit* edd. vett. et Farnab. et Barb.

NOTE

2 *Desp.* [*Decipit illa canes*] Qui illam casuram sperant.

C.

ONAGER.

PULCHER adest onager: mitti venatio debet
Dentis Erythræi: jam removete sinus.

Formosus onager adest: relinquenda est venatio elephanti Erythræi; jam auferete retia.

2 Vid. Not. inf.

NOTÆ

1 *Onager*] De quo supra Epig. 97. phantorum, qui sunt ad mare Eryth-
Mitti] Quia scilicet pulchrius est ræum seu Rubrum. Legunt alii *Gen-*
onagrorum pugnantium quam ele- *tis Erythrææ*: quod in eundem sen-
phantorum spectaculum. Alii sic in- *sum* recidit.
telligunt immittendos in arenam ele- *Removete sinus*] Hoc est, retia, qui-
phantos cum onagris pugnaturus. Vi- *bus non erat opus ad venationem ona-*
deat lector. *grorum.*

2 *Dentis Erythræi*] Hoc est, ele-

CI.

OLEUM VENAFRANUM.

Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri
Unguentum, quoties sumis, et istud olet.

Hoc tibi expressum est ex bacca Venafri Campani: quoties accipis, et istud fragrat unguentum.

Hoc Epigr. post Ep. 97. ponitur in edd. vett. et Delph. et Barb.

NOTÆ

1 *Hoc tibi*] De Venafro Campaniæ h. oliva.
agro, ubi præstantissimæ sunt olivæ, 2 *Sumis*] Ad unguendum corpus.
egimus jam Epig. 64. lib. XI. *Bacca,*

CII.

GARUM SOCIORUM.

EXPIRANTIS adhuc scombri de sanguine primo,
Accipe fastosum munera cara garum.

Accipe fæcosum garum dona pretiosa ex primo sanguine scombri palpitantis adhuc.

G. scombrorum ed. Par. 1617. et Farnab. et Barb. Consulantur Not. Var. Nostra lect. est in Ms. Beverl.—1 *Prono* Ms. Beverl.—2 Sic codd. Thuan. et Vat. et Ms. in marg. ed. Par. 1617. *Fæcosum* Ald. Junt. Colin. Farnab. Adi Not. Var.

NOTE

Garum soci. [*scombrorum*] Plinius lib. xxxi. cap. 7. et 8. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garon vocavere, intestinis piscium, ceterisque quæ abjicienda essent sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Græci garon vocabant. Nunc e scombro pisce laudatissimum in Carthaginis spartariæ ceteriis: sociorum id appellatur. Singulis millibus nummum permittantibus con-

gios pæne binos, &c. Alii legunt *Garum sociorum*, et forte melius secundum Plinii verba, Hispanorum scilicet: nova enim Carthago est in Hispania Tarraconensi: et supra Epig. 40. 'Hesperius scombri temperet ova liquor.'

2 *Fasto.* [*Fæcosum*] Legunt alii *fastosum*, quia scilicet munus erat, et quidem divitibus dignum. Videat lector.

CIII.

MURIA.

ANTIPOLITANI, fateor, sum filia thynni:

Essem si scombri, non tibi missa forem.

Fateor, sum filia thynni Antipolitani: si essem scombri, ad te non mitterer.

//////////

Amphora muria Cujac. et Scriv. et Arond. et sic ed. Barb. quæ amat suas partes sola sustinere, et ab aliis edd. discrepare.

NOTE

Muria] Liguaminis genus quod ex thynnis piscibus conficiebatur. Antipolis, hodie *Antibe*, urbs est Gallia Narbonensis, unde thynni offereban-

tur.

2 *Essem si*] Hoc est, Si essem garum, de quo supra, non ad te pauperem, sed ad divitem mitterer.

CIV.

MEL ATTICUM.

Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti

Pallados a sylvis nobile nectar apis.

Apis populatrix Hymetti Thesei ad te mittit hoc præstans nectar ex sylvis Pallados.

NOTE

1 *Thesei Hymetti*] Montis in Attica, sic dicti a Theseo Atheniensi.

præsides Pallas.

2 *Pallados a sylvis*] Atticæ enim

Nobile nectar] Hoc est, mel Atticum omnium præstantissimum.

CV.

FAVI SICULI.

CUM dederis Siculos mediis de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu licet esse favos.

Cum donaveris favos Siculos e mediis collibus Hyblæ, licet cognominare Atticos.

1 *Siculis mediæ* cod. in marg. ed. Par. 1617. et cod. Beverl.

NOTE

1 *Hyblæ*] Montis in Sicilia, cujus 2 *Cecropios*] Atticos: Cecrops enim
melli dat secundas, immo et æque no- Athenis regnavit.
bile ac mel Atticum, dicit Poëta.

CVI.

PASSUM.

GNOSSIA Minoæ genuit vindemia Cretæ
Hoc tibi, quod mulsum pauperis esse solet.

Cnossia vindemia Cretæ Minoæ produxit hoc tibi, quod solet esse mulsum inopis.

NOTE

Passum] Plinius lib. XIV. cap. 9. sole uvis adustis, aut fervente oleo,
'Passum a Cretico Cilicium probatur &c.
et Africanum, et in Italia provinciisque 1 *Gnossia*] Hoc est, Cretensis:
finitimis. Fieri certum est ex uva, Gnossus vel Cnossus urbs est Cretæ.
quam Græci Sticam vocant, nos Api- De mulso infra Epig. 108.
auam. Item scirpula, diutius in vite

CVII.

PICATUM VINUM.

HÆC de vitifera venisse picata Vienna
Ne dubites: misit Romulus ipse mihi.

Ne ambigas hæc picata allata esse Vienna vitifera: Romulus ipse misit mihi.

NOTE

Picatum vinum] Plinius lib. XIV. que et Helvico generibus non pridem
cap. 1. 'Jam inventa vitis per se in illustrata. Atque hæc Virgilii vatis
vino picem resipiens, Viennensem a- ætate incognita, a cujus obitu nona-
grum nobilitans, Arverno, Sequauo- ginta aguntur anni.'

NOTÆ

1 *Vienna*] Urbs est in Delphinatu ad Rhodanum, hodie *Vienna*.

2 *Misit Romulus*] Si *Vienna* *Allobrogum* ex *Narbonensi* provincia sunt allata hæc picata, ut ex *Plinio* doctum, quomodo *Romulus* ipse misit? An idem in *Italia* postea natum, satum vel illatum? Nam *Romulus* pro

Italico ponitur haud dubie. *Raderus*. Picatum hoc vinum in ipsa urbe *Roma* factum arte ex picis fluxu ita picis gratiam olet, ut dubites an nativum sit picatum a *Vienna* *Allobrogum*. *Farnabius*. Forte melius intelliges mercatorem *Viennensem* dictum *Romulum* et quidem celebrem.

CVIII.

MULSUM.

ATTICA nectareum turbatis mella Falernum:
Misceri decet hoc a Ganymede merum.

O mella Attica, turbatis Falernum nectareum: par est hoc merum porrigi a Ganymede.

NOTÆ

1 *Falernum*] Vinum generosissimum. *Plinius* lib. XXI. cap. 24. 'Semper mulsum ex vetere vino utilissimum, facillimeque cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam evenit.'

2 *Misceri*] Hoc est, subministrari, *Jovi* nempe. Lib. VI. Epig. 78. 'Misceri sibi protinus deunces, Sed crebros jubet,' &c. Vide etiam lib. VIII. Epig. 6.

CIX.

ALBANUM.

Hoc de Cæsareis mitis vindemia cellis
Misit, Iuleo quæ sibi monte placet.

Dulcis vindemia misit hoc ex Cæsareis cellis, quæ gloriatur monte Iuleo.

1 *Mittis* cod. *Beverl.* Indubie hinc sequitur esse vera quæ olim diximus de hoc cod.—2 *Iuleto* cod. *Thuan.*

NOTÆ

Albanum] *Plinius* lib. XIV. cap. 6. 'Albana,' vina, 'urbi vicina prædulcia ac rara in austero.' *Juven.* Sat. XIII. 210. 'Albani veteris pretiosa senectus Dispicet,' &c.

1 *De Cæsareis cellis*] Hoc est, de monte *Albano*, in quem secedere solebat *Cæsar Domitianus*, ut jam sæpius dictum. Dicitur 'Iuleus' ab *Iulo Æneæ* filio, *Albæ* conditore.

CX.

SURRENTINUM.

SURRENTINA bibis? nec myrrhina picta, nec aurum
Sume: dabunt calices hæc tibi vina suos.

Potas Surrentina, nec accipe murrhina picta, nec aurum: hæc vina suppeditabunt tibi sua pocula.

NOTÆ

1 *Surrentina*] Plinius lib. XIV. cap. 6. 'Item Surrentina in vineis tantum nascentia, convalescentibus maxime probata, propter tenuitatem salubritatemque. Tiberius Cæsar dicebat consensisse medicos, ut nobilitatem Surrentino darent: alioquin esse generosum acetum. C. Cæsar, qui suc-

cessit illi, nobilem vappam.'

Nec myrrhina] Hoc est, pocula Surrentina, fictilia nempe, idonea sunt ad bibendum vinum Surrentinum, nec opus est myrrhinis nec aureis calicibus, de quibus lib. XIV. Epig. 113. Surrentum vero urbs est Picentinarum, non longe ab urbe Neapoli.

CXI.

FALERNUM.

DE SINUESSANIS venerunt Massica prælis:
Condita quo quæris consule? nullus erat.

Massica allata sunt ex prælis Sinuessanis. Rogas quo consule fuerint condita? Nullus erat.

NOTÆ

1 *De Sinuessanis*] Plinius lib. III. cap. 5. 'Oppidum Sinuessa extremum in adjecto Latio, quam quidam Sinopen dixere vocitatum.' Idem Plinius lib. XIV. cap. 6. 'Falernus ager a ponte Campano læva petentibus urbanam coloniam Syllanam nuper Capuæ contributam incipit.' Idem Plinius lib. III. cap. 5. Massicos mon-

tes a Falernis distinguit: 'His junguntur Falerni, Caleni. Dein consurgunt Massici, Gaurani, Surrentinique montes.' Poëta tamen vinum Falernum a Massico non distinguit, quod sane esset æque generosum.

2 *Nullus erat*] Sic hyperbolicus inquit Poëta vetustissima esse hæc vina Massica.

CXII.

SETINUM.

PENDULA Pomptinos quæ spectat Setia campos,
Exigua vetulos misit ab urbe cados.

Pendula Setia, quæ aspicit agros Pontinos, misit ab urbe parva cados seniores.

1 Sic cod. in marg. ed. Par. 1617. *Pontinos* edd. vett. *Pontinos* ed. Farnab. *Pompilios* Ms. Beverl. *Vinea* pro *Setia* id. codex.

NOTÆ

1 *Pendula Setia*] Lib. x. Epig. 74. Plinius lib. xiv. cap. 6. 'Divus Augustus Setinum prætulit cunctis: nascitur supra forum Appii.'
 'Nec quæ paludes delicata Pomptinas
 Ex arce clivi spectat uva Setini.'

CXIII.

FUNDANUM.

HÆC Fundana tulit felix autumnus Opimî :
 Expressit mustum consul, et ipse bibit.

Beatus autumnus Opimii produxit hæc Fundana: consul expressit mulsum, et ipse hausit.

2 Sic Ms. Beverl. *Mulsum* edd. vett.

NOTÆ

1 *Fundana*] Vinea scilicet a Fundis oppido Campaniæ sic dicta. Plinius lib. xiv. cap. 6. 'In vineis arbustisque nascuntur Fundana.'

Felix autumnus] Plinius lib. xiv. cap. 14. 'Apothecas fuisse et diffundi solita vinea anno 633. urbis apparet, indubitato Opimiani vini argumento, jam intelligente suum bonum Italia.' Vide lib. i. Epig. 27. 'Testa sed anti-

qui felix siccatur Opimî.'

2 *Expressit mustum* [*mulsum*] Hoc est, vinum tam dulce, ut mulso non esset inferius. Legunt alii *mustum*, hoc est, vinum decoctum et diffusum, vel vinum recens intellige.

Ipse bibit] Lans vini est, quod eo anno quo expressum, esset jam mulsum: hoc est, mulsum videretur. Domitius.

CXIV.

TRIFOLINUM.

NON sum de primo, fateor, Trifolina Lyæo,
 Inter vinea tamen septima vitis ero.

Ego trifolina non exprimo vinum præstantius: nihilominus ero vitis septima inter vinea.

2 Monet Schrevelius Palatinum legere *lautis* ero.

NOTÆ

1 *Trifolina*] Plinius lib. xiv. cap. 6. 'Campania nuper excitavit novis nominibus auctoritatem, sive cura, sive casu, ad quartum a Neapoli lapidem Trebellicis, juxta Capuam Caulinis, et in suo agro Trebulanis, alioqui sem-

per plebeia, et Trifolinis gloriata.'

Lyæo] Lyæus est Bacchus qui pro vino sumitur.

2 *Septima*] Supra sex vini species enumeravit Poëta: jam Trifolino dat septimum locum.

CXV.

CÆCUBUM.

CÆCUBA Fundanis generosa coquuntur Amyclis :
Vitis et in media nata palude virescit.

Cæcuba præstantia coquuntur Fundanis Amyclis, et vitis nata in media palude virescit.

1 *Coluntur* Ms. Beverl. Vid. Var. Not.

NOTÆ

1 *Cæcuba*] Quorum mentionem facit Horatius lib. 1. Ode 37. lib. 11. Ode 14. et pluribus aliis locis. Plinius lib. XIV. cap. 6. 'Antea Cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis, sinu Amyclano,' &c. Terracinam inter et Caietam. Aliæ sunt Amyclæ in Laconia, de quibus lib. IX. Epig. 74. De Amyclis Italiæ Plinius lib. VIII. cap. 29. In Italia Amyclæ a serpentibus deletæ.

CXVI.

SIGNINUM.

POTABIS liquidum Signina morantia ventrem :
Ne nimium sistant, sit tibi parca sitis.

Bibes Signina sistentia alcum solutam : ne nimium morentur, habeas sitim moderatam.

2 *Ne tanti* cod. in marg. ed. Par. 1617. *N. n. sitias* : adi Var. Not.

NOTÆ

1 *Signina*] Plinius lib. XIV. cap. 6. 'Nam quod Signiæ nascitur, austeritate nimia continendæ utile alvo, inter medicamina numeratur.' Signia autem urbs Latii hodie *Segna*, seu *Segni*.

CXVII.

MAMERTINUM.

AMPHORA Nestorea tibi Mamertina senecta
Si detur, quodvis nomen habere potest.

Si amphora Mamertina Nestorea senectute tibi donetur, potest habere nomen quodlibet.

1 *Manestina* cod. Beverl. et vs. 2. *potes*.

NOTE

- Mamertinum*] Plinius lib. xiv. cap. 6. 'Quartum curriculum publicis e- pulis obtinere a Divo Julio (is enim primus auctoritatem his tribuit, ut in epistolis ejus apparet) Mamertina, circa Messanam in Sicilia genita.'
- 1 *Nestorea senecta*] Hoc est, Ma-
mertina vetustissima.
- 2 *Quodvis nomen*] Hoc est, vel Fa- lernum, vel Setinum, vel Cæcubum, &c. nominari potest, his enim vini speciebus æquiparari potest. Vide lib. i. Epig. 106.

CXVIII.

TARRACONENSE.

TARRACO, Campano tantum cessura Lyæo,
Hæc genuit Tuscis æmula vina cadis.

*Tarraco produxit hæc vina æmula vino Tusco, primas datura duntaxat vino Cam-
pano.*

1 *Solum pro tantum* cod. Beverl.

NOTE

- 1 *Tarraco*] Civitas Hispaniæ nobi-
lis, hodie *Tarragona*, ubi vinum erat
tam egregium, ut præter Campaniæ
vina, de quibus supra, cum aliis Ita-
liæ vinis comparari posset. Vide
Plinium lib. xiv. cap. 6.

CXIX.

NOMENTANUM.

NOMENTANA meum tibi dat vindemia Bacchum:
Si te Quintus amat, commodiora bibes.

*Nomentana vindemia offert tibi meum vinum: Si es amicus Quincti, potabis me-
liora.*

NOTE

- 1 *Nomentana*] De vitibus Nomen-
tanis agit Plinius lib. xiv. cap. 2. De
agro suo Nomentano egit Poëta lib. i.
Epig. 106. lib. vii. Epig. 93. Ex quo
constat, juxta Nomentanum Martialis
agrum Quintum villam habuisse,
ubi vinum præstantius erat, quod dili-
gentius agrum coleret Quintus.

CXX.

SPOLETINUM.

DE Spoletinis quæ sunt cariosa lagenis
Malueris, quam si musta Falerna bibas.

*Rugosæ lagenæ vini Spoletini plus tibi placuerint, quam si potes musta Fa-
lerna.*

2 Legend. ex vet. codice *mista* notat Flosculus.

NOTÆ

Spoletinum] In Umbria populi sunt Spoletini, hodie *Spoletto*, unde vinum allatum a vetustate commendat Poëta: nec minus esse dulce ait quam Falernum recens expressum vel decoctum. Plinius lib. xiv. cap. 19.

‘Decoquitur [mustum] ut dulcescat portione virium, nec durare ultra annum spatium tale proditur. Aliquibus in locis decoquunt ad sapis musta, infusisque his ferociam frangunt.’

CXXI.

PELIGNUM.

MARSICA Peligni mittunt turbata coloni:

Non tu, libertus sed bibat illa tuus.

Peligni coloni mittunt Marsica turbata. Non tu, sed libertus tuus potet illa.

1 Sic legi jubet Flosculus, et sic dat cod. in marg. ed. Par. 1617. At *Massica* edd. vett. *Mittit orbata* Ms. Beverl. Vides, Lector, quantis rationibus evincatur lectt. quas Manuscripto Beverl. tribuimus, ab illo fonte, nec a Beverlandi ipsius ingenio, re vera profuere.

NOTÆ

1 *Marsica*] Marsi Pelignis sunt vicini: partem faciunt regionis illius quæ dicitur *Abruzze ultericure*. Legunt alii *Massica*, male; longe enim a Pelignis distant Massici montes. Vide Epig. 111. supra.

2 *Non tu*] Nimis enim austera sunt vina Marsica.

CXXII.

ACETUM.

AMPHORA Niliaci non sit tibi vilis aceti:

Esset cum vinum, vilior illa fuit.

Ne contemnas amphoram aceti Niliaci: illa fuit magis contemnenda, cum esset vinum.

2 *Vini* cod. in marg. ed. Par. 1617. et sic alios legere monet Schrevel.

NOTE

1 *Amphora Niliaci*] Acetum ex vino vinum ex quo fit. Juvenalis Sat. XIII. ‘Pharioque madentis aceto.’

CXXIII.

MASSILIANUM.

CUM tua centenos expugnet sportula cives,
Fumca Massiliæ ponere vina potes.

Cum tua sportula tibi conciliet centum cives, potes apponere vina infumata Massiliæ.

Massilitan. cod. Thuan. edd. Farnab. Schrevel.

NOTE

1 *Cum tua*] Hoc est, cum sis tam dives ut centum clientes alere possis, cur convivis apponis vinum Massilianum vile et infumatum? Vide lib. x. Epig. 36. Sic interpretantur qui legunt cum interrogazione. Sed potes ita explicare: Cum habeas centum clientes, quos alis, appone ipsis vinum ingratum vilis pretii.

CXXIV.

CÆRETANUM.

CÆRETANA Nepos ponat, Setina putabis.
Non ponit turbæ, cum tribus illa bibit.

Nepos apponat Cæretana, existimabis Setina: non apponit illa turbæ, potat cum tribus amicis.

NOTE

Cæretanum] Cære urbs est Tusciæ de qua Epig. 54. supra, ejus vinum laudat, et cum Setino comparat, de quo Epig. 112. supra. Nepotis sui amici jam mentionem fecit Poëta lib. x. Epig. 48. *Cære*, hodie *Cervetere*, in regione patrimonii D. Petri. Vide Epist. 54. supra.

2 *Non ponit turbæ*] Sed nobile illud vinum bibit cum intimis suis amicis.

CXXV.

TARENTINUM.

NOBILIS et lanis, et felix vitibus Aulon,
Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.

Aulon et celebris lanis, et beatus vitibus, donet tibi pretiosa vellera, mihi vina.

T. rinum edd. vett.

NOTÆ

Tarentinum] Plinius lib. xiv. cap. 6. 'Verum et longinquiora Italiæ ab Ausonio mari non carent gloria, Tarentina, et Servitiana,' &c. Et eodem lib. cap. 3. 'Necnon Tarentinum genus aliqui fecere, prædulci uva.' Lib. vero viii. cap. 48. agit de lanis Tarentinis.

1 *Aulon*] Urbs est in ora occiden-

tali Macedonia, teste Ferrario referente hunc versum Martialis. 'Aulon' tamen sen 'Canlon' ab eodem dicitur oppidum Magnæ Græciæ, hodie *Castelvetere*, in ora Calabriae ulteriori, juxta promontorium Cocynthum. De hoc oppido loqui videtur Poëta.

CXXVI.

UNGUENTUM.

UNGUENTUM hæredi nunquam, nec vina relinquant.

Ille habeat nummos: hæc tibi tota dato.

Nunquam relinquant hæredi unguentum, nec vina. Ille consequatur nummos, tu consume hæc tota.

Lemma deficit in ed. Barb.—1 *Vel pro nec* Ms. Beverl.

NOTÆ

1 *Nec vina relinquant*] Idem dixit Epig. 77. lib. vi. Epig. 27. Vide etiam lib. viii.

CXXVII.

CORONA ROSEA.

DAT festinatas, Cæsar, tibi bruma coronas:

Quondam veris erat, nunc tua facta rosa est.

Cæsar, bruma tibi producit coronas præmaturas. Olim rosa nascebatur vere, nunc nascitur tuo jussu.

2 *Erant* edd. vett. et Delph. et Farnab. 'Palat. recte erat, ut ad rosam referatur.' Schrevel.

NOTÆ

1 *Bruma*] Solstitium hybernium intelli- g. tiani hyeme nasci assentatorie dicit Poëta. Vide lib. vi. Epig. 80. ubi de rosis hybernis quas in gratiam Domi-

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATUM

LIBER XIV.

CUI APOPHORETA* INDITUM NOMEN.

I.

AD LECTOREM.

SYNTHESISIBUS dum gaudet eques, dominusque senatus,
Dumque decent nostrum pilea sumta Jovem :

Dum syntheses placent equiti, et domino senatui, et dum noster Jupiter decore

//////////

Aphoreta habet Ms. Beverl. *Ad Lectorem* addit ed. Barb.—1 *Dominis*.

NOTÆ

* *Aphoreta*] Quæ sic explicat Turnebus cap. 23. lib. ix. Ego, inquit, eo nomine existimo significari munera, quæ convivis dantur, ut ea domum referant, unde et nomen adepta sunt, scilicet ab ἀποφέρω. Epig. 1. Poëta videtur sic accipere apophoreta: 'Præmia convivæ det sua quisque suo.' Suetonius in Vespasiano cap. 19. 'Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita et Kal. Mart.' &c.

1 *Synthesibus*] Bayfius de Re Vestitaria cap. 10. Saturnalibus, inquit, per quinque dies S. P. Q. R. togas

reponebant, et syntheses utebantur, et erant viliores vestes. Infra Epig. 14. 'Dum toga per quinque gaudet requiescere luces, Hos poteris cultus sumere jure tuo.' Erat synthesis vestis cœnatoria; lib. 11. Epig. 46. et lib. v. Epig. 79. 'Undecies una surrexti, Zoile, cœna; Et mutata tibi est synthesis undecies.' Si fuisset vilior vestis, ut ait Bayfius, quid illam ostentasset Zoilus? Verum Saturnaliorum tempore syntheses utebantur Equites et Senatores, quod tunc continua convivia agerent. Alii, *dominisque Senatus*, servis sci-

Nec timet ædilem moto spectare fritillo,

Cum videat gelidos jam prope verna lacus :

Divitis alternas, et pauperis accipe sortes :

5

Præmia convivæ det sua quisque suo.

Sunt apinæ, tricæque, et si quid vilis istis.

Quis nescit ? vel quis tam manifesta negat ?

Sed quid agam potius madidis, Saturne, diebus,

Quos tibi pro cælo filius ipse dedit ?

10

Vis scribam Thebas, Trojamque, malasque Mycenæ ?

Lude, inquis, nucibus : perdere nolo nuces.

Quo vis cumque loco, potes hunc finire libellum :

Versibus explicitum est omne duobus opus.

gestat pileum, nec verna metuit aspicere ædilem agitato fritillo, cum jam prope spectet frigidus lacus : disce sortes alternas locupletis atque egeni : quisque largiatur suo convivæ sua munera. Sunt nugæ, et ineptiæ, et si quid vilis istis. Quis ignorat, vel quis inficiatur rem tam evidentem ? At, o Saturne, quid melius faciam temulentis diebus, quos tibi concessit filius ipse pro cælo ? Placetne scribam casus Thebarum, et Trojæ, et improbarum Mycenarum ? Lude nucibus, ais : nolo amittere nuces. Quocumque loco potes absolvere hunc librum, omne hoc opus absolutum est duobus carminibus.

//////////

Vid. Var. Not.—4 *Tam* Ms. Beverl. edd. Farnab. Schrevel. Maïtt. Barb.—13 *Quiscumque foco putet* Ms. Beverl.

NOTE

licet, quibus tunc serviebant Senatores, et alii domini.

2 *Dumque decent nostrum*] Hoc est, Domitiauum, quem sæpius Jovem appellavit. Vide lib. xiii. Epig. 4. Saturnalibus vero pileati incedebant Romani; lib. xi. Epig. 6. 'Permittis, puto, pileata Roma.'

3 *Nec timet ædilem*] Vide lib. v. Epig. 84. Præteritis enim Saturnalibus ab ædilibus castigabantur aleatores. De fritillo dictum lib. iv. Epig. 14.

4 *Cum videat gelidos*] Hoc est, cum sentiat adesse frigus, quo lacus gelu constringuntur.

5 *Divitis alternas*] Hunc versum sic explicat Turnebus lib. ix. cap. 23. Quod nempe in hoc libro missa pau-

perum et divitum munera vicissim contineantur, quod si interdum, inquit, plura lemmata unius sortis continentur : subjiciuntur tamen diversa, alternanturque divitum et pauperum sortes.

7 *Sunt apinæ*] Sic respondet lector. De apinis vero lib. i. Epig. 114.

8 *Quis nescit*] Hoc lectori subjicit Poëta.

10 *Pro cælo*] E cælo nempe Saturnus a Jove filio ejectus fuit. Hæc fabula satis nota.

11 *Vis scribam Thebas*] Bellum Thebanum, Trojanum, aut raptam Helenam, expeditionemque Agamemnonis, qui rex Mycenarum fuit; quas vocat malas propter scelera illic a Pelopidis commissa.

II.

APOPHORETA.

LEMMATA si quæris cur sint ascripta, docebo :

Ut, si malueris, lemmata sola legas.

Si rogas cur tituli sint ascripti, dicam: ut legas solos titulos, si libuerit.

//////////

Duos postremos versus primi Epigr. transfert ed. Barb. ad hoc secundum, cui dat titulum *Ad eundem*.

NOTE

Apophoreta] Vide supra. Hinc constat XIII. et XIV. saltem libri lemmata seu argumenta esse ipsius Martialis. Hoc distichum aliqui non separant a primo Epig.

III.

PUGILLARES CITREI.

SECTA nisi in tenues essemus ligna tabellas,

Essemus Libyci nobile dentis onus.

Nisi essemus ligna divisa in tenues laminas, essemus onus præstans dentis eburnei.

NOTE

Pugillares] Gallice *tablettes a écrire*. essemus fultæ eburneis pedibus; lib. II. Epig. 43. 'Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbcs.'
Vide lib. VII. Epig. 53.
2 *Essemus*] Hoc est: Mensæ citreæ

IV.

QUINCUPLICES.

CÆDE juvencorum domini calet area felix,

Quincuplici cera cum datur auctus honor.

Beata altaria domini calent tauris immolatis, cum summus honor defertur quincuplici cera.

NOTE

1 *Domini*] Domitiani scilicet, ut Epig. 4.
lib. v. Epig. 8. 'Edictum domini, Deique nostri,' in cuius honorem immolabantur hostiæ, cum aut consularatus aut triumphus illi esset decretus. Vide lib. VIII. Epig. 15. et
2 *Quincuplici cera*] Id est: Denuntiatur honor hoc genere pugillarum: quincuplices vero dicuntur a quinque foliis.

V.

PUGILLARES EBOREI.

LANGUIDA ne tristes obscurent lumina ceræ,
Nigra tibi niveum litera pingat ebur.

Ne ceræ mæstæ officiant oculis debilitatis, ebur candidum pingatur litera atra.

P. eburnei edd. vett. et Delph. et Maitt.

NOTÆ

2 *Nigra tibi*] Literæ quippe nigræ in albo inscriptæ facilius leguntur.

VI.

TRIPLICES.

TUNC triplices nostros non vilia dona putabis,
Cum se venturam scribet amica tibi.

Cum amica ad te scribit se affuturum, tunc non existimabis triplicēs nostros munera contemnenda.

2 *Venturam cum se scribit*, dum citat Heins. ad Ov. A. A. II. 11.

NOTÆ

1 *Triplīces*] Qui, a tribus foliis sic scribendis inserviebant: dona vero dicti, rebus amatoriis et levioribus pauperum erant.

VII.

PUGILLARES MEMBRANEI.

ESSE puta ceras, licet hæc membrana vocetur:
Delebis, quoties scripta novare voles.

Crede esse ceras, quamvis hæc membrana appelletur: obliterabis, quoties placebit scribere res novas.

1 *Putes* cod. in marg. ed. Par. 1617. et sic ed. Barb.

NOTÆ

1 *Esse puta*] Membras vero Pergami repertas fuisse ex Varrone refert Plinius cap. 11. lib. XIII. Literæ autem in pugillaribus membranæ scriptæ ut in cereis facile delebantur.

VIII.

VITELLIANI.

NONDUM legerit hos licet puella,
Novit quid cupiant Vitelliani.

Quamvis puella nondum legerit hos, scit quid velint Vitelliani.

1 *Pusilla* ed. Schrevel. qui tamen jubet legend. *puella*.—2 *Capiant* cod. Beverl. et sic alios legere notavit Farnab.

NOTE

2 *Vitelliani*] De quibus lib. II. Epig. amatoriae scribebantur, atque ad 6. Pugillares nempe, in quibus res puellam mittebantur.

IX.

IDEM.

QUOD minimos cernis, mitti nos credis amicæ :
Falleris, et nummos ista tabella rogat.

Quod nummos vides, putas nos mitti ad amicam: hallucinaris, et hæc tabella petit nummos.

Idem edd. Schrevel. Maitt. Barb. *Ibidem* ed. Farnab. *Idem Vitelliani* edd. vett. et Delph.—1 *Nummos* edd. vett. et Maitt. et Barb.

NOTE

1 *Quod mini*. [nummos] Alii quod loculos ex corio confectos, quos sic *minimos*. Sic loquuntur Vitelliani, explico: Cum in illis Vitellianis essent nummi, ad amicam illos mitti credere potuisset aliquis; at mutuo erant accepti et forte ab ipsa amica. Alii sic interpretantur: Nummos, quorum mentio in his pugillaribus, non mitto amicæ, sed posco ab illa.

2 *Idem* edd. Schrevel. Maitt. Barb. *Ibidem* ed. Farnab. *Idem Vitelliani* edd. vett. et Delph.—1 *Nummos* edd. vett. et Maitt. et Barb.

3 *Quod mini*. [nummos] Alii quod loculos ex corio confectos, quos sic *minimos*. Sic loquuntur Vitelliani, explico: Cum in illis Vitellianis essent nummi, ad amicam illos mitti credere potuisset aliquis; at mutuo erant accepti et forte ab ipsa amica. Alii sic interpretantur: Nummos, quorum mentio in his pugillaribus, non mitto amicæ, sed posco ab illa.

X.

CHARTÆ MAJORES.

NON est, munera quod putes, pusilla,
Cum donat vacuas poëta chartas.

Non sunt dona quæ credis, o puella, cum rates donat inanes chartas.

1 *N. sunt m. quæ putas* edd. Par. 1617. et Farnab. Hoc et *puella* Ald. Junt. Colin. *Petis* cod. in marg. ed. Par. 1617. *Pusilla* Ms. Beverl. Adi Not. Var.

NOTÆ

1 *Quod [quæ] p. [putas]* Alii *petis*: jores sunt loculi chartei, grandiores, quæ puellæ mittuntur inanes, ut supra sunt Vitelliani. *Domitius*.

2 *Cum donat vacuas*] Chartæ ma-

XI.

CHARTÆ EPISTOLARES.

SEU leviter noto, seu caro missa sodali,
Omnes ista solet charta vocare suos.

Ista charta seu missa ad hominem mediocriter cognitum, seu ad socium dilectum, consuevit omnes appellare suos.

NOTÆ

1 *Seu leviter noto*] Nam seu ad semper hæc præfigebatur inscriptio, hominem parum notum, seu ad ami- 'Suo' vel 'Suis:' v. g. M. T. Cicero cum scriberent Antiqui, epistolæ Attico suo, &c.

XII.

LOCULI EBOREI.

Hos nisi de flava loculos implere moneta
Non decet, argentum vilia ligna ferant.

Non convenit implere hos loculos nisi moneta flava. Ligna contemnenda gestent argentum.

L. eburnei edd. vett. et Maitt.—1 *Non pro Hos* Ms. Beverl. *Flava* Ms. Thuan. et cod. in marg. ed. Par. 1617. *Fulva* edd. vett. *Fulva* ed. Delph. in textu, sed *flava* in Interp. Videantur Not. Var.—2 *N. licet* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Loculos*] Capsulam ex ebore intellige, quam auro tantum implendam dicit Poëta.

2 *Vilia ligna*] Hoc est, loculi lignei viles.

XIII.

LOCULI LIGNEI.

Si quid adhuc superest in nostri fæce locelli,
Munus erit: nihil est, ipse locellus erit.

Si quid adhuc reliqui est in fæce nostri locelli, donabo: nihil est, donabo ipsam crumenam.

NOTÆ

1 *Si quid*] Hoc est: Si quid æris donabo: sin minus, dabo ipsam crusupererit in fundo meæ capsulæ, menam.

XIV.

TALI EBOREI.

CUM steterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

Cum nullus talus tibi steterit eadem figura, inquires te a me affectum fuisse magnis donis.

NOTÆ

1 *Cum steterit*] De talis jam diximus lib. iv. Epig. 14. et lib. XIII. Epig. 2. Calcagninus de Talis: 'Sex sunt,' inquit, 'tali latera, etsi quatuor tantum in usu ludentium sint; nam duo sunt ita incurva, ut illis talus vix possit consistere. Has κεραλας, id est, antennas, videtur Aristoteles appellasse. Proinde scitum est in talo Binarium et Quinarium, qui duo numeri sunt in tesseris oppositi, desiderari. Ex reliquis quatuor tali partibus una supina, altera prona dicitur: quæ duæ ternarii et quaternarii vices obeunt. Unitas autem et senio duabus reliquis partibus tribuuntur: senionem vero Coum, unitatem Chium vocabant.' Et paulo infra: 'Sed omnes casus talorum ex consuetudine ludentium annumerati erant quinque et triginta; quorum quidam a Diis, alii ab heroibus, alii a claris hominibus aut a meretricibus nomen accipiebant: nonnulli vero ab

eventibus qui cum laude aut probro acciderant, denominabantur. Senio autem a Venere nuncupatum separatur apud Suetonium cap. 71. in Epistola Angusti ad Tiberium: 'Lusimus, mi Tiberi, γεροντικῶς heri et hodie. Talis jactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios conferebat, quos tollebat universos qui Venerem jecerat.' Idem Calcagninus: 'Sed quoties tali ita excidebant, ut diversa esset omnibus facies, qui jactus inter eos, quos quinque et triginta Enstathius dixit, ultimus numerabatur; tum felix ille casus, qui Veneris nomine censebatur, affulgebat; cum nempe unus talus canem, alter ternarium, tertius quaternarium, quartus senionem. . . . Hinc clara est hujus distichi sententia.

2 *Munera*] Vincebat enim, qui Venerem jecerat.

XV.

TESSERA.

NON sim talorum numero par tessera, dum sit
Major, quam talis, alea sæpe mihi.

Ego tessera vincar numero talorum, dum sæpe mihi sit major fortuna, quam talis.

NOTÆ

Tessera] Vitruvius lib. v. 'Cubus est corpus ex sex lateribus æquali latitudine planitierum quadratum. Is cum est jactus, quam in partem incubuit, dum est intactus, immotam habet stationem: uti sunt etiam tesserae, quas in alveo ludentes jaciunt.' Macrobinus lib. II. cap. 2. 'Tessera Græco nomine κύβος appellatur.'

1 *Non sim numero par*] Duabus enim tribusve tesseris, quatuor autem ad minimum talis, contendebatur in acie lusoria. Calcagninus de Tesseris. Vide lib. XIII. Epig. 1.

2 *Major alea*] Hoc est, dum major pecunia meo ludo, quam talis committantur.

XVI.

TURRICULA.

QUÆ scit compositos manus improba mittere talos,
Si per me misit, nil nisi vota facit.

Manus dolosa quærit jacere talos compositos: si per me jecit, nihil facit nisi vota.

//////////

1 Sic cod. Beverl. et ed. Barb. Consule Not. Var.—2 *Feret* Ms. Beverl.

NOTÆ

Turricula] Quæ nempe inventa est ad vitandas in ludo talorum fraudes veteratorum. Vide lib. IV. Epig. 14.

1 *Compositos*] Aleatores enim ita in manu talos componunt, ut optata

puncta appareant.

2 *Si per me*] Si per me, turriculam nempe, ex qua seu pyrgo cum emittuntur tali, nullus dolo sed fortunæ tantum locus est.

XVII.

TABULA LUSORIA.

HIC mihi bis seno numeratur tessera puncto:
Calculus hic gemino discolor hoste perit.

Hic numero tesseram duodecim punctis: hic discolor calculus vincitur a gemino hoste.

//////////

1 Primum ab initio legendum e Ms. *Hac mihi* inquit Gronov.

NOTÆ

1 *Hic mihi*] In tabula scilicet lusoria, quæ tesserarum et calculorum ludo serviebat.

Bis seno] Duabus tesseris sæpe ludebatur; et cum in altera atque altera forent sex puncta, punctorum

duodecim summa reddebatur. Sic Calcagninus de Tesseris.

2 *Calculus*] Qui a duobus aliis discoloribus circumdatus peribat. Vide lib. VII. Epig. 72. et Epig. 20. infra.

XVIII.

NUCES.

ALEA parva nuces, et non damnosa videntur :
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.

Alea levis nec damnosa videtur in nucibus: nihilominus sæpe illa nudavit nates puerorum.

2 *Obtulit* Beverlandi Ms. 'Est qui legat *abscidit*, ex illo versiculo, *Mavis Rufe coquam scindere quam leporem.*' Flosculi Annotat. *Ille* in marg. ed. Langii.

NOTÆ

Nuces] De quibus jam lib. v. Epig. 84. Hic ludus ultra Saturnalia non permittebatur pueris; unde, si præ-
teritis Saturnalibus luderent nucibus, cædebantur virgis, licet ille ludus parum quæstuosus aut damnosus esset.

XIX.

THECA CALAMARIA.

SORTITUS thecam, calamis armare memento :
Cetera nos dedimus, tu leviora para.

Nactus thecam recordare ornare illam calamis: nos donavimus reliqua, tu instrue leviora.

Theca libraria Beverlandi Ms.

NOTÆ

2 *Cetera nos dedimus*] Thecam nem- *Tu leviora para*] Calamos scilicet, styllum, &c.

XX.

CALCULI.

INSIDIOSORUM si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles, et hostis erit.

Si ludis pugnam latronum fraudulentorum, tu habebis istum gemmeum militem et hostem.

NOTÆ

1 *Insidiosorum*] De calculis fuse vocat Poëta utriusque partis calculum, quod vitreus uterque esset, inquit Raderus.

Delph. et Var. Clas.

Martial.

3 R

XXI.

GRAPHIARIUM.

HÆC tibi erunt armata suo graphiaria ferro :
Si puero dones, non leve munus erit.

Tu habebis graphiaria munita suo ferro : si des puero, non erit parvum donum.

NOTE

Graphiarium] Theca est graphio- 1 *Armata suo ferro*] Hoc est, suo
rum: graphium autem stylus est stylo ferreo.
scriptorius, seu librarius stylus.

XXII.

DENTISCALPIUM.

LENTISCUM melius: sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna levare potest.

Lentiscum melius expurgat: at, si careas frondea cuspidē, penna potest expurgare dentes.

2 *Desierit* cod. Beverland.

NOTE

Dentiscalpium] Vile quidem munus, arbor est ex qua fiebat lentiscum instrumentum, ut ait Domitius.
quo nempe circumpurgabantur dentes. Vide lib. vi. Epig. 74. 'Foditque tonsis ora laxa lentiscis.' 1 *Frondea cuspidis*] Lentisci scilicet.
Pli- 2 *Penna*] Alii *pinna*. Vide lib. iii.
nius lib. xiv. 'Optimam tenuissimamque picem fundunt lentisci, Epig. 82. 'Suggestitque ructanti
Pinnae rubentes, cuspidesque lentis-
quam et masticen vocant.' Lentiscus tisci.'

XXIII.

AURISCALPIUM.

SI tibi morosa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

Si auris tua vexatur molesto pruritu, porrigimus arma convenientia tantis titillationibus.

1 *Porrigine* Ms. Beverlandi.

NOTE

1 *Verminat*] Hoc est, torquetur medio quam auriscalpio opus esset
vermibus: quo sensu non sumitur hic, ad curandum hunc morbum.
sed pro, titillatur: alio quippe re-

XXIV.

ACUS AUREA.

TENUIA ne madidi violent bombycina crines :
Figat acus tortas, sustineatque comas.

Ne tænia-serica conturbet capillos madidos, acus figat, et fulciat capillos tortos.

//////////

1 *Tænia* legit Aldus et Turneb. lib. ix. cap. 23. quod etiam edd. Langii, Delphi. Schrev. Alii legunt *Splendida ne madidos. Tænia* Junt. Colin. *Madidos violet* Delph.—2 Pro *tortas* Gruterus conjecit *sparsas*.

NOTÆ

1 *Violent* [*Tænia violet*] Sic Turnebus legendum docet lib. ix. cap. 23. Dicitur enim 'tænia, tæniæ.' Virgilius VII. *Æneid.* 'Fit longæ tænia vittæ.' Male ergo legunt alii *violent*. Alii, *Splendida ne madidos*. Alii *Tenuia* cum synalephe, et τὸ 'bombycina' nomen esset substantivum pluralis numeri. Turnebi lectio mihi videtur melior. Hoc est: Ne velum seu tænia con-

fundat capillos compositos, et unguento delibutos, acu sustinere illos oportet. Juvenalis Sat. vi. de capillis mulieris compositis: 'Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum Ædificat caput.' Forte a contrario hunc versum intelligit Martialis, ut sit sensus: Acu figendi sunt capilli, ne madidi bombycinam seu Sericam tæniam inquinent.

XXV.

PECTEN AD CALVAM.

QUID faciet nullos hic inventura capillos,
Multifido buxus quæ tibi dente datur ?

Quid aget buxus multifido dente, quæ tibi donatur nullos hic repertura crines ?

//////////

Pecten ad Calvum in edd. vett.—1 *Invenit ira* Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Quid faciet*] Pectine buxæ calvum quendam donat, quo non ipsi opus erat, atque ita illum irridet Poëta.

XXVI.

S A P O.

CAUSTICA Teutonicos accendit spuma capillos :
Captivis poteris cultior esse comis.

Capilli Germanorum rufantur ignea spuma: poteris esse elegantior comis captivorum Germanorum.

Crines sapo inscriptio est in Ald. Junt. Colin. Langii.—1 ‘*Cattica*: cum codex Mediolanensis sic habeat, atque sic quoque in Ms. suo legerit Raderus, demirari satis nequeo, quod probam lectionem non retinuerit. *Cattica* spuma est Batava: lib. viii. 33.’ *Beverland*.

NOTÆ

Sapo] Plinius lib. xxviii. cap. 12. usu viris quam fœminis.’
 ‘Prodest et sapo: Gallorum hoc inventum rutilandis capillis, ex sevo et cinere. Optimus fagino et caprino, duobus modis, spissus ac liquidus: uterque apud Germanos majore in 2 *Captivis comis*] Germanorum scilicet, quos subegerat Domitianus: hoc est: Si sapone utaris, Germanorum elegantiam in rufandis comis superare poteris.

XXVII.

MATTIACÆ PILÆ.

Si mutare paras longævos cana capillos:

Accipe Mattiacas (quo tibi calva?) pilas.

Si tu vetula intendis tingere comas seniles, accipe Mattiacas pilas, cui bono, o calva?



2 *Quid tibi* in marg. ed. Par. 1617.

NOTÆ

2 *Accipe Mattiacas*] Turnebus lib. ix. cap. 23. ‘*Mattiacas pilas*’ interpretatur saponis quoddam vile genus, quo tincti capilli cani nigrescunt. *Mattiacæ* a *Mattiac*o oppido Germaniæ, *Baden*. Sic *Farnabius*. *Ortelius* vero congruere ait cum *Marpurg*.

XXVIII.

UMBELLÆ.

ACCIPERE quæ nimios vincant umbracula soles,

Sit licet et ventus, te tua vela tegent.

Accipe umbracula quæ retundant soles vehementiores: quamvis et ventus flet, tua vela tegent te.



2 *Alii Si licet*.

NOTÆ

Umbella] Gallice *parasol*.
 2 *Te tua vela tegent*] *Vela*, quibus circumdabatur theatrum, dum exhiberentur spectacula, aliquando vento vehementiori agitata Solem admittebant, ad quod arcendum incommodum umbella erat utilissima. ‘*Te tua vela*,’ hoc est, *tua umbella*.

XXIX.

CAUSIA.

IN Pompeiano tectus spectabo theatro :
 Nam ventus populo vela negare solet.

Tectus spectabo in theatro Pompeiano : nam ventus solet removeere vela a populo.

‘In quibusdam edd. inscribitur *Causapa*.—1 ‘Pro *tectus* Gruterus e Mss. legit *tecum*’; et observat pro eo quod habemus, *Nam ventus*, in opt. codice esse *Mandatus* : ex quo Salmasius, *Mantatus* : posse tamen et *Mandatus* retineri.’ Schrev. *Tecum* et *Mantatus* recepit Barbou.

NOTÆ

Causia [*Gausapa*] Alii *Causia*. Lipsius cap. 18. de amphitheatro sic explicat : Duplex iis etiam tegmen, sive pilei, sive umbellæ. Pilei quidem Thessalici, ut supra ex Dione retuli, quem eundem cum Petaso aliquis fecerit. Usi et *gausapis*, an *causia* loco illius pilei? Nam varia hæc in Martiale lectio : (et citat hoc distichum) significat diserte, usurum se tegmine causiæ contra Solem, si ventus invidisset vela.

XXX.

VENABULA.

EXCIPIENT apros, expectabuntque leones :
 Intrabunt ursos, sit modo firma manus.

Hæc sustinebunt apros, et expectabunt leones : vulnerabunt ursos, dummodo manus sit vegeta.

2 Illud *firma* a Glossatore aliquo profectum credit De Rooy, et certa reponendum putat.

NOTÆ

1 *Excipient*] Venabula scilicet quæ declinarent ursi et leones, et venantem ipsum invaderent.

2 *Sit modo firma*] Secus enim ictum

XXXI.

CULTER VENATORIUS.

SI dejecta gemes longo venabula rostro :
 Hic brevis in grandem cominus ibit aprum.

Si dolebis depulsu esse venabula longo rostro apri, hic brevis culter propius petet ingentem aprum.

1 *Alii geres, quod etiam defendit Flosculus.*—2 *Pro brevis* Scriv. legit *levis*.

NOTE

2 *Hic brevis*] Cum venabuli ictum illum conficiendum: aliter vitæ pericluserat aper, opus erat cultro ad culum subiisset venator.

XXXII.

PARAZONIUM.

MILITIÆ decus hoc, et grati nomen honoris,
Arma tribunicium cingere digna latus.

Hoc ornamentum militiæ, et nomen decoris jucundi, arma sunt quæ merentur cingere latus Tribuni.

//////////

1 *Gratigue erit omen honoris* Palat. et Arond. et Ms. Beverl. ‘*Militiæ decus en, grati gestamen honoris* legend. esse videtur ex vestigiis veterimorum codicum.’ Heins. *Or.* p. 3800. nostræ Ed.

NOTE

Parazonium] Παράζωνιον cingulum janus Suræ gladium, quo accingendus cum ense. Alii dicunt gladii genus erat, porrexit: Τὸ ξίφος, ὃ παραζώνυσθαι αὐτὸν ἐχρήν ᾤρεξεν, Dio in Vita Trajani. Parazonii quoque mentionem fecit Athenæus lib. iv.

XXXIII.

PUGIO.

PUGIO, quem curvis signat brevis orbita venis,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.

Pugio, in quo venæ curvæ imprimuntur brevi orbita, crepitans tinctus est aquis frigidis Salonis.

//////////

1 *Cingit pro signat* cod. in marg. ed. Par. 1617. et sic alios legere notat Schrevel. *Curva vena* ed. Barb. et sic alii, monente eod. Schrevel. ‘*Inquinatum esse hunc l. nullus dubito. Quid si legas curtis cingit b. orbis habentis? Conj. nostram quodammodo juvare videtur id quod Palat. cod. servare monet Gruterus, curva signat brevi sorbit harena.*’ De Rooy.

NOTE

1 *Brevis orbita*] Circulos venarum candens aqua temperatur, strepitum curvarum appellat orbitam: venæ edit.

autem apparent in ferro polito et temperato. Sic Raderus.

Salo] De quo lib. i. Epig. 50. ‘*Quibus remissum corpus astringas brevi Salone, qui ferrum gelat.*’

2 *Stridentem*] Dum enim ferrum

XXXIV.

FALX EX ENSE.

PAX me certa ducis placidos curvavit in usus.
Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

Rata pax Imperatoris curvavit me in usus tranquillos: nunc sum agricultoris, antea fui militis.

1 *Certa ducis* cod. Beverl. *Domus dociles* cod. in marg. ed. Par. 1617. Sic alios legere notat editor Delph. *Proprios pro placidos* cod. Beverl.

NOTE

1 *Certa ducis*] Domitiani scilicet. 2 *Militis*] Nempe, cum essem telum militare. Virgilius 1. Georg. feritas, nulla est insania ferri: Pace 'Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.'

XXXV.

SECURICULA.

CUM fieret tristis solvendis auctio nummis,
Hæc quadringentis millibus emta fuit.

Cum auctio mæsta fieret ad solvendos nummos, hæc fuit comparata quadringentis millibus.

NOTE

Securicula] Est parva securis. quod tunc ferrum rebus aliis omnibus
1 *Cum fieret*] Cum bellorum civilium tempore civium proscriptorum bona sub hasta venderentur, hæc securicula summo pretio vendita fuit; carius esset, cum omnes ad arma concurrerent. An forte pretiosa fuit ab artificis opere? Videat lector.

XXXVI.

FERRAMENTA TONSORIA.

TONDENDIS hæc arma tibi sunt apta capillis:
Unguibus hæc longis utilis; illa genis.

Hæc arma tibi inservient tondendis comis: hæc idonea unguibus longis rescandis, illa genis radendis.

NOTE

2 *Unguibus hæc*] Forfex, cujus etiam serviebat. *Illam*] Novacula scilicet.

XXXVII.

SCRINIUM.

CONRICTOS nisi das mihi libellos :
Admittam tineas, trucesque blattas.

Nisi præbeas colligatos libros, locus erit tineis atque atrocibus blattis.

//////////

1 *Constructos* cod. in marg. ed. Par. 1617. nisi quidem erremus, cum sic notamus : nam tali more fere semper indigitantur varietates in eo marg. 'v. *construct.*' Ita legere alios monet Schrevel. *Selectos* cod. Thuan.—2 'Quid si legamus *Admittent*, sc. libelli?' Schrevel.

NOTÆ

1 *Constrictos*] Alii *Constructos*. Prior corrumpantur vermibus. 'Tinea' et lectio videtur melior : in arcula quippe 'blatta' parum differunt. pe coarctandi sunt libri, ne soluti

XXXVIII.

FASCES CALAMORUM.

DAT chartis habiles calamos Memphitica tellus :
Texantur reliqua tecta palude tibi.

Terra Memphitica producit calamos accommodatos chartis. Tu operias tecta calamis aliarum paludum.

//////////

2 *Texa* Ms. Beverl.

NOTÆ

1 *Dat chartis habiles*] Memphis et qui in Asia circa Anaiticum lacum Ægypti urbs nobilissima. Vide lib. nascuntur.' Ægyptios tamen calamos præ aliis omnibus laudat Poëta, Spect. Epig. 1. Plinius lib. xvi. cap. et alios lectis muniendis inservire debere censet. 36. 'Chartisque servantur calami Ægyptii maxime cognatione quadam papyri. Probatiores tamen Gnidii,

XXXIX.

LUCERNA CUBICULARIA.

DULCIS conscia lectuli lucerna,
Quicquid vis facias licet, tacebo.

Ego lucerna testis jucundi lectuli, fas est agas quicquid placet : silebo.

XL.

CANDELA.

ANCILLAM tibi sors dedit lucernæ,
Tutas quæ vigil exigit tenebras.

Casus tibi donavit candelam ancillam lucernæ, quæ ardens expellit tenebras innoxias.

‘Cicindela Vat. Vid. Serv. ap. Salmas. p. 375.’ *Beverl.*—1 *Lucerna* cod. in marg. ed. Par. 1617. *Lucernam* Ms. *Beverl.*—2 *Totas* Gruter. e Ms. et sic habet ed. Barb. et alios ita legere monet editor Delph.

NOTÆ

1 *Ancillam*] *Lucerna* utebantur divites, *candela* vero pauperes, quam ancillam *lucernæ* vocat instar pauperiorum feminarum, quæ ditioribus ancillantur.

2 *Tutas*] Hoc est: Licet *lucernæ* ancilla sit *candela*, tamen idem tibi officium præstat: lucente enim *candela* nihil offendes.

XLI.

LUCERNA POLYMYXOS.

ILLUSTREM cum tota meis convivia flammis,
Totque geram myxas, una lucerna vocor.

Cum meis flammis illuminem totas epulas, et habeam tot ellychnia, appellor una lucerna.

NOTÆ

1 *Tota convivia*] *Triclinium* intellige, ubi celebrantur convivia.

2 *Totque geram myxas*] *Μύξα* humor est ex naribus profluens: item *μύξαι*

nares: unde *lucerna* *διμυξος*, et *πολύμυξος* ab *ellyphniorum* numero dicta est.

XLII.

CEREUS.

HIC tibi nocturnos præstabit cercus ignes:
Subducta est puero namque lucerna tuo.

Hic cereus tibi exhibebit nocturnas flammæ: etenim lucerna surrepta est tuo servo.

NOTÆ

Cereus] *Saturnalibus* *cereos* donari solitos jam diximus lib. v. *Epig.* 18.

2 *Subducta*] Vide lib. viii. *Epig.*

59. ‘Nec dormitantem vernam fraudare *lucerna* Erubuit fallax, ardeat illa licet.’

XLIII.

CANDELABRUM CORINTHIUM.

NOMINA candelæ nobis antiqua dederunt.

Non norat parcos uncta lucerna patres.

Candelæ nobis imposuerunt nomina vetera ; uncta lucerna non erat nota frugalibus majoribus.

NOTÆ

1 *Nomina candelæ*] Candelabra Corinthia ex ære summo erant in pretio, de quibus Plinius cap. 3. lib. xxxiv. et cap. 2. ejusdem libri: 'Ex illa autem antiqua gloria Corinthium maxime laudatur: hoc casus miscuit, Corintho, cum caperetur, incensa: mireque circa id multorum affectatio fuit,' &c. A candelis vero quæ imponebantur candelabris, et quibus utebantur Veteres nondum inventa lucerna, dicta sunt candelabra. Candelabrum Corinthium divitis erat munus, ligneum autem pauperis.

XLIV.

CANDELABRUM LIGNEUM.

Esse vides lignum: serves nisi lumina, fiet

De candelabro magna lucerna tibi.

Cernis esse lignum: nisi custodias lumina, magna lucerna tibi efficietur ex candelabro.

NOTÆ

1 *Serves nisi lumina*] Incendent nempe candelabrum ligneum.

XLV.

PILA PAGANICA.

HÆC quæ difficilis turget paganica pluma,

Folle minus laxa est, et minus arcta pila.

Hæc operosa paganica quæ farta est pluma, laxior est folle, remissior vero pila.

1 *Plumba* Ms. Beverl.

NOTÆ

Pila paganica] Sic dicta a pagis, ubi primum inventa ad voluptatem rusticorum. Difficilem vocat, quod forte hoc genus pilæ aliis pilarum generibus difficilior esset. Vide lib. iv. Epig. 19. et lib. vii. Epig. 32.

XLVI.

PILA TRIGONALIS.

SI me nobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis, rustice, redde pilam.

Si manibus industriis novisti expellere me, sum tua: si non novisti, o rustice, restitue pilam.

1 *Mobil.* ed. Barb. Vid. Not. Var.

NOTÆ

1 *Si me nobilibus*] Industria quippe laudet Polybi magis sinistras.' Unde opus erat ad hunc ludum. Vide lib. Scriverius hic legit aliter: *Si me scis* iv. Epig. 19. et lib. vii. Epig. 32. et 72. *Polybi levis expulsare sinistris.* Judicet 'Sic palmam tibi de trigone nudo lector. Vel forte legendum: *Si me* Unctæ det favor arbiter coronæ, Nec *mobilibus, &c.*

XLVII.

FOLLIS.

ITE procul, juvenes: mitis mihi convenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle senes.

O adolescentes, longe recedite: imbellis ætas mihi convenit: decet pueros et senes ludere folle.

NOTÆ

1 *Mitis*] Etenim non opus est magna vi, unde robustiores adolescentes alio ludi genere exercere se debent. 2 *Folle*] Pila scilicet vento inflata, qua pueri et senes se exercebant. Vide lib. iv. Epig. 19.

XLVIII.

HARPASTA.

HÆC rapit Antæi velox in pulvere draucus,
Grandia qui vano colla labore facit.

Draucus celer Antæi, qui inutili labore extendit collum, rapit hæc harpasta in pulvere.

1 Pro A. v. habet *antituflox* cod. Beverl.

NOTÆ

Harpasta] Pilæ nempe erant ex corio factæ; lib. iv. Epig. 19. 'Sive harpasta manu pulverulenta rapis.' 1 *Antæi draucus*] Id est, palæstræ

NOTE

studiosus, et quasi Antæi discipulus, inquit Raderus. De Antæo diximus lib. IX. Epig. 104.

2 *Grandia qui*] Palæstritæ enim ut fortiores essent, collum producere solabant. Juven. Sat. III. 'Et longum invalidi collum cervicibus æquat Her-

culis Antæum procul a tellure tenentis.'

Vano labore] Quo nempe otiosi homines exercentur. Hoc distichum aliter explicat Turnebus lib. IX. cap. 23.

XLIX.

HALTERES.

QUID percunt stulto fortes haltere lacerti?
Exercet melius vinea fossa viros.

Quid robusta brachia defatigantur vano haltere? Viri melius exercentur vite effossa.

1 Quo cod. in marg. ed. Par. 1617.

NOTE

Halteres] Dicti sunt ab ἄλλομαι, *sallio*. Erant autem massæ lapideæ, vel metallicæ, ansa vel manubrio addito, quo comode levare possent ab athleticis. De halteribus agit Galenus lib. I.

de Sanitate Tuenda. Juven. Sat. VI. 'Et lassata manu ceciderunt brachia massa:' quod de halteribus accipiendum.

L.

GALERICULUM.

NE lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hac poteris madidas condere pelle comas.

Ne turpe ceroma contaminet comas nitidas, poteris hac pelle tegere crines unctos.

NOTE

1 *Ceroma*] De quo vide lib. IV. Epig. 4. Galericulum inserviebat et ad tegendam calvitiam, ut supra lib. XII. Epig. 45. et defendendos capillos a

ceromate, quo inungebantur palæstritæ.

2 *Hac pelle*] Ex qua scilicet factus erat parvus galerus.

LI.

STRIGILES.

PERGAMUS has misit: curvo destringere ferro;
Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.

Hæ allatæ sunt Pergamo; rade corpus ferro curvo; fullo non tam crebro eluct tua lintea.

1 Pergamon Gruter. e Ms. *Destr.* cod. in marg. ed. Par. 1617. *Distr.* edd. vett. et Delph. et Farnab.

NOTÆ

1 Pergamus] Urbs Asiæ Minoris, passivæ.
in qua fabricabantur strigiles, instru- 2 Non tam] Hoc est: Si corpus
menta scilicet quibus, antequam bal- strigilibus bene distrinxis, in bal-
nea ingrederentur, Antiqui cutem neo minus inquinabis lintea, quibus
radebant. Persius Sat. v. 'I puer, te absterges; atque ita non tam
et strigiles Crispini ad balnea defer.' sæpe fullonis opera indigebis, qui pur-
Destringere] Imperativus est vocis get vestes contaminatas.

LII.

GUTTUS CORNEUS.

GESTAVIT modo fronte me juvencus.
Verum rhinoceros me putabis.

Paulo ante taurus me portavit fronte: existimabis me verum rhinoceros.

2 Putabas Ms. in marg. ed. Par. 1617.

NOTÆ

Guttus] Vas scilicet ex cornu tauri quo sacrificaret.
factum, in quo oleum præsertim ser- 2 Verum] Alii adverbialiter sn-
vabatur. Vide Gellium lib. xvii. cap. munt. Hoc est: Tantus est guttus,
8. Eo etiam Antiqui utebantur in ut ex rhinoceros cornu factus vide-
sacrificiis. Plinius lib. xvi. cap. 38. atur. De rhinoceros agit Plinius
'Marcus Cnrius juravit se ex præda lib. viii. cap. 20.

nihil attigisse præter guttum faginum

LIII.

RHINOCEROS.

NUPER in Ausonia domini spectatus arena
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

Tu habebis hunc nuper visum in arena Romana domini, qui in altum jaciebat taurum ut pilam.

2 *Erit illa dies* Ms. Beverl.

NOTE

Rhinoceros] Hoc est, guttus ex cornu rhinocerotis: quo sensu rhinoceros sumitur apud Juven. Sat. vii. 'Exitus hic est Tongilli magno cum rhinocero-rote lavari.'
 1 *Domini*] Imperatoris Domitiani.
 2 *Cui pila*] Idem dixit de rhinocero lib. Spect. Epig. 9. et 19.

LIV.

CREPITACILLUM.

SI quis plorator collo tibi vernula pendet,
 Hæc quatiat tenera garrula sinistra manu.

Si quis vernula flens suspensus est ex tuo collo, manu tenera pulset canora hæc sinistra.

//////////

Crepitaculum edd. vett. et Delph.

NOTE

1 *Vernula*] Infans nempe servulus domi natus. Isidis; lib. xii. Epig. 29. Percusso autem crepitaculo, lacrymas tenent pueri.
 2 *Sistra*] Instrumenta canora ex metallo, quæ quatiabantur in sacris

LV.

FLAGELLUM.

PROFICIES nihil, hoc cædas licet usque flagello,
 Si tibi purpureo de grege currit equus.

Nihil tibi proderit, quamvis semper verberes his virgis, si habes currentem equum ex purpureo grege.

NOTE

2 *Si tibi purpureo*] Hoc est: Equi factionis purpureæ tam segnes sunt, ut, illos licet assidue verberes, velocius tamen non currant. Hoc dixit de factione Veneta lib. vi. Epig. 46. 'Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello, Nec currit; magnam rem, Cattiane, facis.' De factionibus aurigarum egimus supra.

LVI.

DENTIFRICIUM.

QUID mecum est tibi? me puella sumat.
Ementos non soleo polire dentes.

Quid habes agendum mecum? Puella accipiat me; non soleo polire dentes ementos.

D. ad edentulam ed. Barb.

NOTÆ

1 *Quid mecum*] Dentifricium alloquitur anum aliquam, quæ habebat dentes emittios, quibus poliendis non inservire se, sed puellarum dentibus nsui esse dicit: ex caninorum vero dentium cinere cum melle fit dentifricium; Plinius lib. xxx. cap. 3. Capite autem 20. lib. xxxvi. 'Arabus lapis, ebori similis, dentificiis accommodatur crematus.'

LVII.

MYROBALANUM.

QUOD nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat, et ex balano.

Quod nec Virgilius, nec Homerus expressit versu, hoc componitur ex unguento et balano.

NOTÆ

Myrobalanum] Hujus vocis plures syllabæ breves carmini non conveniunt, unde nec ab Homero nec a Virgilio fuit usurpata. Myrobalanum, teste Plinio lib. xii. cap. 21. 'Troglodytis et Thebaidi et Arabiæ, quæ Judæam ab Ægypto disternat, com-
mune est, nascens unguento, ut ipso nomine apparet. Quo item indicatur et glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio: fructus magnitudine avellanæ nucis.'

LVIII.

APHRONITRUM.

RUSTICUS es? nescis quid Græco nomine dicar,
Spuma vocor nitri. Græcus es? ἀφρόνιτρον.

Indoctus es, ignoras quid vocer Græco nomine; spuma nitri nominor, et aphronitrum appellor.

2 *Dicor et edd. vett. pro Græcus es, pro quo Græcis in Ms. Beverl. 'Aphronitrum*] Ita cod. antiquus habet, ut dicat: Græcus es interrogantis: i. si scis Græcas literas.' *Calderinus.* Latine, non Græce, impressam habent ultimam vocem in hoc vs. et edd. vett. et Delph.

NOTÆ

Aphronitrum] Ἀφρόνις, *spuma*; *νίτρον*, *trum* tradit in Asia colligi, in speluncis molibus distillans.
 Plinius lib. xxxi. cap. 10.
 'Proxima ætas medicorum aphroni-

LIX.

OPOBALSAMA.

BALSAMA me capiunt, hæc sunt unguenta virorum :
Delicias Cosmi vos redoletè nurus.

Balsama continent me, hæc unguenta conveniunt viris: o nurus, vos spiratè voluptates Hini.

1 *Te* cod. Beverl.—2 Pro *Cosmi*, quod legit Gruter. *Nini* habent edd. Par. 1617. et Farnab. *Hini* Ald. Junt. Colin. 'Hinc vos] Quos milvos Thuan. cod.' Beverl. Pro his vocibus *nimio sed* habet cod. in marg. ed. Par. 1617. si sane recte intelligimus τὸ 'v.' quod in eo marg. extat plerumque. Vid. nos ad Ep. 37. Ceterum consulendæ sunt Not. Var. et Not. Delph. At, cum Not. Delph. ad calcem paginæ ponantur, nec possint quin videantur, Lectoris oculos ad eas advertere fere negleximus.

NOTÆ

1 *Balsama me capiunt*] Balsamum est arbor; opobalsamum vero succus est defluens ex balsamo, cujus suavitate commendat Plinius lib. xii. cap. 25.

Hæc sunt unguenta] Juvenalis tamen Sat. ii. affirmat mollibus tantum hominibus hæc convenire: 'Sed tamen unde Hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo Quæ tibi?'

2 *Delicias Cosmi* [*Hini*] Raderus

legit *Nini*: hoc est, inquit: Vos, fœminæ, Assyrios quærite liquores, amomum, nardum, aliaque id genus pigmenta, ut unguenta delicata. Ninus rex fuit Assyriorum. De Assyrio unguento vide lib. viii. Epig. 77. 'Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo Splendeat.' Alii *Cosmi*, unguentarii scilicet, de quo jam sæpius supra.

LX.

LOMENTUM.

GRATUM munus erit, scisso nec inutile ventri,
Si clara Stephani balnea luce petes.

Domum erit jucundum, nec inutile alvo rugosæ, si clara luce adibis balnea Stephani.

2 *Petus* cod. in marg. ed. Par. Sic alios legere notat editor Delph.

NOTÆ

Lomentum] Quod nempe rugis uteri condendis inserviebat. Vide lib. iii. Epig. 12. 'Lomento rugas uteri quid

condere tentas, Polla,' &c. De balneis Stephani jam dictum est lib. xi. Epig. 53.

LXI.

LATERNA CORNEA.

DUX laterna viæ clausis feror aurea flammis,
Et tuta est gremio parva lucerna meo.

Aurea laterna dux viæ portor flammis clausis, et exigua lucerna secuta est meo gremio.

1 *Lux* Ms. Beverl.

NOTÆ

1 *Clausis flammis*] In laterna quippe lumen occultatur, quæ cum esset cornea, dum pellucebat, aurea vide-

2 *Lucerna*] Sumitur pro candela et ipso lumine.

LXII.

LATERNA EX VESICA.

CORNEA si non sum, numquid sum fuscior? aut me
Vesicam, contra qui venit, esse putat?

Si non sum cornea, an sum minus lucida? aut me credit vesicam, qui mihi obvium fit?

2 *Putet* cod. in marg. ed. Par. 1617.

NOTÆ

1 *Cornea si non sum*] Tamen, inquit, occurrens me discernat a cornea. æque pellucida videor, nec quisquam

LXIII.

FISTULA.

QUID me compactam ceris et arundine rides?
Quæ primum structa est fistula, talis erat.

Cur ego compacta ceris et arundine tibi sum ludibrio? Prima fistula, quæ facta est, erat talis.

NOTÆ

1 *Quid me compactam*] Pan primus compegit fistulam. Ovidius 1. Met. 'Atque ita disparibus calamis compagine ceræ Inter se junctis nomen tenuisse puellæ:' et Virgilius Eclog. 11.

'Pan primus calamos cera conjungere plures Instituit:' et paulo infra: 'Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.' Vide Theocr. Idyl. VIII.

Delph. et Var. Clas.

Martial.

3 S

LXIV.

TIBIÆ.

EBRIA nos madidis rumpit tibia buccis :

Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.

Tenulenta tibia buccis ebris inflat nos : sæpe habet duas pares, sæpe monaulon.

//////////

1 Non cod. Beverl.—2 *Sepon uulon* cod. Thuan.

NOTÆ

Tibiæ] De variis tibiæ generibus scribit Solinus cap. 11. Forma, non materia, differunt a fistulis. De his etiam fuse agit Beroaldus ad hæc Apuleii verba Asini Aurei lib. x. ‘Jam tibiæ multiforabiles cantus Lydios dulciter consonant.’

1 *Ebria tibia*] Mulier nempe, quæ tibia canens convivio aderat. ‘Rumpit,’ id est, inflat, ut mihi videtur.

2 *Sæpe duas*] Hoc est : Sæpe habet tibiæ geminam, et sæpe monaulon, hoc est simplicem.

LXV.

SOLEÆ LANATÆ.

DEFUERIT si forte puer, soleasque libebit

Sumere ; pro puero pes erit ipse sibi.

Si forte carueris servo, et placebit accipere soleas ; ipse tibi puer eris.

//////////

2 *Proderit pro pes erit* edd. vet. ‘*Pes erit* : sc. πᾶς. Martialis ætate πᾶς et ‘pes’ eod. sonabat modo : ai ut e pronuntiabatur. Sic ap. Æoles et Spartanos πᾶρ et puerum et pedem significat.’ Beverl. Adi Var. Not.

NOTÆ

1 *Soleas*] Gellius lib. XIII. cap. 20. ‘Omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infime teguntur, cetera prope nuda, et teretibus habenis juncta sunt, soleas dixerunt : nonnunquam voce Græca crepidulas.’

2 *Pes, &c.* [*Proderis ipse tibi*] Alii, *pes erit ipse tibi*. Hoc est : Tu eris tibi servus a pedibus. Veteres codices habent, *proderit ipse tibi*. Salmasius legit, *pes erit ipse sibi* : hoc est : Pes in soleis lanatis vicem pueri supplebit.

LXIX.

PRIAPUS SILIGINEUS.

SI vis esse satur, nostrum potes esse Priapum :
Ipse licet rodas inguina, purus eris.

Si cupis saturari, licet comedere nostrum Priapum: quamvis tu corrodas inguina, castus eris.

NOTÆ

2 *Purus*] Os non fœdabis, cum Priapus sit siligineus.

LXX.

P O R C U S.

ISTE tibi faciet bona Saturnalia porcus,
Inter spumantes ilice pastus apros.

Celebrabis bona Saturnalia isto porco saginato glandibus inter apros spumantes.

1 *Fecit* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Bona Saturnalia*] Vide lib. XI. 2 *Illice*] Arborem dicit pro fructibus.

LXXI.

MUSCARIUM BUBULUM.

SORDIDA si flavo fuerit tibi pulvere vestis,
Colligat hunc tenui verbere cauda levis.

Si habueris vestem inquinatam flavo pulvere, cauda levis excutiat hunc levi pulsatione.

Muscarum b. Ms. Beverl. ‘*Cauda ad tergendas vestes, Aldus.*’ *Marg. ed. Par. 1617.*—2 *Nunc id.* Confirmatur centies nostra sententia de hoc Ms. toties repetita. *Bovis pro levis* alios legere notat Farnab.

NOTÆ

1 *Colligat*] Hoc est: Cauda bovis excute hunc pulverem.

LXXII.

BOTULUS.

QUI venit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem venerat ante dies.

Botulus, qui mittitur ad te medio tempore brumæ, ad me missus fuerat ante septem dies Saturni.

NOTÆ

1 *Botulus*] Genus farciminis de quo lib. v. Epig. 78. que tantum erant legitimi dies Saturni, ut diximus lib. iv. Epig. 89. quibus duo lætitiæ non festi adjungebantur. Macrobius lib. i. cap. 11.

Medio tibi] Hoc est, mediis Saturnalibus. 'Apud Veteres opinio fuit, septem diebus peragi Saturnalia.'

2 *Saturni septem*] Hoc est: Ante Saturnalia ad me missus erat. Quin-

LXXIII.

PSITTACUS.

PSITTACUS a vobis aliorum nomina discam:
Hoc didici per me dicere: Cæsar, ave.

Psittacus docebor a vobis nomina aliorum: a me doctus fui hoc dicere: Cæsar, ave.

//////////

1 *Disco* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Psittacus*] Avis satis nota. 2 *Per me*] Hoc est, siue magistro.

LXXIV.

CORVUS.

CORVE salutator, quare fellator haberis?
In caput intravit mentula nulla tuum.

O corve salutator, cur existimaris fellator? Caput tuum nulla mentula fuit præcisum.

NOTÆ

1 *Fellator*] 'Corvos ore coire et concipere credit vulgus, feminae rostro maris inserto,' Plinius lib. x. cap. 12. Sed Aristoteles negat et deridet hoc ab Anaxagora proditum lib. de Animal. Quod ore coirent corvi, pervulgatum hoc probat hic versiculus. Nec enim simplicem merumque osculi coitum καὶ μίξιον τῶν βρυγῶν in corvis, ut in columbis, fieri existimabant: sed semen etiam ex coitu per os immitti in feminam, quo gravidaretur. Inde fellator corvus vulgo habitus. *Salmasius.*

LXXV.

LUSCINIA.

FLET Philomela nefas incesti Tereos : et quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis.

Philomela deplorat scelus incesti Tereos, et puella, quæ fuit muta, volucris loquax dicitur.

NOTE

1 *Incesti Tereos*] Cujus mentionem Proenes, in lusciniam mutata fuit. jam fecimus lib. iv. Epig. 49. Satis
2 *Muta puella*] Cui scilicet linguam nota est Philomelæ fabula, quæ compressa a Tereo, marito sororis suæ absciderat Tereus, ne incestum palam faceret. Vide Ovid. vi. Met.

LXXVI.

PICA.

PICA loquax certa dominum te voce saluto :
Si me non videas, esse negabis avem.

Pica garrula te dominum saluto voce non dubia : si non aspicias me, dices me non esse volucrem.

NOTE

1 *Pica loquax*] Vide lib. ix. Epig. 55. 'Inde salutatus picæ respondet arator.'
2 *Esse negabis*] Pica enim tam articulatim loquitur, ut vox ejus pro humana voce sumi possit.

LXXVII.

CAVEA EBOREA.

Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo
Lesbia plorabat, hic habitare potest.

Si habebis talem passerem, qualem deflebat Lesbia amata a Catullo, hic potest habere domicilium.



Eborea omittunt edd. vett. et Delph.—2 *Potes* edd. vett. et Maitt. et Farnab.

NOTE

Cavea] Elegans sane, in qua potuit habitare passer tam formosus. De Lesbia lib. ix. Epig. 73. De ejus passere dictum lib. i. Epig. 8.

LXXVIII.

NARTHECIUM.

ARTIS ebur medicæ narthecia cernis habere
Munera, quæ cuperet Pactius esse sua.

Vides te habere narthecia eburnea, dona artis medicæ, quibus affici vellet Pactius.

//////////

1 *Narcithica* cod. Beverl. *Habebis* cod. in marg. ed. Par. 1617. Consule Not. Var.—2 *Paccius* ed. Barb. *Accius* Ms. Beverl. ‘*Pacchius* forte. Meminit *Pacchii* Antiochi medici et chirurgi *Scribonius Largus*.’ *Marg. ed. Par.* 1617.

NOTÆ

1 *Narthecia*] Erant capsulæ, in quibus medicamenta recondabant medici, unde dicit Poëta illa esse artis medicæ propria. 2 *Pactius*] Dives forte medicus: ejusdam *Pactii* orbi meminit *Juvenalis* *Satira* XII.

LXXIX.

FLAGRA.

LUDITE lascivi, sed tantum ludite, servi:
Hæc signata mihi quinque diebus erunt.

O servi petulantes, ludite, sed tantum ludite: ego includam hæc flagra quinque diebus.

NOTÆ

1 *Sed tantum ludite*] Monet servos ut tantum ludant, nec aliud tentent; alioquin præteritis quinque Saturnaliorum diebus, quibus domini ipsis serviebant, flagris illos excipiendos intelligit.

LXXX.

FERULÆ.

INVISÆ nimium pueris, gratæque magistris,
Clara Prometheo munere ligna sumus.

Nimis odiosæ pueris, et jucundæ præceptoribus, sumus ligna nobilia Promethei gratia.

//////////

Ferula edd. Delph. Schrevel. Maitt.

NOTÆ

1 *Invisæ pueris*] Quibus nempe illi cæduntur et coërcentur a magistris. detulit: ex hoc vero *Promethei* furto nobilitatem acceperunt *ferulæ*. Vide lib. IX. *Epig.* 46. ‘*Ecce Prometheæ rupes*,’ &c.
2 *Clara Prometheo*] *Prometheus* enim *ferula* ad currum *Solis* admota ignem *Superis* subduxit, et in terras

LXXXI.

P E R A .

NE mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat et tetrico cum cane, pera rogat.

Pera orat, ne portet rogata prandia barbati nudi, nec dormiat cum fædo cane.

2 *Tristi* ed. Barb. Sic alios legere notat Schrevel.

NOTE

1 *Ne mendica*] Ad opsonia recon- canes vocat Poëta. Vide lib. iv. Epig.
denda pera utebantur philosophi cy- 53.
nici, quos barbatos, nudos, et tetricos

LXXXII.

S C O P Æ .

IN pretio scopas testatur palma fuisse:
Otia sed scopis nunc analecta dabunt.

Palma manifestat scopas fuisse æstimatas: at nunc scopæ astimabuntur propter analecta.

2 Sic Ms. Beverl. *Sed pretium* edd. vett. et Farnab. ‘*Sed pr.* codd. antiqui. Alii habent *Otia*: sed mendosa scriptura Codd. ferme omnes *Sed pr.* habent, non *Otia*: et ita est legend.’ *Calderinus*, qui codd. scripturam vehementissime defendit. Oculos adverte ad Not. Var.

NOTE

1 *In pretio*] E palma enim factæ scopæ, quibus pavementum verrebatur, caræ erant. Horatius: ‘Ten lapides varios lutulenta radere palma?’

2 *Nunc analecta*] Hoc est, reliquæ cœnæ; lib. vii. Epig. 20. ‘Colligere longa turpe nec putat dextra Analecta, quicquid et canes reliquerunt.’ Hoc est: Scoparum pretium angebitur, utpote quibus colligentur analecta. Petronius in Convivio Trimalcionis: ‘Insecutus est lecticarius, argentumque inter reliqua purgamenta scopis cœpit verrere.’ Legunt alii: *Otia sed scopis nunc analecta dabunt.*

Hoc sensu: Analecta dabunt scopis otia, cum ea, in pavimento e parvis testulis efficta, talia forent, ut scopis everri nullo modo valeant, et ideo otia scopis dare necesse sit. Ita Alexander ab Alexandro lib. iv. Genialium Dierum cap. 21. Hoc pavimenti genus a Græcis dicitur ἀσάρωτον, quod scopis verri non debeat, ab α privativo, et σάρω verro. Plinius lib. xxxvi. cap. 25. ‘Sossus purgamenta cœnæ in pavimento, quæque everri solent, veluti relicta fecerat parvis e testulis tinctisque in varios colores.’ Hunc sensum et hanc lectionem sic refutat Calderinus: Si scopæ jam cessant,

NOTÆ

nec ullum præstant usum, cur mit- vi quidam analectæ dicti sunt, qui re-
tuntur ab amico? Prior itaque lectio liquias e mensa cadentes colligebant,
melior videtur. Legit Scriverius, et pavimenta spongiis mundabant.
Otia sed scopis nunc analecta dabit. Ser- Judicet lector.

LXXXIII.

SCALPTORIUM.

DEFENDET manus hæc scapulas mordente molesto
Pulice, vel si quid pulice sordidius.

Hæc manus tuebitur scapulas mordente importuno pulice, vel si quid est turpius pulice.

NOTÆ

Scalptorium] Ut hinc colligitur, erat rientes scapulae scalpebantur, et ar-
instrumentum manus instar, quo pru- cebantur pulices et pediculi.

LXXXIV.

MANUALE.

NE toga barbatus faciat vel pænula libros,
Hæc abies chartis tempora longa dabit.

Ne toga aut pænula efficiat libros villosos, hæc abies diu servabit chartas.

NOTÆ

Manuale] Hoc est, ex abietis tabu- reret duro mento, ut dixit Poëta lib.
lis, quibus tegebatur liber, ne mani- 1. Epig. 67.
bus aut sinn gestatus tritusque inhor-

LXXXV.

LECTUS PAVONINUS.

NOMINA dat spondæ pictis pulcherrima pennis
Nunc Junonis avis: sed prius Argus erat.

Spondæ denominantur a formosissima nunc ave Junonis: sed antea Argus erat.

NOTÆ

1 *Nomina dat spondæ*] Lecti quippe 13. de mensis citreis: 'Sunt et un-
pavonini dicuntur, non quod, ut in- datim crispæ, majore gratia, si pa-
quit Raderus, tegerentur pennis aut vonum caudæ oculos imitentur.'
oculis pavonum, sed citreis tabulis
quæ plumas gemmasque pavonum æ- 2 *Sed prius Argus*] Qui nempe in
mularentur. Plinius lib. XIII. cap. pavonem Junoni sacrum fuit conver-
sus. Hujus fabula vel pueris nota.

LXXXVI.

EPHIPPIUM.

STRAGULA succincti, venator, sume veredi:
Nam solet a nudo surgere ficus equo.

O venator, accipe stragula veredi succincti: nam ficus solet effici ab equo nudo.

//////////

2 *Pectus pro ficus* Aldus.

NOTÆ

1 *Stragula*] Intellige ephippium, piente veredo.' Forte intelligit equo quo nisi sternatur equus lædit equitem, cui nascitur ficus, ulceris genus, esse stragulum, Gallice *une housse*. de quo lib. I. Epig. 66. De veredo seu equo velocissimo dictum lib. XII. Epig. 14. 'Parcius utaris moneo ra-

um. succincto seu ephippiato imponendum Sed cum dicat 'a nudo equo,' stragula simpliciter interpretor ephippium.

LXXXVII.

STIBADIA.

ACCIPERE lunata scriptum testudine sigma:
Octo capit: veniat, quisquis amicus erit.

Accipe sigma pictum testudine lunata: octo continet: accedat quisquis erit amicus.

//////////

1 *Signum* edd. vett.

NOTÆ

1 *Sigma*] Lectum intellige Luna, 'Septem sigma capit; sex sumus; et sigma literæ majusculæ instar factum, cui octo convivæ accumbere poterant. Septem dixit lib. X. Epig. 48.

adde Lupum: laxè nempe et com-
mode.

LXXXVIII.

GUSTATORIUM.

FÆMINEAM nobis cherson si credis inesse,
Deciperis: pelagi mascula præda sumus.

Si putas nobis inesse cherson fæmineam, falleris: sumus præda mascula maris.

NOTÆ

Gustatorium] Genus est mensæ quæ testudinum putamiibus exornabatur. Plinius lib. IX. cap. 11. 'Testudinum putamina secare in laminas, lectosque et repositaria his vestire Corbilius Pollio instituit, prodigi et sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii.' Alii censent gustatorium esse idem quod repositorium, de quo Petronius

ait: 'Cum subito signum symphonia datur, et gustatoria pariter a choro rapiuntur.'

1 *Fæmineam cherson*] Hoc est, testudinem fæmineam terrestrem, quæ masculis et marinis inferior habebatur. Sic loquuntur gustatoria: sic intelligunt omnes interpretes.

LXXXIX.

MENSA CITREA.

ACCIPERE felices, Atlantica munera, sylvas:
Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Accipe pretiosa ligna dona Atlantica: qui affecerit muneribus aureis, afficiet minoribus.

NOTÆ

1 *Accipe felices*] Mensam citream interpretare ex Atlante, Mauritaniam monte. Vide lib. II. Epig. 43. Pe-

tronus Sat. 'Ecce Afris cruta terris Citrea mensa.'

XC.

MENSA ACERNA.

NON sum crispa quidem, nec sylvæ filia Mauræ:
Sed norunt lautas et mea ligna dapes.

Equidem non sum crispata, nec nata in sylva Maura: sed et epulæ præstantes cognite sunt meis lignis.

NOTÆ

1 *Non sum crispa*] Hoc est: Licet non sim citrea nec crispis venis pre-

tiosa, attamen ex acere arbore confecta proxime accedo ad citream.

XCI.

DENTES EBOREI.

GRANDIA taurorum portant qui corpora, quæris,
An Libycas possint sustinuisse trabes?

Rogas an valeant fulcire trabes Libycas, qui ferunt ingentia corpora taurorum?

NOTÆ

1 *Grandia tavorum*] Elephas enim eburnei facile mensam citream fulciant. Vide lib. II. Epig. 43. et Epig. 19. lib. Spect.
in arena exhibitus tauros dentibus
jactabat, atque ita elephantum dentes

XCII.

QUINCUPEDAL.

PUNCTA notis ilex, et acuta cuspide clausa,
Sæpe redemptoris prodere furta solet.

Ilex distincta signis, et munita cuspide acuta, sæpe consuevit manifestare latrocinia conductoris.

‘Al. *Quincupeda*, ut ‘*Decempeda*.’ *Marg. ed. Par. 1617.* ‘Alii *Quincupeda*, a mensura 5. pedum.’ *Schrevel.*

NOTÆ

Quincupedal] Cen quincupeda, perlose agerent.
tica scil. quinque pedum, qua moris 1 *Ilex*] Hoc est, pertica ex ilice
erat metiri ædificia, quæ extruenda distincta pedibus et digitis.
conducebant redemptores, ne scil. do-

XCIII.

PCCULA ARCHETYPÆ.

NON est ista recens, nec nostri gloria cœli:
Primus in his Mentor, dum facit illa, bibit.

Istud decus non est novum, nec nostri cœli. Mentor primus potavit, dum elaboravit illa.

1 *Non sunt vult de Rooy.* *Doricæ pro gloria* cod. in marg. ed. Par. 1617.—
2 *Merito pro Mentor* id. Ms.

NOTÆ

1 *Cali*] Quod est instrumentum nobilissimo cœlatore diximus lib. III.
cœlatorum: hoc est: Hæc pocula Epig. 41.
non sunt nostræ ætatis. De Mentore

XCIV.

CALICES.

NON sumus audacis plebeia toreumata vitri:
Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

Nos plebeia toreumata conficimur ex vitro audaci: nec nostra gemma frangitur aqua ferventi.

Addunt alii *audaces*. Vid. Turneb. xxx. 26.—1 *Nos* edd. Schrevel. Maitt. Barb. Adi Not. Var. et Delph.

NOTÆ

1 *Non* [*Nos*] *sumus*] Calices ex quodam vitri genere ‘*audaces*’ appellantur, quod se cum crystallinis conferre audeant: Plinius lib. xxxvi. cap. 26. vel quod facile non frangerentur. Junius legit, *Non sumus audacis plebeia toreumata vini*. Alii *vitri*. Hoc est: Non sumus ex eo vitro, unde *audaces* calices fiunt. Vide notam Salmasii

hic. Raderus existimat non agi de *audacibus* calicibus, sed *fictilibus* ex argilla, et ligno, quales erant *fraxinei* *buxei*.

2 *Nostra nec ardentis*] Lib. xii. Epig. 74. ‘Nullum sollicitant hæc, Flacce, *toreumata* *furem*, Et nimium calidis non vitiantur *aquis*.’

XCV.

PHIALA AUREA CÆLATA.

QUAMVIS Callaico rubeam generosa metallo,
Glorior arte magis: nam Myos iste labor.

Licet nobilis rubeam metallo Callaico, plus ostento me ab arte: istud enim est opus Myos.

2 ‘Antea inepte legebatur *meus i. l.*’ Schrevel. Sic edd. vett. et Maitt.

NOTÆ

1 *Quamvis*] Licet enim, inquit *phiala*, sim confecta ex auro *Callaico*, de quo lib. x. Epig. 16. tamen præ-

stantior sum propter artificium *Myos*, nobilissimi artificis; de quo lib. viii. Epig. 51.

XCVI.

CALICES VATINII.

VILIA sutoris calicem monumenta Vatinii
Accipe: sed nasus longior ille fuit.

Accipe calicem, opera futilia Vatinii sutoris: sed ille nasus longior fuit.

Vatini edd. vett.—1 *Calices*: vid. Var. Not.—2 *Ipsè* vult de Rooy.

NOTÆ

1 *Calicem*] Alii *calices*, qui habebant quatuor ansas seu nasos. Juven. Sat. v. ‘Tu Beneventani sutoris nomen habentem *Siccabis* calicem nasorum quatuor,’ &c. De his dictum lib. x. Epig. 3. ‘*Vatiniorum* *proxineta* *fractorum*.’ Tacitus lib. xv. ‘*Vatinius* inter *frædissima* ejus *aulæ* [supple

Neronis] fuit *sutrinæ* *tabernæ* *alumnus*, corpore detorto, *facetiis* *scurrilibus*,’ &c. *Calices* *Vatini* dicti sunt, quod *nasuti* essent, ut ille *Vatinus*.

2 *Sed nasus*] *Vatini* scilicet, quem ut *acrem* et *sagacem* *calumniatorem* forte notat, vel *deridit* tantum.

C.

PANACA.

SI non ignota est docti tibi terra Catulli,
Potasti testa Rhætica vina mea.

Si non ignoras terram eruditi Catulli, bibisti Rhætica vina mea testa.

NOTÆ

Panaca] Panacos populos Rhætiae affirmat Raderus, de quibus nihil reperi; unde Panaca testa.

1 *Terra Catulli*] Veronam usque patriam Catulli, pertinebat Rhætia, hodie *les Grisons*, ubi vinum genero-

sum. Suetonius in Augusto cap. 77. 'Et maxime delectatus est Rhætico,' supple vino. Et Virgilius II. Georg. 'Et quo te carmine dicam, Rhætica? nec cellis ideo contendere Falernis.'

CI.

BOLETARIA.

CUM mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis, pudet heu, servio coliculis.

Cum boleti mihi imposuerint nomen tam præstans, heu erubesco, servio coliculis primo succisis.

2 *Cauliculis* in marg. ed. Langii.

NOTÆ

1 *Cum mihi*] Nempe a boletis dicitur boletarium, patina scilicet in qua boleti ponebantur. De boletis vide lib. XIII. Epig. 48.

2 *Prototomis*] Hoc est, caulibus

teneris, et qui primi succiduntur: lib. X. Epig. 48. Porro conqueritur boletarium, quod etiam inserviat ad ferendos coliculos, boletis longe inferiores.

CII.

CALICES SURRENTINI.

ACCIPERE non vili calices de pulvere natos:
Sed Surrentinæ leve toreuma rotæ.

Accipe pocula non facta ex vili pulvere, sed politum toreuma rotæ Surrentinæ.

NOTÆ

1 *Sed Surrentinæ*] Surrentum, alii Surrentum, Picentinarum urbs juxta Tyrrenum Mare, hodie *Sorrento*, ubi

terra est poculis conficiendis optima. De toreumate dictum lib. IV. Epig. 39.

CIII.

COLUM NIVARIUM.

SETINOS, moneo, nostra nive frange trientes :

Pauperiore mero tingere lina potes.

Moneo debiles trientes Setinos nostra nive: licet transmittere vinum vilius per lina.

NOTÆ

Colum nivarium] Vas erat, in quod injiciebantur nives, deinde vinum infundebatur, cujus vis sic frangebatur.

1 *Setinos trientes*] Hoc est, vinum Setinum, de quo lib. XIII. suo lem-

mate diximus.

2 *Pauperiore mero*] Id est, lino, seu saccis linteis, non colo, refrigerandum. Est vinum vilius Setino. Vide Epigramma sequens.

CIV.

SACCUS NIVARIUS.

ATTENUARE nives norunt et lintea nostra :

Frigidior colo non salit unda tuo.

Possunt et nostra lintea cliquare nives; aqua non exit frigidior ex tuo colo.

NOTÆ

1 *Attenuare*] Saccus linteus inferior erat colo nivario, quod vas erat vino refrigerando idoneum: attamen

aqua sacco transmissa non minus quam colo refrigerabatur. Vide lib. XII. Epig. 60. et lib. II. Epig. 40.

CV.

URCEOLI MINISTRATORII.

FRIGIDA non desit, non deerit calda petenti :

Sed tu morosa ludere parce siti.

Frigida non deficiat, calida non deficiet rogantem: at tu cessa jocari siti difficili.

NOTÆ

Urceoli] Bayfius de Vasculis sic ait: Urceus, cujus diminutivum urceoli, vas aquarium, ut tamen urceus esset vas ad frigidam, urceoli ad caldam: inde urceoli ministratorii apud Martialem. Vide Epig. 116. 117. et

118.

2 *Sed tu morosa*] Hoc est, Tu ne nimis delicatus et difficilis sis in commixtione aquæ frigidæ et calidæ cum vino.

CVI.

URCEUS FICTILIS.

HIC tibi donatur panda ruber urceus ansa :
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Hic urceus ruber tibi datur ansu incurva: Stoicus Fronto hoc urceo poscebat aquam frigidam.

2 Alii bibebat.

NOTÆ

1 *Ruber*] A terra scilicet vel igne. cujus meminit Poëta lib. 1. Epig. 56.

2 *Stoicus Fronto*] Forte ille est, Plures enim Frontones fuere.

CVII.

CALATHI.

Nos Satyri, nos Bacchus amat, nos ebria tigris,
Perfusus domini lambere docta pedes.

Nos Satyrus, nos Bacchus, nos temulenta tigris diligit, instituta lambere madidos pedes domini.

NOTÆ

1 *Nos Satyri*] Calathorum usus curata tigris magistri pedes lambit;
fuit in sacris Bacchi et Satyrorum. Epig. 18. Spect. 'Lambere securi
Vide Eclog. v. Virgilii. dextram consueta magistri, Tigris ab

2 *Perfusus domini*] Vino enim ci- Hyrcano gloria rara jugo.'

CVIII.

CALICES SAGUNTINI.

QUÆ non sollicitus teneat servetque minister,
Sume Saguntino pocula ficta luto.

Accipe calices fictos ex terra Saguntina, quos non gestet et custodiat servus anxius.

NOTÆ

1 *Quæ non*] Saguntum urbs est in fierent, jam diximus lib. 14. Epig. 46.
Hispania Tarraconensi, hodie *Morde*. Erant vilioris pretii, atque ita servus
dre. De poculis fictilibus, quæ illic illa frangere non metuit.

CIX.

CALICES GEMMATI.

GEMMATUM Scythicis ut luceat ignibus aurum,
Aspice : quot digitos exuit iste calix !

Ut aurum gemmatum splendeat Scythicis flammis, vide quot digitos spoliavit hoc poculum.

NOTÆ

1 *Scythicis ignibus*] Hoc est, smaragdus. Sic locutus est Poëta, lib. XII. Epig. 15. Vide lib. IV. Epig. 28. 'Indos sardonychas, Scythas smaragdus.'

2 *Quot exuit*] Digitis enim gemmæ detrahebantur, ut poculis insererentur. Juven. Sat. v. 'Nam vitro, ut multi, gemmas ad pocula transfert A digitis.'

CX.

AMPULLA POTORIA.

HAC licet in gemma, quæ servat nomina Cosmi,
Luxuriose, bibas, si foliata sitis.

O intemperans, si sitis foliata, potes potare in hac gemma, quæ habet nomen Cosmi.

//////////

1 *Gemmatis fruatque* Beverlandi Ms. pro *gemma, quæ servat.*

NOTÆ

1 *Quæ servat*] Nimirum Cosmiana dicta a Cosmo unguentario. 'Et Cosmianis ipse fusus ampullis : ' et lib. XI. Epig. 50. 'Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx.' Ampulla vas erat unguentarium ; sed luxus eo devenerat, ut ad bibendum illa nterentur Romani. Plinius lib. III. cap. 3.

'At hercule jam quidem etiam in potu addunt.' Supple, unguenta exotica.

2 *Si foliata*] Quæ sic explicat Plinius lib. XIII. cap. 1. 'Nardinum sive foliatum constat omphacio, balanino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo.'

CXI.

CRYSTALLINA.

FRANGERE dum metuis, frangis crystallina : peccant
Securæ nimium sollicitæque manus.

Dum times frangere crystallina, frangis : manus nimis securæ et nimis anxie peccant.

1 Alii legunt: *peccat Secura nimium, sollicitaque manu.* Peccus in marg. ed. Langii.

NOTE

Crystallina] Crystallus est glacies gelata longo tempore et denso frigore; de qua fuse Plinius lib. xxxvii. cap. 2.

1 *Peccant Securæ*] E manibus servi nimium solliciti, sic et negligentis excidunt crystallina, quæ valde fragilia sunt.

CXII.

NIMBUS VITREUS.

AB Jove qui veniet, miscenda ad pocula largas
Fundet nimbus aquas: hic tibi vina dabit.

Nimbus, qui mittetur a Jove, fundet aquas copiosas ad temperandos calices; hic porriget tibi vina.

2 Pro tibi in marg. ed. Par. 1617. legitur quoque.

NOTE

2 *Fundet nimbus*] Hoc est, imber e vitreum sic dictum, vino servando cælo decidens, idoneum.

Hic] Nimbus, qui erat poculum

CXIII.

MYRRHINA.

SI calidum potas, ardenti myrrha Falerno
Convenit, et melior fit sapor inde mero.

Si bibis calidum, myrrha congruit Falerno ardenti, atque illinc merum trahit saporem gratiorem.

Murrina inscribitur in nonnullis, quod defendit Salmas. Vid. Var. Not.—
2 *Fit* marg. ed. Langii.

NOTE

1 *Si calidum potas*] Vide lib. ix. Epig. 74. lib. xiii. Epig. 10. et Plinius lib. xxxvii. cap. 2. 'Oriens murrhina mittit: inveniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignibus, maxime Parthici regni: præcipue tamen in Carmania. Humorem putant

sub terra calore densari.' Fuse explicat Raderus, quid sint murrhina. Græce *μούρρινα* et *μύρρινα*: Græci enim sæpe u Latinum diphthongo *ou*, vel vocali *o*, vel *v*, efferunt, ut *Λούκουλος*, *Πόπλιος*, *Τύλλος*. Alii legunt *myrrhina* propter *v*.

CXIV.

PATELLA CUMANA.

HANC tibi Cumano rubicundam pulvere testam,
Municipem misit casta Sibylla suam.

Pudica Sibylla ad te misit hanc testam suam municipem rubram Cumano pulvere.

1 *Hæc Beverlandi Ms. Cumanæ rubicunda idem. Testæ id.*—2 *Pro casta idem charta.*

NOTE

1 *Hanc tibi Cumano]* Plinius lib. 2 *Municipem]* Hoc est, factam Cumano xxxv. cap. 12. ‘Nobilitantur iis,’ mis, hodie *Cuma*: ubi erat Sibylla, de fictilibus nempe, ‘oppida quoque, ut qua diximus lib. ix. Epig. 30. Rhegium et Cumæ.’

CXV.

CALICES VITREI.

ASPICIS ingenium Nili: quibus addere plura
Dum cupit, ah, quoties perdidit auctor opus!

Vides solertiam Ægyptiorum, quibus adjungere plura dum vult artifex, ah, quoties fregit opus!

2 *Faciens pro quoties cod. Beverl.*

NOTE

1 *Aspicis ingenium Nili]* In Ægypto tificio. Vide Turnebum lib. x. cap. enim calices vitrei fiebant miro ar- 23.

CXVI.

LAGENA NIVARIA.

SPOLETINA bibis, vel Marsis condita cellis:
Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ?

Potas Spoletina vina vel reposita in cellis Marsis; quorsum pretiosum frigus aquæ decoctæ?

Inscriptio in cod. Thuan. est *Lacona nivata.*

NOTE

1 *Spoletina]* De Spoletino et Marsica vino dictum lib. xiii. Epig. 120. et 121. rata pretiosa habebatur, et præstantissimo tantum vino conveniebat? Viliora autem erant Spoletina et Marsica.
2 *Quo tibi]* In quem usum erit tibi aqua decocta, et quæ deinde refrige-

CXVII.

NIVES.

NON potare nivem, sed aquam potare rigentem
De nive, commenta est ingeniosa sitis.

Sitis industria excogitavit non bibere nivem, sed rigentem aquam ex nive.

//////////

Aqua nivea ed. Barb. tam fere solitudinis amans et aliarum edd. societatem exosa.

NOTE

1 *Non potare nivem*] Sed aquam de- cipis inventum est, decoquere aquam,
coctam ex nivibus, et refrigeratam. vitroque demissam in nives refrige-
Plinius xxxi. cap. 3. 'Neronis prin- rare.'

CXVIII.

IDEM.

MASSILIÆ fumos miscere nivalibus undis
Parce, puer, constet ne tibi pluris aqua.

O serve, noli infundere aquas nivales vino fumoso Massiliæ, ne pluris emas aquam.

//////////

1 *Fumum* in marg. ed. Langii.

NOTE

1 *Massiliæ fumos*] De vino Massi- 2 *Constet ne*] Aqua enim decocta
liæ fumoso diximus lib. x. Epig. 36. erat carior hujusmodi vino.
et lib. xiii. Epig. 123.

CXIX.

MATELLA FICTILIS.

DUM poscor crepitu digitorum, et verna moratur:
O quoties pellex culcita facta mea est!

Dum pector crepitu digitorum, et servus cunctatur, o quoties culcita perfusa est.

NOTE

1 *Poscor crepitu*] Lib. iii. Epig. 82. 2 *Pellex culcita*] Quia loco ma-
'Digni crepantis signa novit eu- tellæ urina perfundebatur ipsa cul-
nuchus.'

CXX.

LIGULA ARGENTEA.

QUAMVIS me ligulam dicant equitesque patresque,
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Licet ligula denominer ab equitibus et patribus, appellor lingula ab imperitis grammaticis.

NOTÆ

Ligula] A lingua deducitur: tamen usus invaluerat ut *ligula*, non *lingula*, diceretur, quam Gellius lib. x. cap. 25. definit 'gladiolum in speciem iunguæ factum.' Sic Poëta carpit

grammaticos, qui, usu neglecto, nominis etymologiæ pertinaciter adhærent. *Ligula* est etiam mensuræ genus. Vide lib. v. Epig. 19.

CXXI.

COCHLEARIA.

SUM cochleis habilis, sed nec minus utilis ovis:
Numquid scis, potius cur cochleare vocer?

Sum idonea cochleis, sed nec minus utilis ovis: novistine cur potius dicar cochleare?

Cochleare cod. Beverl.

NOTÆ

Cochlearia] Supple 'ligula,' inquit Farnabius. Ad quid enim referretur 'habilis' et 'utilis?' Mihi vero videtur Poëta σολοικίζειν: aut mendum est in lemmate.

2 *Cur cochleare*] Gallice *cuiller*, sorbendis ovis non minus quam coch-

leis inservit. Sed quia, inquit Raderus, ad usum cochlearum primum inventum reor, nomen inde retinuit potius, quam ab ovis accepit. Aut, ut ait Domitius, *cochlearia* 'appellata sunt a specie' cochlearum, non ab alicujus cibi usu.

CXXII.

ANNULI.

ANTE frequens, sed nunc rarus nos donat amicus:
Felix cui comes est non alienus eques.

Antea multi, at nunc pauci amici nos dant: beatus qui habet comitem equitem non alienum.

Anuli edd. antiquæ. Antiqui, teste Festo, scribebant *Anulus*.—1 *Mittit* Par. 1617. in marg.—2 *Comis* cod. Beverl.

NOTE

1 *Ante frequens*] Hoc distichum sic explicat Turnebus lib. ix. cap. 24. Ante dicit solitos esse divites multis censum equestrem supplere, annulosque aureos dare, qui equitum erant gestamina, quod ætate sua rarum queritur: verumtamen felicem dicit qui comitem habet 'equitem non alienum,' sed suum, quem ipse sua liberalitate equestri censu donato equitem fecerit. Vide lib. v. Epig. 19. 'Aut quem prosequitur non alienus eques?'

CXXIII.

DACTYLIOTHECA.

SÆPE gravis digitis elabitur annulus unctis:

Tuta mea fiet sed tua gemma fide.

Sæpe annulus ponderosus excidit digitis unctis: at tua gemma tuto committetur meæ custodia.

NOTE

1 *Sæpe gravis*] Juv. Sat. i. in Crispinum: 'Cum verna Canopi Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum, Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ.' De 'dactylotheca' seu 'dactylotheca' diximus lib. xi. Epig. 59.

CXXIV.

TOGA.

ROMANOS rerum dominos, gentemque togatam

Ille facit, magno qui dedit astra patri.

Ille constituit Romanos dominos rerum, et gentem togatam, qui cælo donavit magnum genitorem.

NOTE

1 *Romanos*] Versus est Virgilli i. Æneid. 'Gentemque togatam.' Populum Romanum intellige, qui toga utebatur, de qua sæpius supra.

2 *Qui dedit*] Domitianum intellige, qui Vespasiano suo patri mortuo divinos honores tribuit, et Flaviæ genti templum condidit, de quo lib. ix. Epig. 2. Alii intelligunt Augustum, qui Julium Cæsarem patrem suum adoptivum publice in numerum Deorum retulit. Sed malim Domitianum interpretari.

CXXV.

IDEM.

SI matutinos facile est tibi rumpere somnos,
Attrita veniet sportula sæpe toga.

Si potes libenter vigilare mane, sæpe accipies sportulam toga attrita.

~~~~~

2 *A trita Salmas. Pro sæpe, in marg. ed. Langii multa.*

NOTE

1 *Si matutinos*] Hoc est, si salutaciones matutinas obire potueris, accipies quidem sportulam, sed togam atteres. Vide lib. XIV. Epig. 26.

## CXXVI.

ENDROMIS.

PAUPERIS est munus, sed non est pauperis usus:  
Hanc tibi pro læna mittimus endromida.

*Est donum egeni, sed non est usus egeni: ad te mittimus hanc endromida pro togula.*

~~~~~

2 *Togula in edd. vett. Gruterus ex Bong. et Palat. læna, et subscribit Arond. Cæna cod. Beverl.*

NOTE

1 *Sed non est*] Endromide enim in lib. IV. Epig. 19. Erat vestis vilgymnasiis utebantur divites. Vide losa.

CXXVII.

CANUSINÆ FUSCÆ.

HÆC tibi turbato Canusina simillima mulso
Munus erit: gaude: non cito fiet anus.

Hæc Canusina simillima mulso turbido donum tibi dabitur: lætare, diu durabit.

NOTE

Canusinæ] Lanæ mulsi turbidi colorem referebant. Canusium vero Apulorum Dauniorum oppidum, hodie *Canola*, unde lanæ *Canusinæ*.
2 *Non cito fiet anus*] Hoc est, vestis ex hac lana confecta non cito detur.

CXXVIII.

BARDOCUCULLUS.

GALLIA Santonico vestit te bardocucullo :
Cercopithecorum pænula nuper erat.

Gallia te induit bardocucullo Santonico, nuper erat pænula Cercopithecorum.

1 *Santigo* cod. Thuan.

NOTÆ

1 *Gallia Santonico*] Bardocucullus utebantur Romani cum plueret. Erat vestis erat vilior, de qua lib. I. Epig. 54. Fiebat apud Santones, Galliæ lib. I. Epig. 93. 'Dimidiasque nates Aquitanicæ populos, hodie *Saintonge*. Gallica palla tegit.' Unde confert illam tunicæ, qua amiciuntur simiæ.

2 *Cercopithecorum*] Qui simiæ sunt caudatæ: Epig. 202. infra. Pænula

CXXIX.

CANUSINÆ RUFÆ.

ROMA magis fuscis vestitur, Gallia rufis :
Et placet hic pueris militibusque color.

Roma magis induitur fuscis vestibus, Gallia rufis: et pueri et milites amant hunc colorem.

NOTÆ

Canusinæ] Viri Romani utuntur vestibus fusci coloris; Galli rufis e lana Canusina; et tamen pueri nostri gaudent rufo hoc colore, ut et milites ex instituto Laconum, quibus hic color in bello placebat, ne per vulnera effluens sanguis in vestibus alterius coloris incenteret suis terrorem, hostibus adderet animum, &c. *Farnabius*.

CXXX.

PÆNULA SCORTEA.

INGREDIARE viam cœlo licet usque sereno;
Ad subitas nunquam scortea desit aquas.

Quantvis semper suscipias iter cœlo sereno, nullo in loco scortea desit ad imbres repentinos.

2 Alii *nusquam*.

NOTÆ

Pænula] Vestis scilicet ad arcendam pluviam scortea dicitur: hoc est, facta ex pelle 'Omnia namque ex pellibus facta scortea appellantur.' *Festus*.

CXXXI.

LACERNÆ COCCINEÆ.

SI Veneto, Prasinove faves, quid coccina sumis?

Ne fias ista transfuga sorte, vide.

Si studes factionibus Veneti, aut Prasini, cur induis coccina? Cave ne transfuga fias ista optione.

Coccinæ malit Conradus Gesnerus, quod etiam in Ms. Beverl.—1 Pro vulg. qui c. sumis cod. Beverl. quid c. sumes.—2 Fiant in marg. ed. Par. 1617.

NOTÆ

1 *Si Veneto*] De his factionibus dictum lib. x. Epig. 48. Color Prasinus est viridis, Venetus vero cæruleus: qui ergo vestem coccineam induebat, neutri factioni favere videbatur: sic una vincente, alteri acclamare atque adeo transfuga fieri poterat.

2 *Ista sorte*] Hoc est, electa hac lacerna coccinea, qua utebantur veteres ad arcendum frigus et pluviam.

CXXXII.

PILEUS.

SI possem, totas cuperem misisse lacernas:

Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

Si possem, optarem mittere totas lacernas: nunc mitto duntaxat dona tuo capiti.

Teilleum cod. Thuan.

NOTÆ

1 *Si possem*] Paupertatem excusatus egenus quod non mittat lacernas, quibus totum corpus tegi posset.

2 *Capiti munera*] Pileum nempe, de quo diximus lib. xi. Epig. 7.

CXXXIII.

LACERNÆ BÆTICÆ.

NON est lana mihi mendax, nec mutor aëno:

Si placeant Tyriæ, me mea tinxit ovis.

Non habeo lanam fucosam, nec tingor aëno: hoc modo gratæ sint Tyriæ, colorata sum a mea ove.

2 *Sic p.* in edd. antiquis.

NOTÆ

1 *Non est lana*] De lana Bætica lib. i. Epig. 97. et lib. viii. Epig. 28. quæ nativo suo colore erat nobilis.

2 *Si [Sic] placeant*] Hoc est, esto placeat lana Tyria infecta purpura.

CXXXIV.

FASCIA PECTORALIS.

FASCIA crescentes dominæ compesce papillas,
Ut sit quod capiat nostra, tegatque manus.

O fascia cohibe mammas extuberantes, ut sit quod contineat nostra manus, atque abscondat.

1 *Luctantes* Heins. ad Ovid. Rem. Amor. vs. 338. al. *surgentes*. Scriv. ad Pervig. V. *turgentes*.—2 *Faciat pro capiat* in marg. ed. Langii.

NOTÆ

2 *Ut sit quod*] Intra modum extumescentes papillæ gratiores sunt: nec enim inanimosæ puellæ placent.

CXXXV.

CÆNATORIA.

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota:
Hic opus est pictis accubuisse toris.

Nec cognoscimus fora, nec vadimonia: munus est hic accumbere lectis pictis.

2 Legunt alii *Hoc opus*.

NOTÆ

Cænatoria] Nentro genere ponuntur, ut lib. x. Epig. 87. 'Cænatoria mittat advocato.'

1 *Nec fora sunt*] Veste enim cænatoria domi tantum utebantur Romani. Vadimonium est sponsio quædam sistendi se iudicio ad diem præstituta.

2 *Hic opus est*] Hoc est, Inservimus tantum convivis, qui lectis pictis accumbunt.

CXXXVI.

LÆNA.

TEMPORE brumali non multum levia prosunt:
Calfaciunt villi pallia vestra mei.

Glabra non valde utilia sunt hyberno tempore: pallia vestra calefiunt meis pilis.

Lena in edd. vett.—1 *Tania* cod. Beverl. alii *linea*.—2 *Nostra* in marg. ed. Par. 1617. Pro *mei* in cod. Beverl. *senet*.

NOTÆ

Læna] Vestis nempe, quæ palliis superinduebatur hyeme, de qua lib. xii. Epig. 36. 'Argentemque togam, brevemque lænam.'
 1 *Levia*] 'Qualia sunt serica, bombycina, linea.' *Farnabius*.
 2 *Calfaciunt villi*] Hoc est, calorem fovent. Bayfius: Nec hoc loco omiserim Gallos olim solitos sagis villosis uti, quas lænas appellabant.

CXXXVII.

LACERNÆ ALBÆ.

AMPHITHEATRALES nos commendamur ad usus,
 Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Nos laudamur ad usus spectaculorum, cum togæ frigidæ operiuntur nostra lacerna.

L. albetica cod. Thuan.—1 *Amphitheatrali* Beverlandi Ms. *Ab usu idem*.—
 2 *Alba lacerna* ed. Barbon. Schrev. et Maitt. *Alba lacerna comas* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Amphitheatrales*] Vide lib. iv. Epig. 2. 'Spectabat modo solus inter omnes Nigris munus Horatius lacernis,' &c. Togis vero superinduebantur lacernæ ad arcenda frigora.

CXXXVIII.

GAUSAPA VILLOSA, VEL MANTILE.

NOBILIUS villosa tegant tibi lintea citrum:
 Orbibus in nostris circulus esse potest.

Lintea villosa tibi operiant citrum præstantius: potest esse circulus in mensis nostris.

Mutete cod. Thuan. *Gausapa villosa, vel mantele* ed. Schrev.—1 *Tegunt* in marg. ed. Langii.

NOTÆ

1 *Nobilius*] Hoc distichum sic explicat Turnebus lib. ix. cap. 24. Mantilibus, inquit, tibi villosis et gausapa opus est, ut nobilis tua citrea mensa vindicetur ab inquinamento maculæ: mea vilis mensa, quæ maculam non reformidat, et in qua potest esse circulus, rotundaque labes, quam repositoria et paropsides sæpe faciunt, nihil indiget vindice mantili. Alii dicunt, 'gausape, gausapis,' neutrius; alii, 'gausapum, gausapi;' alii, 'gausapa, gausapæ.' Videat lector. 'Gausape' magis placet. Vide lemma Epig. 152. infra.

CXXXIX.

CUCULLI LIBURNICI.

JUNGERE nescisti nobis, o stulte, lacernas :

Indueras albas, exue callainas.

O demens, non novisti nobis jungere lacernas convenientes: indueras candidas, exue callaicas.

//////////

Fiburnici cod. Thuan.—2 *Callaicas* vulgg. Scriverius legit *Callainas* a Callai gemma, Sapphiri æmula: quod etiam rectum censet doctus Annotator in marg. ed. Langii.

NOTÆ

Cuculli Liburnici] Liburnia. Illyridis regio. Lazius *Crabaten* et *Krayn*, Pinetus *Contado di Zura* indigitat. Huic suffragatur Vegetius qui dicit Liburniam Dalmatiæ partem esse. Ortelius. Porro ex lana Liburniæ pallia cucullata fiebant rufa, unde Poëta dicit lacernas albas male jungi cucullis Liburnicis, utpote quæ eorum

colore rufo inficiantur.

2 *Exue callainas* [*callaicas*] Hoc est, rufas. Similes nempe auro callaico, de quo dictum Epig. 95. supra. Alii legendum putant *callainas* ex veteri codice, id est, cœruleas, qui color Venetus dicebatur, a Calai gemma quæ sapphirum imitatur.

CXL.

UDONES CILICII.

NON hos lana dedit, sed olentis barba mariti :

Cinyphio poterit planta latere sinu.

Hi non facti sunt ex lana, sed ex barba olidi mariti: pes poterit abscondi Cinyphio sinu.

//////////

2 *Poterant* in marg. ed. Langii.

NOTÆ

Udones] Genus est calceamenti quo nempe utebantur Cilices.

1 *Olentis mariti*] Hoc est, hirci. Virgilius: 'Vir gregis ipse caper.'

2 *Cinyphio sinu*] Hoc est, pilis hircinis. Nam hirci Cinyphii sunt dicti

a Cinypho Africæ fluvio, ad quem sunt magna copia. *Domitius*. Vide Epig. 95. lib. VII. 'Tonsor Cinyphio Cilix marito.' Ubi egimus de illo fluvio.

CXLI.

SYNTHESIS.

DUM toga per quinas gaudet requiescere luces,
Hos poteris cultus sumere jure tuo.

Dum toga gaudet requiescere per quinque dies, poteris jure tuo accipere hæc ornamenta.

NOTÆ

Synthesis] Vestis qualicebat uti per Vide Epig. 1. supra.
quinque legitimos Saturnaliorum dies.

CXLII.

FOCALE.

SI recitaturus dedero tibi forte libellum,
Hoc focale tuas asserat auriculas.

Si ego recitaturus tibi forte donavero libellum, hoc focale vendicet tuas auriculas.

2 *Focelle* cod. Beverl. *Asseris id. Tuis afferet auriculis* Thuan.

NOTÆ

2 *Hoc focale tuas]* Fascia nempe ex carmina audiret. Vide Epig. 41. lib.
lana qua obstrueret aures, ne mala iv.

CXLIII.

TUNICÆ PATAVINÆ.

VELLERA cum sumant Patavinæ multa trilices,
Et pingues tunicas serra secare potest.

Cum trilices Patavinæ sint contextæ ex multa lana, et crassæ tunicæ possunt secari serra.

1 *Consumunt* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Patavinæ]* Ex triplici nempe licio fornice, sed serra veluti asseres secarentur.
contextæ tunicæ tam densæ, ut non

CXLIV.

SPONGIA.

HÆC tibi sorte datur tergendis spongia mensis
 Utilis, expresso cum levis imbre tumet.

Hæc spongia sorte tibi donatur idonea emaculandis mensis, cum levis turget aqua expressa.

2 *Umbra* cod. Beverl.

NOTE

1 *Sorte datur*] Per sortem datum fuisse hoc munus videtur. Vide Epig. 170. infra. 'Hæc illi sine sorte datur.'

2 *Cum levis*] Vide Epig. 47. lib. XIII. 'Ut levis accepta spongia turget aqua.'

CXLV.

PÆNULA GAUSAPINA.

Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est,
 Ut me vel media sumere messe velis.

Habeo eum nitorem, et tantam pulchritudinem villorum, ut cupias me induere vel media æstate.

2 *Veste* cod. Beverl.

NOTE

2 *Ut me vel media*] Hyeme Romani utebantur gausapinis: Epig. 59. lib. VI. 'Et dolet, et queritur, sibi non contingere frigus Propter sexcentas Baccara gausapinas.' At hæc pænula gausapina tam nitida erat, ut vel æstate potuerit esse usui.

CXLVI.

CERVICAL.

TINGE caput nardi folio, cervical olebit:
 Perdidit unguentum cum coma, pluma tenet.

Imbue caput folio nardi, pulvinus fragrabit: cum capilli amiserunt unguentum, pluma servat.

1 *Tange* malit De Rooy. *Unge* Thuan. *Pinge* Beverlandi Ms. Ex Ms. Gruterus legit *Cosmi folio*. *Cosmi filo* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Nardi folio*] De hoc unguento mentionem sæpius fecimus: un-
dictum Epig. 110. supra. Legunt unguento autem madidi capilli imbuunt
alii, *Cosmi folio*, unguentarii cujus quoque pulvinaum.

CXLVII.

CUBICULARIA GAUSAPINA.

STRAGULA purpureis lucent villosa tapetis :

Quid prodest, si te congelat uxor anus ?

*Stragula villosa splendent tapetis purpureis: quid proficit, si conjux vetula glacie
astringit te?*

//////////

2 *Contegat* Scriver. *Contegit* marg. ed. Langii.

NOTÆ

Cubicularia gausapina] Villosa nempe possunt vincere frigus vetulæ uxoris.
cubiculi stragula vel calidissima non

CXLVIII.

LÖDICES.

NUDO stragula ne toro paterent,

Junctæ nos tibi venimus sorores.

Ne stragula viderentur lecto non operto, nos sorores junctæ ad te accedimus.

NOTÆ

1 *Nudo*] Lodicibus totus lecti ap- gemmæ in opertorium coëuntes.
paratus contegebatur. Erant autem Hunc usum ex se docent. *Domitius*.

CXLIX.

AMICTORIUM.

MAMMOSAS metuo: teneræ me trade puellæ,

Ut possint niveo pectore lina frui.

*Reformido mammosas: dona me puellæ blandæ, ut lina queant potiri pectoris
nivei.*

NOTÆ

2 *Lina*] Ex quibus confectum erat amictorium, pectoris iudumentum.

CL.

CUBICULARIA POLYMITA.

HÆC tibi Memphitis tellus dat munera: victa est
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

Terra Memphitica tibi largitur hæc dona: acus Babylonis superata est pectine Ægyptio.

Cubicula polemata Thuan.

NOTÆ

Cubicularia polymita] Vestem intel- 1 *Victa est*] Hoc est, vestes ab
lige multis filis contextam: *μίτρος* Ægyptiis tanto artificio contextæ
enim filum significat. De urbe Mem- sunt, ut vestes Babylonias acu pictas
phi dictum Epig. 1. lib. Spect. superent.

CLI.

ZONA.

LONGA satis nunc sum: dulci sed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona brevis.

Nunc sum satis longa: at si uterus turgeat suavi pondere, tunc ero tibi zona brevis.

NOTÆ

1 *Longa satis*] Cingulum puellæ est, fœtu. Si vero zonam virilem in-
datum sic loquitur. telligas, dulce pondus erit referen-
Dulci sed] Si gravida fiat puella, dum ad gulæ et ventris sarcinas. Pla-
zona brevior fiet. *Dulci pondere*, hoc cet prior interpretatio.

CLII.

GAUSAPE QUADRATUM.

LODICES mittet docti tibi terra Catulli:
Nos Helicaonia de regione sumus.

Patria eruditi Catulli mittet ad te stragulas: nos sumus de regione Helicaonia.

2 *Lycæonia* in marg. ed. Langii.

NOTÆ

1 *Terra Catulli*] Verona. stragulum erat militare crassioris
Nos Helicaonia] Hoc est Patavina. fili.
Vide Epig. 93. lib. x. Gausape vero
Delph. et Var. Clas. *Murtial.* 3 U

CLIII.

SEMICINCTIUM.

DET tunicam dives : ego te præcingere possum.

Essem si locuples, munus utrumque darem.

Pecuniosus donet tunicam : ego possum præcingere te. Si essem opulentus, largirer utrumque donum.



1 *Locuples* in marg. ed. Langii.—2 *Dives* in eodem.

NOTÆ

Semicinctium] Gallice *tablier*. inior, quam, ut mihi videtur, tunicam
 2 *Essem si locuples*] Inquit Poëta, lineam, vel imam dicere possumus.
 Darem tunicam et semicinctium. Tunicam accipe pro ea quæ carni prox-
 Bayfins.

CLIV.

LANÆ AMETHYSTINÆ.

EBRIA Sidoniæ cum sim de sanguine conchæ,

Non video, quare sobria lana vocer.

Cum sim temulenta de sanguine conchæ Sidoniæ, non mihi liquet cur appeller lana sobria.



1 *De* : vide Ovid. p. 3774. nostræ ed.

NOTÆ

1 *Ebria Sidoniæ*] Ludit in etymologia amethystinæ lanæ: ἀμέθυστος sobrius dicitur : est etiam gemma quæ purpureum colorem refert : lanæ autem purpura tinctæ dicuntur ebrïæ murice : hoc est, Cum bibam sanguinem muricis, cur vocor sobria ? Sidon autem Palæstinæ urbs maritima, hodie *Said*, ubi magna concharum copia, quarum sanguine color purpureus efficiebatur.

CLV.

LANÆ ALBÆ.

VELLERIBUS primis Apulia, Parma secundis

Nobilis : Altinum tertia laudat ovis.

Apulia habet primas lanas, Parma secundas : tertia ovis commendat Altinum.

NOTÆ

1 *Velleribus*] Lanæ albæ primas quam Villanovanus *Torcello* dici ait, tenet Apulia; secundas Parma, urbs nota ad Padum; tertias Altinum, quod est Venetiæ mediterranea urbs, *Altino* retinere putarim. *Ortelius*.

CLVI.

LANÆ TYRIÆ.

Nos Lacedæmonia pastor donavit amicae :

Deterior Ledæ purpura matris erat.

Pastor nos dedit amicae Lacedæmonia: purpura Ledæ genitricis erat inferior.

NOTÆ

1 *Nos Lacedæmonia*] Hoc est: Pastor Paris Helenæ dedit purpuram Tyriam, quæ Lacedæmonia pretiosior erat. 2 *Deterior Ledæ*] Quæ nempe purpura Laconica erat indita, qua nobilior est Tyria: Leda autem fuit mater Helenæ, &c.

CLVII.

LANÆ POLLENTINÆ.

NON tantum pullo lugentes vellere lanas,
Sed solet et calices hæc dare terra suos.

Hæc terra non solet tantum donare lanas tristes nigro vellere, sed et sua pocula.

Pollinæ cod. Thuan.

NOTÆ

Lanæ Pollentina [*Polentina*] Alii, Silius: 'Vercellæ, fuscique ferax *Pollentina*. Liguria: urbs Polentia Polentia villi.' apud Tanarum fluvium, *Polenzo*. Et

CLVIII.

I D E M.

LANA quidem tristis, sed tonsis apta ministris,
Quales non primo de grege mensa vocat.

Lana quidem mæsta, sed conveniens tonsis servis, quales requiruntur ad officium mensæ non de primo grege.

1 Pro *apta* in cod. Thuan. *neca. neta* legend. censet Beverl.—2 *Vetat* in marg. ed. Langii.

NOTÆ

1 *Tristis*] Hoc est, fasca. Vide mam alentibus, qualis erat Cestus, de quo Epig. 51. lib. VIII. 'Ceste decus mensæ.'
 Epigramma præcedens.
Sed tonsis] Hoc est, servis vilioribus, non vero pueris venustis et co-

CLIX.

TOMENTUM LEUCONICUM.

OPPRESSÆ nimium vicina est fascia plumæ?
 Vellera Leuconicis accipe rasa sagis.

An pluma oppressa nimis accedit ad fasciam? Accipe lanam detonsam ex sagis Lingonicis.

Tomentum Lingonicum in edd. vett. *Lumentum Leuconicon* cod. Thuan. *Tomentum Leuconicum* ed. Farnab.—2 *Lingonicis* alii: libri tamen Martialis, inquit Salmas. omnibus locis scriptum habent *Leuconicis*, non *Lingonicis*. *Leronicis* Farnab. *Leuconiis* Salmas. ad Solin. p. 398.

NOTÆ

1 *Oppressæ*] De fascia lecti diximus Epig. 62. lib. v. ad quam lana nimium oppressa facile cedit, ita ut jacenti incommodum ferat.
 2 *Vellera Leu.* [*Lingonicis*] Alii *Leuconicis*, Epig. 22. l. XI. 'Leuconicis agendum tumeat tibi culcita lanis.' *Leuconium* vero Æolidis oppidum videtur apud Thucydidem. Sensus est: Accipe tomentum quod lana pannibusque abrasa dicitur. Sed malim retinere *Lingonicum*, quam *Leuconicum*, quod Gallicanæ vestes, ut supra vidimus, in urbem sunt importatæ. *Raderus*. Epig. 54. lib. XI. 'Urbica *Lingonicus* Tyrianthina bardocuculus.'

CLX.

TOMENTUM CIRCENSE.

TOMENTUM concisa palus Circense vocatur:
 Hæc pro Leuconico stramina pauper emit.

Tomentum Circense appellatur ex concisis arundinibus paludis: inops emit hæc stramina pro Lingonico.

2 *Lingonico* edd. vett. *Leuconico stramine* Beverlandi Ms. *Leuconico* Farnab. Erit cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Concisa palus*] Intelligit arundinis paniculas, quas pauperes pro tomento calcitrarum emebant. *Circense* autem tomentum hoc vocabatur, quod forsasse initio circensibus spectaculis sibi substernere solerent. De quo Strabo lib. v. Turnebus lib. IX. cap. 24.
 2 *Pro Leu.* [*Lingonico*] Alii, *Leuconico*. Vide Epigramma præcedens.

CLXI.

P L U M A.

LASSUS Amyclæa poteris requiescere pluma,
Interior cynci quam tibi lana dedit.

Defatigatus poteris requiescere pluma Amyclæa, quam tibi suppeditavit interior lana cynci.

NOTE

1 *Lassus Amyclæa*] Hoc est, cyncæa. Amyclæa Laconicæ urbs. Vide Epig. Amyclæi enim cynci dicti sunt, seu 28. lib. VIII.
Lacones, ob Ledam Lacœnam quam 2 *Interior lana*] Teneram plumam sub cynci forma compressit Jupiter. intellige.

CLXII.

F Œ N U M.

FRAUDATA tumeat fragilis tibi culcita mula :
Non venit ad duros pallida cura toros.

Impleas fœno culcitam facilem pluma exclusa: pallida anxietus non accedit ad lectos duros.

//////////

1 *Fragilis et mula* cod. Beverl. *Facilis pluma* Ald. Junt. Colin. Farnab. Maitt. Barb. *Pluma* ed. Par. 1617. *Culcitra* edd. Colin. et Par. 1617. *Culcitra* Junt. Vid. Salmas. ad Solin. p. 398. et D. Heins. ad Claudian. p. 1667. nostræ Ed. Vide quoque Not. Var. ad h. l.—2 *Conj. De Rooy Non facit.*

NOTE

1 *Fragilis [facilis] culcita*] Dicitur 2 *Non venit ad duros*] Nam sine cura levi sumtu et nullo negotio im- ra secure dormiunt pauperes.
pleri potest fœno.

CLXIII.

TINTINNABULUM.

REDDE pilam: sonat æs thermarum: ludere pergis ?
Virgine vis sola lotus abire domum.

Redde pilam: campana balnearum pulsatur: an continuas ludere? Cupis redire domum lotus sola aqua virgine.

//////////

2 'Præfero per interrogationem, . . . domum?' De Rooy.

NOTE

1 *Redde pilam*] Post ludum lavare virgine lavare cogere. Vide Epig. 42. lib. VI. 'Cruda virgine Martiaque
Ludere pergis] Sic thermæ erunt mergi.'
clausæ, atque ita aqua frigida seu aqua

CLXIV.

DISCUS.

SPLENDIDA cum volitent Spartani pondera disci,
Este procul, pueri: sit semel ille nocens.

Cum fulgentia pondera disci Spartani volitent, o pueri, longe recedite: ille noccat semel.

NOTÆ

1 *Splendida*] Discus enim ex ære 2 *Sit semel ille*] Discus nempe quo
vel ferro fiebat, quo maxime se exer- a Phœbo occisus est puer Hyacinthus.
cebant Lacedæmonii. Vide infra Epig. 173.

CLXV.

CITHARA.

REDDIDIT Eurydicen vati: sed perdidit ipse,
Dum sibi non credit, nec patienter amat.

Hæc restituit poëtæ Eurydicen: sed ipse amisit, dum sibi diffidit, nec placide amat.



1 Gronov. legit *prodidit*.

NOTÆ

1 *Vati*] Orpheo nempe, qui cithara evasisset.
ludens exoraverat Plutonem, et En- 2 *Nec patienter*] Dum enim illam
rydicen suam uxorem ab inferis re- perditæ amat. 'Flexit amans oculos,
ducebat, sed ea lege, ne illam respi- et protinus illa relapsa est.' Ovi-
ceret nisi cum in apertas lucis auras dius.

CLXVI.

IDEM.

DE Pompeiano sæpe est ejecta theatro,
Quæ duxit sylvas, detinuitque feras.

Crebro expulsa est ex theatro Pompeiano, quæ traxit sylvas, et cohibuit feras.



1 *Electa* Ald. Junt. Colin.

NOTÆ

1 *Ejecta*] Quæ lectio melior vide- est Orpheus, qui cithara ludens feras
tur: nam citharædi subinde lapidibus et sylvas trahebat. Vide Epig. 21.
excipiebantur, si non placuissent. lib. Spect.
Porro in theatro Pompeii exhibitus

CLXVII.

PLECTRA.

FERVIDA ne trito tibi pollice pusula surgat :
Exornent docilem garrula plectra lyram.

Ne ardens pustula tibi eveniat attrito pollice, canora plectra adornent lyram docilem.

1 *Pusula* Delph. in text. sed *pustula* in Interp. Hoc habent edd. Par. 1617. Schrevel. Maitt. Barb. *Pulsula* Ald. Junt. Colin. 'V. *pustula*, quæ et *pusula*. Vid. Junii Nomenclat. *Pulsula* legit Domitius.' Marg. ed. Par. 1617. Domitius Calderinus notat alios codd. habere id *pulsula*.—2 *Exorent* ed. Barb. et sic alios legere notat editor Delph. *Exornet* Ms. Beverl. qui habet *candida pl.*

NOTÆ

1 *Fervida ne trito*] Qui enim nudis dit, qui et pustula surgente, quæ et digitis, et absque plectro citharam pusula dicitur, intumescit et dolet. pulsat, sæpenumero digitum oblæ- Turnebus lib. ix. cap. 24.

CLXVIII.

TROCHUS.

INDUCENDA rota est : das nobis utile munus.
Iste trochus pueris, at mihi canthus erit.

Impellendu est rota : nobis largiris donum utile. Pueri delectabuntur eo trocho, ego vero cantu.

1 *Da* Ms. Beverl.—2 *Cantus* edd. vett. Vid. Not. Var.

NOTÆ

Trochus] Sic a Turnebo explicatur vel missus orbis, tinniebant et crepabant. Mittere autem scienter, artis erat non vulgaris.
2 *At mihi canthus* [*cantus*] Nempe tinnitus ille trochi missi. Alii, *cantus*, ferrum nempe quo circum rota munitur.

Trochus] Sic a Turnebo explicatur lib. xxvii. cap. 33. Erat autem genus ludi Græcanici, ut nomine ipso indicatur : rota enim erat ansam habens, ut facilius mitteretur, axiculis compacta transversis jaciebatur : quorum claviciæ et commissuræ aduncæ, dum versabatur missa rota,

CLXIX.

I D E M.

GARRULUS in laxo cur annulus orbe vagatur,
Cedat ut argutis obvia turba trochis?

Quare annulus tinniens vagatur in orbe laxo, ut turba obvia recedat a trochis canoris?

//////////

1 *Carrus* pro *Garr.* cod. Thuan.—2 *Turma* Vat.

NOTÆ

2 *Cedat ut argutis*] Tinnitu enim, de grammate, monebantur transeuntes, quo locuti sumus in superiore Epi- ut sibi caverent.

CLXX.

SIGNUM VICTORIÆ.

HÆC illi sine sorte datur, cui nomina Rhenus
Vera dedit: decies adde Falerna, puer.

Hæc illi donatur sine sorte, cui verum nomen impositum est a Rheno devicto: serve, decies infunde Falernum.

//////////

S. aureum cod. Thuan.—1 *Hoc* alios legere notat Schrevel.

NOTÆ

1 *Hæc*] Victoria scilicet. Alii, *hoc*, qui toties vicisset hostem. Vide Epig. signum nempe victoriæ, ut ex antiquis nummis intelligo, erat alata fœminæ statua dextra laurum tenentis, 1. ubi de alternis munerum sortibus.

2 *Decies adde*] Tot enim cyathi sunt hauriendi, quot 'Germanicus' habet literas, nimirum decem. De illo sinistra palmam. *Raderus.*

2 *Decies adde*] Tot enim cyathi sunt hauriendi, quot 'Germanicus' habet literas, nimirum decem. De illo more bibendi diximus Epig. 72. lib. 1.

Sine sorte] Etenim casu et sorte non datur signum victoriæ Domitiano,

CLXXI.

Βρούτου παιδίον.

GLORIA tam parvi non est obscura sigilli:
Istius pueri Brutus amator erat.

Non est ignobile decus tam exigui sigilli: Brutus amabat hunc puerum.

//////////

'*Beotoviculpedion* Thuan. cod. Lege Βρούτου κολοπαιδίον. Sic Bruti pusionem vocat. Vid. J. Voss. ad Catull. p. 229.' *Beverl.*

NOTÆ

2 *Istius pueri*] De quo jam diximus Epig. 51. lib. ix. Plinius lib. xxxiv. cap. 8. Item fecit Apollodorus puerum, quem amando Brutus Philippensis cognomine suo illustravit.

CLXXII.

SAUROCTONOS CORINTHIUS.

AD te reptanti, puer insidiose, lacertæ
Parce: cupit digitis illa perire tuis.

O puer insidiose, ignosce lacertæ repenti ad te: illu optat occidi tuis digitis.

//////////

Sauroctonos coriantius Thuan. cod. *Sauroctones* C. ed. Schrevel.

NOTÆ

Sauroctonos] Α κρείνω *occido*, et *σαῦρος lacerta*: hoc est, lacertam occidens. Nimirum intellige sigillum ex ære Corinthio factum. Plinius lib. xxxiv. cap. 8. 'Fecit [Praxiteles] et puberem subrepenti lacertæ cominus sagitta insidiantem, quem Sauroctonon vocant.' 2 *Cupit*] Ut nobili fato pereat.

CLXXIII.

HYACINTHUS IN TABULA PICTUS.

FLECTIT ab invisio morientia lumina disco
Æbalius, Phœbi culpa dolorque, puer.

Puer Æbalius, crimen Phœbi et mæror, avertit oculos morientes a disco odioso.

//////////

1 *Flectite* cod. Thuan.

NOTÆ

1 *Flectit ab*] Hyacinthi meminit Plinius lib. xxxv. cap. 11. 'Hyacinthus [opus Niceæ Atheniensis] quem Cæsar Augustus, delectatus eo, secum deportavit Alexandria capta, et ob id Tiberius Cæsar in templo ejus dicavit hanc tabulam.' Ovidius x. Met. 'Laberis, Æbalide, prima fraudate juvena, Phœbus ait, videtque tuum mea crimina vulnus.' 2 *Æbalius*] Amyclas fuit pater Hyacinthi, conditor Amyclarum, quæ urbs fuit Laconicæ; ubi pueri tumulus sub Apollinis signo. Ex Cynorta fratre Hyacinthi natus Æbalius, qui regnavit Amyclis; a quo forte regio, aut urbs Æbalia dicta, unde et Hyacinthus Æbalius. Vide Pausan. in Laconicis initio lib. iii.

CLXXIV.

HERMAPHRODITUS MARMOREUS.

MASCULUS intravit fontes : emersit utrumque.

Pars est una patris : cetera matris habet.

Mas ingressus est fontes : exiit utriusque sexus : habet unam partem genitoris : reliquas vero genitricis.

NOTÆ

1 *Fontes*] Salmacidis nempe. Ovi- 2 *Patris*] Mercurii nempe. *Ma-*
dius Met. iv. fuse hanc fabulam de- *tris*, scilicet Veneris.
scribit.

CLXXV.

DANAË PICTA.

CUR a te pretium Danaë, regnator Olympi,

Accepit, gratis si tibi Leda dedit ?

O Rex Deorum, quare Danaë sumsit a te mercedem, si Leda tibi obscuta est gratis.

1 *Servatæ* cod. in marg. ed. Par. 1617.—2 *Scd* id.

NOTÆ

1 *Cur a te*] Jupiter in aurum con- vero factus cygnus, &c.
versus corruptit Danaën, &c. Ledam

CLXXVI.

PERSONA GERMANICA.

SUM figuli lusus rufi persona Batavi.

Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

Sum jocus figuli persona Rusi Batavi : puer metuit hæc ora quæ tu derides.

1 *Russi* cod. Beverlandi, qui sic notat : ‘Josephus xix. Antiq. de Batavis Germanorum flore et satellitibus Caii. Homines robusti corporis, hostium impetus excipere soliti, sed natura iracundi, quod plerumque, quid fiant, non intelligant. Per iram itaque sontes juxta atque insontes trucidarunt interfectores Cæsaris. Silius : ‘Jam puer auricomis performidate Batavo.’ Quia itaque erant homines quadrati et formidabiles, innocentes, vafricitiei expertes, ideo tales pro corporis satellitibus habuere Principes. Lucanus ‘truces’ vocat. Martial. vi. 82. dicit, omnes ejus laudare Epigrammata præterquam ‘aures Batavas,’ i. e. præter homines quadratos, vafricitiei expertes, et qui Epigrammatum linguam et acumen exprobrationis sentire vix possunt, ob candorem et ingenuam rusticitatem. Feros et immanes nautas ‘vastis moribus.’ Habent *Rusi* edd. vett.

NOTÆ

1 *Rufi*] Batavi, ut alii Germani, 2 *Hæc timet ora puer*] Larvati Batavi terrore sunt pueris. Alii, *ora pater*.

CLXXVII.

HERCULES CORINTHIUS.

ELIDIT geminos infans, nec respicit angues.

Jam poterat teneras hydra timere manus.

Infans conficit duos angues, nec respicit. Jam hydra poterat reformidare teneras manus.

NOTÆ

Hercules Corinthius] Hoc est, Hercules infans dracones strangulans, culis statua ex ære Corinthio facta. Alcmena matre coram pavente et De Hercule picto Plinius lib. xxxv. Amphitryone.' Vide Theocritum cap. 9. 'Magnificus est Jupiter ejus Idyll. xxv. in throno astantibus Diis: et Her-

CLXXVIII.

HERCULES FICTILIS.

SUM fragilis: sed tu, moneo, ne sperne sigillum.

Non pudet Alciden nomen habere meum.

Sum fragilis: at moneo, tu ne contemne signum: Alcides non erubescit habere meum nomen.

NOTÆ

Hercules fictilis] Plinius lib. xxxv. supple, 'qui hodieque materiæ nomen cap. 12. 'Ab hoc eodem,' Turiano in urbe retinet.' Dicebatur enim nempe, 'factum Herculem,' fictilem Hercules fictilis.

CLXXIX.

MINERVA ARGENTEA.

DIC mihi, virgo ferox, cum sit tibi cassis et hasta,

Quare non habeas ægida? Cæsar habet.

O virgo sæva, dic mihi, cum habeas galeam et hastam, cur non habeas ægida? Cæsar habet.

NOTÆ

2 *Cæsar habet*] Domitianus nempe. 1. lib. vii. 'Pectore cum sacro sedit, ægis erit.'

CLXXX.

EUROPA PICTA.

MUTARI melius tauro, pater optime Divum,
Tunc poteras, Io cum tibi vacca fuit.

O genitor optime Deorum, poteras melius transfigurari in taurum, cum Io tibi fuit vacca.

1 *Auro* cod. in marg. ed. Par. 1617. et vs. 2. *ludo* pro *Io*.

NOTE

1 *Tauro*] Sub cujus forma Jupiter transmutata Ovidius I. Met. Sic rapuit Europam, cujus historia satis enim Argo non advertente illam comprimere potuisset Jupiter.

2 *Io cum tibi*] De qua in vaccam

CLXXXI.

LEANDER MARMOREUS.

CLAMABAT tumidis audax Leander in undis :
Mergite me fluctus, cum rediturus ero.

Audax Leander exclamabat in undis commotis : O fluctus, immergite me cum reversurus ero.

1 *Leandros* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Audax Leander*] Quippe se mari Ovid. ' Mittit Abydenus, quam malcommoto commiserat, aditurus puellam quam deperibat. Vide Epist. Sesta Puella, tibi.' let ferre salutem, Si cadat ira maris,

CLXXXII.

SIGILLUM GIBBERI FICTILE.

EBRIUS hæc fecit terris puto monstra Prometheus :
Saturnalicio lusit et ipse luto.

Opinor, temulentus Prometheus finxit hæc portenta terris : et ipse lusit luto Saturnalicio.

S. Giberii f. edd. Par. 1617. Delph. Farnab. Maitt. Quid si legas *Sigeri?* quærit annotator in marg. ed. Par. 1617.—1 *Fortis* pro *terris* cod. in marg. ejusd. ed. ubi annotator conj. *formis*.

NOTÆ

1 *Prometheus*] Qui hominem ex luto primus finxisse dicitur. Horatius lib. I. Ode 16. 'Fertur Prometheus addere principi Limo coactus particulam undique Descetam.' Ebrius autem hoc portentum seu hominem gibbosum fecit, cujus sigillum erat in Saturnaliciis muneribus. Alii aliter.

Ex Plinio lib. xxxiv. cap. 3. Clesippus fullo fuit Gibbere et alio fœdus aspectu, cui nupsit Gegania mulier prædives: ille vero Clesippus naturæ portentum est effigiatus, inquit Raderns, in quam effigiem est hoc Epigramma.

CLXXXIII.

HOMERI BATRACHOMYOMACHIA.

PERLEGE Mæonio cantatas carmine ranas,
Et frontem nugis solvere disce meis.

Evolve ranas cantatas versibus Homeri, et disce exhilarare frontem meis ineptiis.

//////////

Batrachomychia cod. Beverl.—1 *Nodis pro nugis* cod. in marg. ed. Par. 1617. Vid. Var. Not.

NOTÆ

Batrachomyomachia] Hæc vox significat pugnam ranarum et murium. Alii hoc opusculum ab Homero compositum affirmant, alii negant.

Mæonia autem Asiæ regio, in qua natus esse Homerus dicitur. Vide Epig. 10. lib. v.

1 *Mæonio*] Hoc est Homericum.

2 *Et frontem*] Sic exemplo Homeri suas ineptias excusat Poëta.

CLXXXIV.

HOMERUS IN MEMBRANIS.

ILIAS et Priami regnis inimicus Ulysses
Multiplici pariter condita pelle latent.

Ilias et Ulysses adversarius regnis Priami condita multiplici pelle simul occultantur.

//////////

H. in pugillaribus m. cod. Beverl. qui cod. in vs. 2. habet *candida et patent.*

NOTÆ

1 *Inimicus Ulysses*] Hoc est, Odyssea.

membranis involvuntur. *Condita*] Refer ad Iliadem et Odysseam.

2 *Multiplici pelle*] Hoc est, multis

CLXXXV.

VIRGILII CULEX.

ACCIPERE facundi Culicem, studiose, Maronis :

Ne nugis positis arma virumque canas.

O studiose, accipe Culicem Maronis disertis : ne derelictis jocis legas arma virumque.

2 *Nucibus legas* Gruterus : et sic dat ed. Barb. *Nucis* ed. Par. 1617. *Nucibus* cod. Beverl. *Legas* cod. in marg. ed. Par. 1617.

NOTE

1 *Culicem*] Hoc est, Virgilii pœma, Saturnaliorum tempore gravioribus quo culicis fatum deflet. studiis operam des. *Arma virumque*,

2 *Canas*] Alii, *legas*. Hoc est, ne hoc est, Æneida.

CLXXXVI.

VIRGILIUS IN MEMBRANA.

QUAM brevis immensum cepit membrana Maronem !

Ipsius vultus prima tabella gerit.

Quam brevis membrana includit immensum Maronem ! Illius effigies expressa est in prima tabella.

1 *Intonsum* Ms. in marg. ed. Par. 1617.

NOTE

1 *Immensum Maronem*] Virgilii opera intellige, immensa quidem tum pugillares membraneos plurium foliorum, in quorum primo expressa erat imago Virgilii. Vide Epig. 7. supra.

CLXXXVII.

MENANDRI THAIS.

HÆC primum juvenum lascivos ludit amores,

Nec Glycere, vere Thais amica fuit.

Hæc primum deceptis lascivos amores adolescentum, nec Glycere, sed Thais fuit vere amica.

1 *Hic* Heins. *Hac* cod. Beverl. Vid. Not. Var.—2 *Verum et pro vere* id. Ms.

NOTÆ

2 *Nec Glycere*] Turnebus lib. IX. cap. 24. Glycere, inquit, erat Menandri poëtæ amica, quod ex Glyceræ Græcis ad eum Epistolis, quæ hodieque extant, cognoscimus. Thais

tamen ab eo sic in comædiis introducta frequenter, et celebris reddita est, ut ipsa videatur, non Glycere, Menandri amica fuisse. Alii aliter.

CLXXXVIII.

CICERO IN MEMBRANIS.

Si comes ista tibi fuerit membrana, putato
Carpere te longas cum Cicerone vias.

Si comitem habueris hunc membranam, crede te suscipere longum iter cum Cicerone.

NOTÆ

Si comes] Vide Epig. 2. lib. I. 'Qui tecum cupis esse meos ubicumque li-

bellos, Et comites longæ quæris habere vias.'

CLXXXIX.

PROPERTIUS.

CYNTHIA, facundi carmen juvenile Propertî,
Acceptit famam, nec minus ipsa dedit.

Cynthia carmen juvenile disertî Propertîi accepit famam, nec minus ipsa dedit.

//////////

Monobiblos cod. Beverl. *Cynthia Propertîi Monobiblos* ed. Barb. Vid. inf. De titulo et de vs. 1. consulè VV. LL. nostras ad pp. 77. 78. nostræ ed. Propertianæ, et pp. 751. 752. Not. Var. ad Propertium.

NOTÆ

Propertius] Alii, *Cynthia Propertîi*. Alii, *Propertîi monobiblos*.

1 *Cynthia*] Puella, amica Propertîi, quam multis ille versibus celebrat.

2 *Nec minus ipsa dedit*] His enim carminibus claruit Propertius, quorum argumentum præbuerat Cynthia, pulcherrima puella.

CXC.

LIVIUS IN MEMBRANIS.

PELLIBUS exiguis arctatur Livius ingens,
Quem mea non totum bibliotheca capit.

Pellibus exiguis continetur immensus Livius, quem non includit totum mea bibliotheca.

NOTÆ

1 *Livius ingens*] Et a styli majestate, et centum quadraginta librorum multitudine, quorum centum et amplius perierunt.

CXCI.

SALLUSTIUS.

HIC erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Primus Romana Crispus in historia.

Hic Crispus erit primus in historia Romana, secundum judicium virorum eruditorum.

NOTÆ

1 *Corda virorum*] Quintiliani lib. v. Cornelii Taciti lib. III. Hist. II. cap. 6. et lib. IV. cap. 2. Senecæ 2 *Crispus*] Sallustius. lib. III. Declam. et Controvers. 25.

CXCII.

OVIDII METAMORPHOSIS IN MEMBRANIS.

HÆC tibi, multiplici quæ structa est massa tabella,
Carmina Nasonis quinque decemque gerit.

Hoc volumen quod tibi compactum est multis paginis, includit quindecim libros Nasonis.

NOTÆ

1 *Massa*] Plurimum foliorum pugillares intellige, in quibus erant inclusi quindecim Metamorphoseon libri: hoc enim loco carmina significant libros.

CXCIII.

TIBULLUS.

USSIT amatorem Nemesi lasciva Tibullum,
In tota juvit quem nihil esse domo.

Nemesin lascivam arsit amator Tibullus, cui gratum fuit nihil esse in tota domo.

2 *Quam* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Nemesis*] Deliam tamen vocat illi sint omnia curæ, Et juvet in tota ipse Tibullus, cui idem tribuit lib. I. me nihil esse domo.
Epig. 5. quod Nemesi tribuit Martialis hoc loco: 'Illa regat cunctos, 2 *Juvit quem*] Totum quippe domus imperium penes Deliam erat.

CXCIV.

LUCANUS.

SUNT quidam, qui me dicunt non esse poëtam:
Sed, qui me vendit, bibliopola putat.

Sunt quidam qui negant me esse poëtam: sed existimat bibliopola qui me vendit.

NOTÆ

1 *Sunt quidam*] De Lucano dictum istimarunt.
lib. VII. Epig. 21. 22. et 23. quem 2 *Putat*] Me esse poëtam: cum ex
commendavit Poëta. Alii tamen his meis versibus rem faciat.
toricum magis eum quam poëtam ex-

CXC.V.

CATULLUS.

TANTUM magna suo debet Verona Catullo,
Quantum parva suo Mantua Virgilio.

Ampla Verona tantum obstringitur suo Catullo, quantum exigua Mantua suo Virgilio.

NOTÆ

1 *Tantum*] Hoc est, claram suam suam obscuram illustravit Virgilius,
patriam non minus Catullus, quam Vide lib. I. Epig. 62.

CXC.VI.

CALDA ET FRIGIDA AQUA.

HÆC tibi, quæ fuerint caldarum nomina, dicunt:
Ipsa suas melius charta natabit aquas.

Hic liber qui refert tibi quæ fuerint nomina caldarum, ipse melius immergetur in suas aquas.

Calvi de aquæ frigida usu cod. Thuan. et edd. Maitt. et Barb.—1 'Sic legend. Hæc tibi quæ fontes et aquarum nomina dicit, Ipsa suis melius c. notabit aquis: et quidem ex optimis codd.' Flosculus. Fontes et aquarum nomina dicit cod. Beverl. et ed. Barb. Fuerant ed. Maitt.—2 Notabis cod. in marg. ed. Par. 1617. Vid. Var. Not. et Delph.

NOTÆ

1 *Hæc tibi*] Mittit versus de variis tuo.' Sic suos versus extenuat Poë-
aquæ caldæ nominibus. *Dicunt nempe ta. De aqua calda sæpius jam dic-*
hæc carmina. *tum. Natabit*] Alii, *Visa suis melius*

2 *Ipsa suas*] Vide lib. I. Epig. 6. *charta notabit aquas.*

4 *Vis puto cum libro, Marce, natate*

Delph. et Var. Clas.

Martial.

3 X

CXCVII.

MULÆ PUMILÆ.

HIS tibi de mulis non est metuenda ruina :
 Altius in terra pæne sedere soles.

Non timere debes decidere ex his mulis : soles sedere in terra fere altius.

//////////

Pomiliæ edd. Ald. Junt. Colin. Delph. Farnab. *Pomilliæ* ed. Par. 1617.
Paulæ Scriverius, et sic ed. Barb.—1 *Pumillis* pro *de m.* Florent.

NOTE

2 *Altius in terra*] *Quam* sedeas in mula tam brevis staturæ.

CXCVIII.

CATELLA GALLICANA.

DELICIAS parvæ si vis audire catellæ,
 Narranti brevis est pagina tota mihi.

Si placet audire festivitates exiguæ catellæ, pagina tota non sufficit huic narrationi.

//////////

2 *Alii prima est* ; et sic cod. in marg. ed. Par. 1617. ni fallimur.

NOTE

2 *Brevis est*] *Alii, prima est*, ut in— *Issam* catellam Publii descripsit. *dicet* primum librum, quo *Epig.* 110.

CXCIX.

ASTURCO.

HIC brevis, ad numerum rapidos qui colligit ungues,
 Venit ab auriferis gentibus, Astur equus.

Hic Astur equus brevis, qui ad numerum glomerat celeres gressus, missus est ab auriferis gentibus.

NOTE

1 *Rapidus qui*] Gallice *qui va l'am-* sunt aurifodinæ. *Lib.* x. *Epig.* 16.
ble. 'Accipe Callaicis quicquid fodit As-

2 *Ab auriferis gentibus*] Hoc est, tur in arvis.'
 ex Asturia Hispaniæ provinciâ, ubi

CC.

CANIS VERTAGUS.

NON sibi, sed domino venatur vertagus acer,
 Illæsum leporem qui tibi dente feret.

Vertagus acer non venatur sibi sed hero, qui dente portabit ad te leporem intactum.

C. *Verturacus* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Vertagus*] Vox peregrina videtur, de qua Turnebus lib. XVIII. cap. I. quasi *Fertrahus*, hoc est, feram trahens. Passeratius de literis. '*Vertagus*' pro '*Vertrahus*,' a fera trahenda.

CCI.

PALÆSTRITA.

NON amo, qui vincit, sed qui succumbere novit,
 Et dicit melius τὴν ἀνακλινοπάλην.

Non mihi placet, qui superat, sed qui scit succumbere, et convenientius dicit reflexionem palæstræ.

1 '*Arntzen. ad Vict. Cæs. xi. ex scriptis reponere tentabat quod vincat sed quod. Salmas. legebat Hunc amo.*' De Rooy, qui dubitat an vulg. defendi nequeat, et eam multis tuetur. Ad eum scripta Epistola Vir doctus ita notat: '*Ms. quod vincat, sed quod. Sed video ipsum jam Arntzenium, pristinum collationum possessorem, hoc discrimen annotasse ad Anr. Vict. p. 341. A. quod mihi tamen præ vulgata non placet.*' *Quod vincat* cod. Beverl. *Quod suc. idem. Non vult alii.*—2 Conjicit Farnab. *didicit.* Legendum putat Beverl. *ἐπιστιβόπαλιν.* Vide infra.

NOTÆ

1 *Non amo*] Non proboluctatorem qui viribus vincit, sed qui se reclinat, atque ex reflexione palæstræ adversarium dejicit. *Farnabius.* Legit vero et distinguit Salmasius: *Hunc amo qui vincit, sed qui succumbere novit, Et melius didicit τὴν ἀνακλινοπάλην.* Contrario, inquit, sensu, et quem Poëtæ mens non recipit, hodie legitur: *Non amo qui vincit.* Cur enim palæstritam amare se diceret non vincen-tem? Dicit amare se quidem hunc palæstritam qui vincit, sed qui etiam

novit succumbere: hoc est, qui succumbendo vincit, qui περιγίνεται ἀναπιτνάμενος, ut inquit Pindarus, καὶ οἶον πίπτων. Magis commendari innuit palæstritam qui arte vincit, quam qui viribus: qui τοὺς ὑπτιασμοὺς novit, καὶ τοὺς χάμαι τρόπους, quæ Theocritus παλαίσματα σύμφορα τέχνα, nimirum τῶν εἰς γαῖαν προπεσόντων. Tum ἀνακλινοπάλη Martialis, pancratium dicebatur, quod ἐν τῷ ἀνακλίεσθαι καὶ ὑπτιάζεσθαι plerumque exercebatur; ad distinctionem τῆς ὀρθίας πάλης, quæ a

NOTÆ

stantibus et erectis pugnatur, in qua vicisse erat adversarium solo dejectis. Secus omnia in pancratio, in quo et succubuisse erat artis: nam et humi volutantes nexus suos expediebant impediebantque, viribusque superiores adversarios sæpenumero sic vincebant. Non aliter quippe victus quispiam putabatur in pancra-

tii lacta, nisi animum desponderet ac victum se fateretur.

2 Ἀνακλινοπάλη] Vox est ficta quæ alibi non reperitur. *Clinopale* legitur apud Suetonium in Domitiano cap. 22. Unde aliqui turpem sensum eliciunt ex hoc disticho. Ἀνακλίνω reclino, πάλη palæstræ.

CCII.

S I M I U S.

CALLIDUS emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Simius doctus declinare hastas vibratas, si haberem caudam, eram cercopithecus.

NOTÆ

2 *Cercopithecus*] Simiarum vel simiorum varia sunt genera, et cauda inter se distinguuntur. Simiæ sine cauda dicuntur a Græcis πίθηκοι: quæ cau-

dam habent, κερκοπίθηκοι: κέρκος enim significat caudam. Vide Epig. 128. supra.

CCIII.

PUELLA GADITANA.

TAM tremulum crissat, tam blandum prurit, ut ipsum
Masturbatorem fecerit Hippolytum.

2 Alii legunt *Mastupratorem*.

NOTÆ

Lib. I. Epig. 42. Vide et Juven. Sat. XI. vers. 162. et Sat. VI. vers. 326.

1 *Masturbatorem*, &c.] Ut incende-

ret vel castissimi propositi virum, incitaretque ad libidinem nefandam: lib. IX. Epig. 42. et lib. XII. Epig. 97.

CCIV.

C Y M B A L A.

ÆRA Celænæos lugentia matris amores
Esuriens Gallus vendere sæpe solet.

Gallus famelicus sæpe solet vendere æra deflentia amores Celænæos matris.

1 *Tundere* conjicit De Rooy.

NOTE

1 *Æra*] Hoc est, cymbala seu instrumenta sonora ex ære, quæ pulsabant Galli Cybeles sacerdotes deflentes Atyn puerum ab ea redamatum, cujus patria fuit Celænæ urbs Phrygiæ: unde vocat Atyn Celænæos amores.

CCV.

P U E R C I N Æ D U S.

SIT nobis ætate puer, non pumice levis,
Propter quem placeat nulla puella mihi.

NOTE

1 *Non pumice*] Impubes, non pumice aut dropace levigatus. Lib. II. Epig. 29.

CCVI.

C E S T O S.

COLLO necte puer meros amores,
Ceston de Veneris sinu calentem.

O puer, collo injice meros amores, ceston calentem de sinu Veneris.

NOTE

1 *Ceston*] De quo fuse diximus lib. VI. Epig. 13. Veneris nempe fuit cussoris amore incendebatur: idcirco Poëta vocat ceston meros amores. balteus, quo qui percutiebatur, per-

CCVII.

I D E M.

SUME Cytheriaco medicatum nectare ceston :

Ussit amatorem balteus iste Jovem.

Accipe ceston imbutum nectare venereo: balteus iste incendit Jovem amatorem.

NOTE

² *Ussit amatorem*] Juno nempe hoc balteo Jovem precutiens ad sui amorem allicit, et ab aliis amoribus cohibet, teste Homero. Vide lib. vi. Epig. 13.

CCVIII.

N O T A R I U S.

CURRENT verba licet, manus est velocior illis :

Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Quamvis verba velociter proferantur, manus est celerior illis: lingua nondum perfecit suum opus, dextra perfecit.

NOTE

Notarius] Qui nempe dictantis verba excipiebat, et per notas ita expedite scribebat, ut linguam dicentis anteverteret. Vide Auson. Epig. 146. Ad Notarium velocissime excipientem: 'Tu sensa nostri pectoris Vix dicta jam ceris tenes,' &c.

CCIX.

C O N C H A.

LEVIS ab æquorea cortex Mareotica concha

Fiat: inoffensa curret arundo via.

Concha maritima leviget corticem Mareoticam: calamus curret via expedita.

³ *Fit licet offensa currit* in marg. ed. Langii. *Scilicet off.* Vat. *Hirundo* cod. Beverl.

NOTE

¹ *Cortex Mareotica*] Hoc est, chartæ papyraceæ, in quibus scribebant antiqui, leves fiant, ut scribendo calamus non hæreat. Plinius lib. xiii. cap. 12. de generibus chartarum sic ait: 'Scabritia levigatur dente, conchave,' &c. Mareotis vero Ægypti pars est, ubi frequentes sunt papyri.

CCX.

M O R I O.

NON mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa :
 Quisquis plus justo non sapit, ille sapit.

Non est mendax stupiditas, nec fingitur artificio callido: quisquis non sapit nimium, ille sapit.

NOTÆ

1 *Non mendax*] Id est, morio non morione dictum lib. VI. Epig. 39. lib. fictus sed a natura fatuus est. De VIII. 13. lib. XII. 94.

CCXI.

CAPUT ARIETINUM.

MOLLIA Phryxei secuisti colla mariti.
 Hoc meruit, tunicam qui tibi sæpe dedit ?

Secuisti colla tenera mariti Phryxei. An hoc meritus est, qui sæpe tibi donavit tunicam ?

Verecinum cod. Thuan.—2 *Sæpe* pro *sæpe* cod. Beverl.

NOTÆ

1 *Phryxei colla*] Hoc est, caput arietis, qualis ille quo vectus Phryxus mare trajecit. Vide lib. X. Epig. 51. 2 *Tunicam qui*] Nimirum ex vellere tonso.

CCXII.

P U M I L I O.

SI solum spectes hominis caput, Hectors credas :
 Si stantem videas, Astyanacta putes.

Si tantum aspicias caput hominis, existimes Hectors: si intuearis stantem, credas Astyanacta.

Pumillus cod. Thuan.

NOTÆ

1 *Si solum*] Sedens nempe et capite tenus extans prope gigas; stans vero puer videbatur. Hectoris et Astyanactis ejus filii historia satis nota.

CCXIII.

P A R M A.

ἩἜC, quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raro,
Parma tibi, scutum pumilionis erit.

Hæc, quæ solet sæpe superari, quæ raro superare, parma tibi erit, scutum vero pumilionis.

2 *Erat in edd. vett.*

NOTÆ

1 *Hæc]* Parma nempe, quæ breve erat scutum, quo qui armati erant in arena, quod ejus brevitate non satis essent tecti, sæpe vincebantur. Sic Turnebus lib. v. cap. 10. citans hoc Epigramma. Thraces autem parmam gerebant, quorum factionem oderat

Domitiani: unde ipsi adulatur Poëta, cum dicat parmam sæpe vinci.

2 *Scutum]* Quod totum corpus contegebat. Sensus est: Homo procerus non bene parma munitur, sed nanus optime munitur. *Tibi*, procero nempe.

CCXIV.

PUERI COMÆDI.

NON erit in turba quisquam *μισούμενος* ista:
Sed poterit quivis esse *δισεξάποθος*.

Non erit quisquam odio dignus in hac turba: sed quilibet poterit esse jucundissimus.

2 ‘*Δισεξάποθος: δὲς ἐξαπατῶν.*’ Beverl. Intelligendum est posteriorem lect. e Ms. ejusdem Beverl. evenire.

NOTÆ

1 *Non erit in]* Hoc est, inquit Turnebus lib. ix. cap. 24. tam formosi et amabiles sunt pueri isti comædi, ut si *μισούμενος*, id est, persona ejus qui invisus sit, agenda sit, ut usu evenire

solet in comædiis, non sit in turba quisquam qui eam agere possit: sed qui eam personam *δισεξάποθον* possit: hoc est, maxime optandi seu carissimi.

CCXV.

F I B U L A.

DIC mihi simpliciter, comædis et citharædis
Fibula quid præstat? carius ut futuant.

2 *Si quid præstiterint Carius in marg. ed. Langii.*

NOTÆ

- 1 *Comædis*] Lib. VII. Epig. 81. † VI. vers. 73. ‘Solvitur his magno co-
2 *Fibula quid præstat*] Juven. Sat. medi fibula.’

CCXVI.

ACCIPITER.

PRÆDO fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem
Decipit, et captas non sibi mœret aves.

Prædo fuit avium, nunc servus aucupis: idem fallit, et dolet volucres non sibi captas.

NOTÆ

- 1 *Prædo fuit*] Hoc est, priusquam aves, nunc aucupi capit.
mansuefieret accipiter, sibi capiebat 2 *Non sibi*] Sed aucupi suo domino.

CCXVII.

OPSONATOR.

DIC quotus, et quanti cupias cœnare; nec unum
Addideris verbum: cœna parata tibi est.

Profer quotus es, quo pretio cœnare velis, nec subjeceris unum verbum: cœna instructa est tibi.

1 Sic cod. Beverl. et cod. in marg. ed. Par. 1617. Es edd. vett.

NOTÆ

- Opsonator*] Is nempe est qui cibis vivarum, et pro ratione impensæ,
et opsoniis comparandis præest. splendidum aut frugale convivium
1 *Dic quotus*] Nam pro numero con- apparabatur.

CCXVIII.

CALAMI AUCUPATORII.

Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales,
Pallida dum tacita crescit arundo manu.

Avis non tantum circumvenitur calamis, sed cantu etiam, dum arundo dolosa subjicitur manu tacita.

2 *Callida* edd. Par. 1617. Barb. Maitt.

NOTE

2 *Pal.* [*Callida*] *dum tacita*] Auceps sub arbore latitans invitabat cantu aves, quibus jam arbori insidentibus, infra paulatim assurgens visceatas virgas subjiciebat, capiebatque: et hoc est, quod Poëta dicit crescere arundinem seu virgam, dum paulatim ab ancupe in digitos pedum surgente tollitur, aviumque pedibus subjicitur, ut crescere sensim videatur. *Raderus.* Alii *pallida*, visco forte. Videat lector. Vide lib. IX. Epig. 55.

CCXIX.

COR BUBULUM.

PAUPER causidicus nullos referentia nummos
Carmina cum scribas; accipe cor, quod habes.

Tu *causidicus inops cum facias versus ex quibus nullam accipis pecuniam, sume cor quod habes.*

//////////

‘Ald. ed. 1517. *Cor bubulum* habet, quod etiam Turneb. IX. 14. se reperisse scribit. Lipsius vero I. Epist. 5. legit *Corculum*, et *cor quod abest.* Marg. ed. Par. 1617. *Corculum* edd. vett. et Delph. *Corbubulum* jungit ed. Barb. *Corbulum* cod. Beverlandi, qui vult quod nos legimus. ‘Legend. plane, ut excusum ubique est, *cor quod habes*, cum titulo veteri *cor bubul.*’ Flosculus.—2 Vid. Not. Var.

NOTE

2 *Accipe cor*] Hoc est, hovis cor stupidum et stolidum, quale tu ipse habes cum versus scribas, ex quibus nullam prorsus utilitatem percipis. Vide lib. I. Epig. 77. Retinet pro lemmate Lipsius *Corculum*; et in ultimo versu, *Accipe cor quod abest.* Demens enim seu non cordatus videbatur ille causidicus, qui relicto foro carmina scriberet nullos nummos referentia. Videat lector. Pro lemmate cum Turnebo et aliis melius forte legas *Cor bubulum.*

CCXX.

COCUS.

NON satis est ars sola coco: servire palatum
Nolo: cocus domini debet habere gulam.

Sola ars coquinaria non sufficit coco: cocus debet studere palato heri, et scire ejus gulam.

//////////

1 *Palato omnes edd. penes nos. Vid. Not. Var.—2 Namque edd. vett.*

NOTE

1 *Non satis*] *Non satis est ars sola* Hoc est, non sufficit ut cocus sit ar-
coco: servire palato Atque cocus do- tis suæ peritus; sed debet scire qui-
mini debet habere gulam. Sic in- bus opsoniis oblectetur dominus, cu-
 terpunxit Turnebus lib. IX. cap. 24. jus palato servire oportet.

CCXXI.

CRATICULA CUM VERU.

PARVA tibi curva craticula sudet ofella:
 Spumeus in longa cuspide fumet aper.

Exigua ofella tibi sudet in curva craticula: spumeus vero aper fumet in longo veru.

//////////

Cracatula absque *veru* Turneb. lib. IX. cap. 24.—1 *Rara* cod. Beverl. Vide Ovid. p. 3803. nostræ ed.

NOTE

1 *Ofella*] *Ofellas* intellige carnes torreri jubet: at grandiores feras vel-
 conditas, et globi forma concisas, lib. uti apros veru assandos docet.
 x. Epig. 48. quas super craticulam

CCXXII.

PISTOR DULCIARIUS.

MILLE tibi dulces operum manus ista figuras
 Exstruit: huic uni parca laborat apis.

Ista manus tibi format mille dulces figuras operum: parca apis laborat huic uni.

//////////

1 *Melle* in marg. ed. Langii.—2 *Exstruet* in eodem.

NOTE

1 *Mille tibi*] *Quales figuræ nunc* adeo laudatur a Poëta, ut propter
 hunc ex melle, saccaro, et farina. hunc unum ab apibus mel confici di-
 2 *Huic uni*] *Ars pistoris dulciarii* eat.

CCXXIII.

J E N T A C U L A .

SURGITE, jam vendit pueris jentacula pistor,
Cristatæque sonant undique lucis aves.

Surgite, jam pistor vendit jentacula pueris, et cristatæ aves diei cantant undique.




Jentacula adipata Turneb. lib. IX. cap. 24. *Adipata* Thuan.—1 *Pueri* Calipinus. *Lecticula* cod. Beverl.

NOTE

Jentacula] Turnebus lib. IX. cap. 24. sic ait: Reperio in veteribus libris *adipata*, quibus fortasse ut unctis et ganeatis cibis utebantur olim in jentaculo. Plutarchus lib. VIII. Sympos. dicit in jentaculo panem et nihil aliud datum fuisse: Apuleius lib. I.

Met. panem cum caseo.

2 *Cristatæque*] Hoc est, galli auroræ prænuntii. Quasi igitur noctem Saturnalitiam egisset Poëta, evagatus per munera singulis distichis monet diem adventare, impositurus ultimam manum. Sic Domitius.





PA Martialis, Marcus Valerius
6501 Marci Valerii Martialis
A2 Epigrammata
1823
v.2

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

OWN BROS
STATIONERS
TORONTO ONT

